



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>















# ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

HATODIK KÖTET.

1353—1357.

○  
MONUMENTA HUNGARÆ HISTORICA.

---

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

OKMÁNYTÁRAK.

BUDAPEST.

A M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVKIADÓ-HIVATALA.

(AZ AKADÉMIA ÉPÜLETÉBEN.)

1891.

o CODEX DIPLOM. HUNGARICUS ANDEGAVENSIS.

---

# ANJOUKORI OKMÁNYTÁR.

A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA MEGBIZÁSÁBÓL

SZERKESZTETTE

NAGY IMRE

M. AKAD. REND. TAG.

HATODIK KÖTET.

1353—1357.

BUDAPEST.

KIADJA A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA.

(AZ AKADÉMIA ÉPÜLETÉBEN.)

1891.

Aus 80212.10

Harvard College Library  
Nov 13, 1912  
Gift of  
William Endicott, Jr.

|  |
|--|
| BUDAPESTI SZÉKES FŐVÁROS<br>KÖNYVTÁRA.<br>Duplum |
| Beszerzési napló                                 |
| évszám: 1894                                     |
| folyószám: 1264                                  |

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.

Az Anjoukori Okmánytár VI. kötete I. Lajos király uralkodásának második tizedéből az 1353. évtől 1357. évig tartalmaz okleveleket; ez időben a király a litván hadjárattal, valamint a rácokkal és velenceiekkel viselt háborúban volt elfoglalva, birodalma székhelyéről többször volt távol, s hazánkban kelt oklevelei is ritkábban fordulnak elő.

Ez idő alatt a nádori tisztséget egész 1356. év elejéig még mindég Giletfi Miklós viselte, kötetünkben utolsó ítéletét 1356 jan. 14-ről olvassuk (l. 276. sz. a.), a 439. lapon 1356 mart. 21-éről közölt oklevélben azonban a nádori szék már üresedésben lévőknek jeleztetik; ezután rövid idő múlva a király be is tölté e hivatalt, Kont Miklós eddigi erdélyi vajdát nevezvén ki nádorrá, a miről az e tekintetben is legkimerítőbb forrásunk a Zichy Codex III. köt. 26. lapján I. Lajos királytól 1356 mart. 31-ről közölt oklevélből meggyőződést szerezhetünk, mely utóbbi oklevelet a király abból az okból adta ki saját neve alatt, mert még akkor az ujonnan kinevezett nádornak sem jegyzője, sem pecsétje nem volt. Kötetünkben Kont Miklós nádortól 1356 máj. 11-ről közlünk elsőben okle-



velet, hol a nádor Kont neve tévedésből kihagyatott, (l. 294. sz. a.).

Az országbirói tisztséget 1353. évben és az 1354. év elején még mindég Tamás viselte, utolsó oklevele 1354 mart. 29-én kelt (l. 112. sz. a.), halála nem sokára ez után következhetett be, mert a somogyvári conventnek 1354 apr. 23-án kelt bizonyságlevelében már mint néhai említettik (l. 118. sz. a.) s mert az 1354 apr. 24-ről kelt oklevélben Drugeth János nádor fiát, Miklóst, olvassuk mint országbirót; téves tehát Fejér György, C. D. Tom. IX. vol. 2. 317. lapon közölt oklevélnek az az adata, hogy 1356 máj. 18-án még mindég Tamás lett volna országbiró. Drugeth Miklós csak rövid ideig viselte az országbirói tisztséget, 1355 jun. 19-ről kelt oklevélben már mint néhai van megnevezve (l. 207. sz. a.), és az azon évi jul. 1-én kelt levélben már utódjának, Szécsi Miklós országbirónak nevével találkozunk (l. 216. sz. a.).

Kont Miklós, a föntebbiek szerint 1356 mart. végéig volt erdélyi vajda (l. 279. sz. a.), őt László néhai székely ispán fia András váltotta fel, kit mint erdélyi vajdát a csanádi káptalannak 1356 május 12-én kelt oklevelében találunk megnevezve (l. 295. sz. a.), ő e tisztségben 1357-ben is megmaradt (l. 380. sz. a.).

Egész kötetünk folyamán Cyko mesterrel találkozunk mint kir. tárnokmesterrel (l. 71. és 329. sz. a.).

Ez időben I. Lajos király Dalmát, Horvát és Tót országok kormányzásával testvérét Istvánt mint ez országok herczegét biztá meg, alatta Lendvai István fia Miklós,

1353-tól 1355-ig folytatta mint tótországi bán tisztségét (l. 31. és 173. sz. a.), míg végre 1356 dec. 21-én, Leustachhal találkozunk mint tótországi bánnal (l. 329. sz. a.).

A jelen kötetben közölt oklevelek nagyobb része az Országos Levéltárból és a N. Muzenumból, a többiek pedig az Akademia, gr. Bethlen, Bölönyi, Csicseri, gr. Draskovics, gr. Erdödy (Galgócz), gr. Eszterházy (Galanta), gr. Festetics (Keszthely), gr. Forgács, Hanvay, Inkey, Justh, Kállay, Kapy, Kisfaludy, Máriássy, Motesiczky, Nyitrazerdahelyi, b. Révay, gr. Rhédey, b. Perényi, Sóvári Soós, Vay és Vidos családok levéltáraiból kerültek ki.

Hátra van még, hogy Kammeier Ernő, Komáromy András, Márki Sándor és Óvári Lipót uraknak szíves közreműködésükért köszönetemet nyilvánítsam, különösen pedig Kovács Nándor úrnak, ki nemcsak feles számú másolataival, hanem a munka kiadása körül segítségével is támogatni szíveskedett.

A munka további folytatását a Történelmi Bizottság elrendelvén, a VII-ik kötet kiadásával, a mint csekély erőm megengedi, késni nem fogok.

Budapest, 1891 december havában.

*Nagy Imre.*



## 1.

*1353. jan. 5. A nyitrai káptalan előtt a garam-szentbenedeki convent apátja s prépostja, Kistapolcsányi Gyula fiától, Gergely mestertől öt márka széles bécsi dénárt kölcsön vesz.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod . . frater Seffridus abbas monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Gron et frater Andreas prepositus conventus loci eiusdem pro se personaliter et vice ac nominibus eiusdem conventus ab una, item magister Gregorius filius Gyule de Kystopulchan parte ab altera nostri in presencia personaliter constituti, iidem . . abbas et frater Andreas prepositus retulerunt, . . quod ipsi pro quibusdam expensis dicti magistri Gregorii in quadam causa contra eosdem factis, quinque marcas denariorum latorum viennensium ponderis Budensis in duobus terminis et sub condicione infrascriptis solvere coram nobis eidem . . assumerunt, ita videlicet, quod tres marcas solverent in octavis festi Purificacionis virginis gloriose, residuas vero duas marcas, in octavis diei Medii Quadragesime proxime nunc affuturis ac se se immediate sequentibus, tali nexu obligationis interposito, quod si quempiam terminorum predictorum obmitterent in solvendo, extunc cum duplo pecuniam termini neglecti solvere tenerentur magistro Gregorio antedicto . . Datum in vigilia festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Levéltárban N. R. A. 1698. 75. dipl. oszt. 4325. Közli: Kovács Nándor.

## 2.

*1353. jan. 6. A császári káptalan előtt a Péter albán nemzetségéből való Tapolcza kerületi nemes rokonok a Tapolcza, Szaplonecza és Mechencha nevű folyók közt fekvő birtokokat vltasztott birák közbenjöttével magok közt felosztják.*

Nos capitulum Chazmensis ecclesie . . significamus . . quod Valentinus filius Samsonis, unacum Georgio, Fabiano, Petro et Bole ( . . . . ) suis, item Nicolaus filius Stephani filii Laurencii ac Petrus filius Iwan Cheh dictus nobiles de districtu Topolcha ( . . . . . ) terras nobil ( . . . . . ) magistri Petri filii Michaelis (vicebani et) comitis Crisiensis (nec) non ( . . . . ) eorumdem a nobis cum instancia postularunt, ut ad videndam divisionem seu separacionem possessionariarum porcionum eorumdem ex utraque parte predicti fluvii Topolcha usque fluvios Soplonecha et Mechencha habitarum seu existencium simul cum earum utilitatibus et pertinenciis universis, quam ex linea proximitatis iuxta continenciam et formam literarum obligatoriorum prefati magistri Petri vicebani nec non arbitrium et compositionem sex proborum et nobilium virorum communiter assumptorum presente nostro testimonio ac ipsius magistri Petri vicebani iuxta regni consvetudinem ab antiquo approbatam facere et ordinare inter se debebant ut assumserunt, unum ex nobis virum idoneum et fidedignum ad premissa videnda, separanda ac ordinanda destinare curaremus, quorum petitionibus iustis et congruis annuentes, maxime, quia ipsa peticio iuris tramite fieri postulabatur . . magistrum Johannem notarium, socium et concanonicum nostrum unacum Jacobo filio Wlchk, homine sepefati magistri Petri vicebani specialiter ad hoc deputato . . in medium ipsorum duximus transmittendum, qui quidem socius noster et homo domini Petri vicebani cum Georgio et Nicolao nobilibus antedictis ad nos demum reversi . . nobis retulerunt, quod in eorum presencia et testimonio plurimorum nobilium inibi convocatorum nobiles superius nominati pari voluntate et communi consensu . . de prefatis possessionibus ac eorum utilitatibus universis huiusmodi divisionem inter se fecissent . . quam inviolabiliter . . assumserunt per-

petue et pacifice observare tali modo, quod pars a parte septemtrionis in longitudine omnino et totalis cum tribus molendinis videlicet Andree, Iwan et Demetrii iobagionum in predicto fluvio Topolcha existentibus, prout ipse fluvius Topolcha separat et dividit cum tertia parte capelle beatorum Cosme et Damiani martyrum ac cimeterio nec non tributi fori eorundem cessit Nicolao filio Stephani antedicto in filios filiorum possidenda et habenda; aliaque parte ipsius possessionis circa eundem fluvium Topolcha a parte orientali existenti similiter cum tertia parte predictae capelle, cimiterii ac tributi memorati et aliis utilitatibus universis Petro filio Iwan et eius heredibus remanente, residuaque vero porcione a parte meridionali adiacenti, ut predictur, cum alia tertia parte ipsius capelle memorate, cimiterii ac tributi, nec non tribus molendinis ceterisque utilitatibus ad ipsam porcionem spectantibus universis Valentino ac filiis suis et eorum posteris similiter perpetuo relinquente possidere et habere; reliqua vero tria molendina in predicto fluvio Topolcha ad porcionem predicti Petri filii Iwan relinquendo. Mete vero ipsarum porcionum predictarum parcium, que separant et dividunt easdem porciones, prout ipsas idem magister Johannes antedictus socius et concanonicus noster cum Jacobo homine vicebani demum ad nos reversus ex consensu et beneplacito parcium iam dictarum pacifice et quiete in scriptis nobis demonstrarunt, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit in fluvio Topolcha circa metas Dyanfelde dicta a parte occidentali, deinde per eundem fluvium in silva in longo spacio versus orientem usque locum molendini sacerdotalem eorundem et eundem locum relinquendo exit et procedit per alium rivulum versus meridiem ad arborem tul crucesignatam, inde transit ad arborem iegenye crucesignatam circa ortum similiter sacerdotalem, ibique ipsum ortum et viam magnam relinquendo salit ad arborem cerasi crucesignatam, deinde cadit in fluvium Brezouch et per eundem vadit et venit ad locum Gradische, de quo vertitur et venit ad arborem cerasi crucesignatam, inde inter duas curias iobagionum venit ad metam terream in platea erectam, deinde per ipsam plateam ipsius ville procedendo in spacio competenti versus meridiem pervenit ad arborem piri silvestris cruce signatam sitam videlicet in fine ville, meta terrea

circumfusam, qui locus dicitur esse Werlere, abhinc per arbores tul et piri silvestris crucesignatas, deinde per viam versus meridiem ad monticulum venit, ibi est dumus gymulchyn meta terrea circumfusus; inde flectitur per semitam directe versus orientem ad metam terream ubi est etiam terra pro eorum sacerdote ab antiquo deputata; deinde circa eandem terram in via magna eundo pervenit ad arborem piri silvestris crucesignatam; deinde per ipsam viam transeundo viam parvam, pontem procedit in bono spacio et pervenit ad metam terream; abhinc declinat versus septemtrionem directe eundo cadit in quendam rivulum Blason dictum et ibi est arbor byk crucesignata, deinde in ipso rivulo vadit usque metas filiorum Endre et circa easdem in longo procedendo cadit in fluvium Mechenche, et per ipsum infra usque locum molendini, de ipso infra versus septemtrionem ad metam terream, inde ad arborem tul; deinde venit ad unam magnam viam, ubi est meta terrea; deinde salit ipsam viam et procedit et venit ad unum Zubodol, per quem supra eundo ad caput eiusdem venit ad metam terream; deinde ad dumum raquicye; inde ad quoddam fossatum, per quod pervenit ad dumum avellanarum meta terrea circumfusus; inde declinat versus occidentem ad arborem twl crucesignatam; abhinc versus planiciem seu Kauen dictam venit ad arborem piri silvestris crucesignatam; inde ad arborem gertyan crucesignatam sitam circa viam; deinde per eandem viam in longo eundo cadit ad aliam viam, ubi est meta terrea, inde ad quoddam fossatum, deinde ad piscinam, abhinc ad arborem cerasi crucesignatam; inde usque magnam silvam, ubi est arbor twl crucesignata, et ibi pars inferior terre simul cum iobagionibus cessit Nicolao et Petro antedictis, alia vero parte metis inclusa, usque fluvium Topolcha Valentino et filiis suis ac eorum heredibus perpetuo remanente; silvam vero in usum communem relinquerunt pacifice ipsis et eorum posteris possidere et percipere fructus eiusdem. . Datum et actum in festo Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo, CCC<sup>mo</sup> Lmo tercio.

A csázmaj káptalannak 1374. jul. 12-én «Georgius filius Valentini de Cristolfelde» kérelmére kiadott átiratából, melyet ugyanazon káptalan ugyanazon év sept. 8-án «Mathei sacerdotis ecclesie sancte Crucis de

genere Woyk, vice et nomine Nicolai filii Georgii de Topolcha kérésére ismét ártirt, ennek eredetije meg van az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30658. Közli: Kovács N.

## 3.

*1353. jan. 7. A nyitrai káptalan előtt kistapolcsáni Gyula fia Gergely és fivére egy részről, más részről a garam-szentbenedeki convent apátja és prépostja kijelentik, hogy a béke kedvéért Tezér és Maholány nevű birtokaik közt hat határdombot emeltek.*

Capitulum ecclesie Nitriensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magister Gregorius filius Gyule de Kystopulchan sua et Nicolai fratris sui, cuius onus sponte super se assumsit, in personis ab una, item frater Andreas prepositus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron pro . . fratre Seffrido abbate et conventu monasterii eiusdem . . parte ab altera nostri in presencia constituti concordii voce retulerunt, quod licet super facto metarum possessionis Thazar vocate eorumdem domini abbatis et sui conventus, ac possessionis Molonyan nominate dictorum magistrorum Gregorii et Nicolai lis et controversia mota fuisset inter ipsos et exorta, tamen propter bonum pacis et sinceri favoris oblectamen, ut amodo et deinceps omnis fomes invidie, ira, odii et iniurie de medio eorum radicitus evulsis sopiatur . . interdictas possessiones suas sex metas ordine sub sequenti erexissent ita videlicet, quod duas metas erexissent a parte fluvii Sithua vocati in quodam prato, alias duas metas vero retro orreo dicte ville Molonyan, residuas autem duas metas penes viam magnam, que duceret de Verebel in villam Morouth nuncupatam, quarum tres a parte ipsius ville Molonyan adiacentes separarent eidem ville Molonyan, alie vero tres mete possessioni Thezer sepedicte . . Datum secundo die festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millessimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Két példányban, melyek egyikéről a hártyszalagon függött pecsét elveszett, a másikon veres selyemsodraton függ, az utóbbi példányon a chyrographum az alsó szélen van; eredetijük az Orsz. Ltárban N. R. A. 165. 30. dipl. oszt. 4327. Közli: Kovács N.



## 4.

*1353. jan. 15. Miklós nádor bizonyítja, hogy kistapolcsáni Gyula fia Gergely azon tizenegy márkát, melyet a nádor ítélete alapján a Garam Szentbenedeki apáttól jogosan követelhetett, a nevezett apátnak elengedte, ki azokból a kilenczed- és tizedrész megtérítésére egy márkát a nádornak megfizetett.*

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod magister Gregorius filius Gyule de Kystopolchan coram nobis personaliter comparendo undecim marcas, quas iuxta nostram adiudicacionem et priorum literarum nostrarum continenciam, iudicii nostri formam exprimentium, a . . fratre Seffrido abbate monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron et conventu loci eiusdem iuramento suo undecimo se nobilibus coram capitulo ecclesie Nitriensis in octavis diei Strenarum proxime preteritis deponendo, racione non dacionis per nostras et magistri tavernicorum literas testimonii ipsorum ad quasdam citaciones faciendas recipere poterat et habere, eisdem . . abbati et conventui loci eiusdem, quo ex sui parte relaxavit et indulgit nostri in presencia, nobis vero, utpoti iudici de nona et decima parte pecunie premisse frater Andreas vice et nomine predictorum . . abbatis et conventus impendit satisfactionem, unam marcam pro eisdem nona et decima parte pecunie premisse nobis persolvendo, unde ipsos dominum abbatem et conventum super dictis undecim marcis reddimus expeditos . . Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján gyűrűs pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 68. 22, dipl. oszt. 4328. Közli: Kovács N.

## 5.

*1353. jan. 18. László egri prépost és érseki vicarius, Klára asszonynak Kemén leányának, Enoch fia Donch ellen bizonyos elpusztított ház iránt indított perében halasztást ad.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Agriensis . . Nicolai . . Agriensis ecclesie episcopi in spiritualibus vicarius generalis,

damus pro memoria, quod causam, quam nobilis domina Clara vocata filia Kemyn, pro qua Johannes filius Herrici cum literis procuratoriis Cozme sacerdotis de Sancto Georgio comparuit, contra Danch filium Enok, pro quo Blasius filius Laurencii cum literis procuratoriis domini Johannis rectoris ecclesie de Wyvar ac viceiudicis nostri comparuit, iuxta continenciam literarum citatoriarum domini Nicolai sacerdotis rectoris ecclesie de Kassa, in quindenis diei Strennarum coram nobis movere habebat; quia prefatus Johannes filius Herrici procurator eiusdem domine accionem prelibate domine in facto desolacionis possessionarie porcionis eidem domine pro dote et rebus parafernalibus date declarabat, dictusque Blasius procurator eiusdem Donch, ipsum in tam ardua causa absque aliorum fratrum et proximorum suorum consilio non posse respondere allegabat, ideo ad quindenas festi beati Georgii martyris proxime venturas duximus prorogandam ad peremptoriam responsionem faciendam. Datum Agrie, quarto die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatán monorú pecséttel két példányban, egyiken a pecsét meglehetően ép állapotban van meg, ezek eredetijeit a N. Múzeumba a Máriássy ca. letéteményében őriztetnek.

## 6.

*1353. jan. 18. Ujhely város bírása és esküttjei előtt, Péter fia Balázs az ujhelyi barátok Szent-Egyedről nevezett egyházának földeket ajándékoz.*

Nos Petrus filius Martinus iudex de Vyhel, Ladislaus filius Thyuodori, Stephanus filius Benedicti iurati ac universi hospites de eadem memorie commendamus, quod Blasius filius Petrus accedens personaliter ad nostram presenciam proposuit . . . quod terram arabilem sex iugera, quam terram de Ogman, Dominico et Valentino filiis ipsius Ogman ordine iuris pro duabus marcis cum dimidia reobtinuit, sitam a parte orientali terre Ladislai filii Egidii, a parte occidentali terre Georgii Kos, a parte meridiei terre Petow fratris sacerdotis, illam terram

predictam Blasius predictus ecclesie beati Egidii abbatis et confessoris pro remedio animarum parentum suorum et pro anima sua statuit cum suis utilitatibus in perpetuum ita, quod nunquam fratres ecclesie predictae alicui vendere possint, tamen Ogman cum filiis suis personaliter comparentes donacionis predictae consensum et assensum prebuerunt. Item Petow germanus Johannis sacerdotis, Johannes et Nicolaus filii eiusdem Petow similiter coram nobis personaliter comparuerunt, existit propositum . . per ipsos, quod terram ipsorum predictam ecclesie beati Egidii confessoris et fratribus ecclesie predictae scilicet in numero quatuor iugerum pro altero dimidio fertone vendidissent in perpetuum . . possidendam, quam pecuniam etiam Blasius predictus pro dictis fratribus assumpsit solvere coram nobis. Dimisimus tamen, quod si qui in processu temporum ratione terrarum predictarum contra fratres ecclesie predictae causam aliquam movere intenderent, tunc calumnia convincantur eo facto . . Datum feria sexta proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 4329. Közli: Kovács N.

— —

7.

*1353. Buda, jan. 23. Tamás országbíró a turóczy conventet kiküldi, hogy Neczpáli Gyula fia János és társai neczpáli erdejének a szentmártoni, zsámbokréti és bélai népek s jobbágyok által történt elfoglalása iránt vizsgálatot tartson.*

. . conventui de Turuch comes Thomas iudex curie . . Dicit nobis Johannes filius Gyula et Jacobus filius Harachk de Nechpal in suis ac Pauli et Stephani filiorum Mykou et Andree ac Hoym filiorum Clementis de Nechpal personis, quod silvam eorum intra metas dicte possessionis ipsorum Nechpal vocate existentem populi et iobagiones de Sancto Martino, de Sabokrek et Bela exciderent et uti facerent contra ipsorum voluntatem. Superquo . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro

testimonio . . quo presente Stephanus filius Petri de Jezen, vel Paulus filius Bochk de Zabor, altero absente, homo regius ad faciem predictae possessionis Nechpal accedendo, ibidem convocatis vicinis et commetaneis eiusdem . . predictos populos et iobagiones de Sanctomartino, Sabokrek et Bela super eo, ne silvam predictorum nobilium supradictam excidant et utantur contra ipsorum voluntatem, prohibeat . . verbo regie maiestatis; et post haec ipsius prohibitionis seriem . . rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzéumban a Justh cs. lírában.

## 8.

*1353. Buda, jan. 24. Tamás országbíró, Alásony nevű veszprémmegyei birtok negyed részét, Szalóki Pál fia Pál ellenében, Erzsébetnek, Adorján másképen Aladár fia János özvegyének leánynegyedi része fejében oda ítéli.*

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod . . Elizabet relicta Joannis filii Adriani, filia scilicet Benedicti de Sehtur, iuxta continenciam literarum conventus de Demenk evocatoriarum in octavis festi beati Michaelis archangeli ad nostram personaliter accedendo presenciam, contra magistrum Paulum filium Pauli de Zolok in nostri iudicii figura eiusdem literas conventus de Demenk evocatorias, asserens accionem suam in eisdem contineri, nobis presentarat, in quibus habebatur, quod ipsa . . relicta Joannis regie maiestatis eundo presenciam, sibi conquesta extitisset eo modo, quod de possessionaria porcione . . ipsam in possessione Chumur filii Dominici Olasan vocata iure quarte puellaris domine matris sue contingenti, quidam occupatores eiusdem possessionis eum exclusissent. Quibus perceptis ipsa regalis serenitas . . predicto conventui de Demenk literatorie scribendo dedisset in mandatis, quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Andreas vel

Nicolaus filii Emerici de Wyld, aut Johannes filius Dominici de Olason, sive Nicolaus filius Salamonis de Wtwys aliis absentibus homo sue regie maiestatis eandem dominam in possessionarium ius suum in dicta possessione Olason cum iure quarte puellaris domine matris sue contingentis statueret iure observato, si per quempiam non fieret contradictum, contradictores vero, si qui apparerent, ipsos contra eandem dominam in suam regiam ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc proxime venturas evocaret presenciam, contradiccionis eorum rationem reddituros, et post hec seriem premissorum eidem domino nostro regi fideliter rescriberet conventus prenotatus. Tandem idem conventus . . unacum predicto Johanne filio Dominici homine regio ipsorum hominem . . transmisissent ad premissa exsequenda, qui demum . . retulissent, quod cum ipsi ad prefatam possessionem Olason accessissent et dum eandem ipsi . . statuere voluissent, magister Paulus filius Pauli de Zolok ipsos prohibuisset in hunc modum, quod ipsa possessio esset in lite cum eodem et ob hoc se non posse respondere asseruisset et eundem magistrum Paulum ob idem in regiam presenciam evocassent contra predictam dominam rationem super premissis redditurum, octavas festi beati Michaelis archangeli partibus pro termino assignando. Quarum literarum exhibicionibus factis, prefatus magister Paulus personaliter exurgendo annotatam Olason apud ipsum modo esse, pluries per nos requisitus, affirmarat, et cum nos his perceptis eandem possessionem Olason ipsi domine, prout ordo iuris requireret, statui debere commissemus, mox ibidem . . idem magister Paulus postergata premissa sua primaria responsione, dictam possessionem Olason apud se esse asseruerat et per regiam clemenciam sibi datam et collatam fuisse exhibicione literarum regalium declararat. Visis itaque premissarum literarum dicti conventus de Demenk continenciis ac eciam assercionibus ipsius magistri Pauli perceptis, quia idem magister Paulus tempore predictae statucionis nominate possessionis Olason vocate modo prehabito prescripte domine fiende prohibicionem fecisse reperiebatur, et tunc coram nobis eandem possessionem nec suam esse, nec apud ipsum existere, postmodumque his suis allegatis obmissis . . ipsam possessionem apud manus suas existere et sibi per regiam colla-

cionem datam fuisse et ex eo sibi exhibicione dictarum literarum regalium eam pertinuisse et debere pertinere indicarat, pro eundem magistrum Paulum in estimacione quarte partis ipsius possessionis Olason nobis et parti adverse persolvende convictum fore unacum baronibus regnique nobilibus decernentes . . capitulo ecclesie Vesprimiensis literatorie scribendo eorum amicitiam petiveramus diligenter, quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Georgius filius Ectoris de Dalca, vel Nicolans filius Gyula de Salomon, aut Johannes filius Dominici de Olason, sive Nicolaus filius Salomonis de Vtwes, aliis absentibus homo regius in octavis festi beati Martini confessoris tunc proxime venturis ad faciem prefate possessionis Olason vocate . . accederet, ac eandem iuxta veras suas metas et antiquas reambularet, reambulataque et ab aliorum possessionibus distinctam et separatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis in quatuor divideret partes coequales, cuius rectam quartam partem ex una parte et in uno loco et ambitu signis pro metis positis consignando statueret dicte domine relicte Johannis iure quarte puellaris domine matris sue ipsam tangentis, contradiccione dicti magistri Pauli non obstante, possidendam et habendam, tribus partibus eiusdem possessionis predicto magistro Paulo vel quibus de iure convenirent remanentibus; contradictores vero, si qui alii fierent, ipsos citaret contra predictam dominam ad octavas diei Strennarum tunc proxime venturas in presenciam regie maiestatis, rationem sue contradiccionis reddituros; ibidemque idem homo regius et testimonium dicti capituli una cum aliis probis viris premissam quartam partem ipsius possessionis Olason visa eius qualitate, fructuositate, utilitate et valore regali mensura mensurando, vel si mensurari non posset, visu considerando, unacum aliis probis viris estimaret, regni consuetudine requirente, et post hec . . tocus facti . . seriem, dicto domino nostro regi ad presentes octavas diei Strennarum fideliter rescriberet capitulum prenotatum. Tandem ipsis octavis advenientibus prenominato magistro Paulo filio Pauli de Zolouk personaliter coram nobis astante, predicta domina Elizabet similiter personaliter ad nostrum iudicarium veniendo conspectum, literas predicti capituli ecclesie Vesprimiensis nobis pre-

sentavit, in quibus vidimus contineri, quod predictus Nicolaus filius Salamonis homo regius, presente Thoma sacerdote ecclesie beate Margarete virginis de Vesprimio, per ipsum capitulum in testimonium dato, in predictis octavis festi beati Martini confessoris ad faciem prefate possessionis Olason accessisset, vicinisque et commetaneis, ut debuissent, convocatis et ibidem assistentibus, presentibus partibus, primo per veteres metas et veras eandem possessionem Olason reambulata et a circumiacentibus possessionibus distinctam et separatam cum universis utilitatibus et pertinentiis ad eandem in quatuor partes divisissent coequales, cuius rectam quartam partem licet non in uno loco sed in duobus metarum ereccionibus separatam, prefate domine relictæ Johannis, pro iure quarte filialis domine matris sue ipsam tangenti, possidendam et habendam cum utilitatibus universis ad eandem quartam partem equalem possessionis Alason prenominate pertinentibus. Cuius quidem quarte partis mete, ut ipsi capitulo dixissent, taliter distinguerentur: quod prima meta inciperet a parte orientis iuxta quandam terram Padar vocatam et per eandem metam iret ad eandem villam Alason, et in medio eiusdem ville metam terream erexissent, dehinc ad partem occidentis tenderet ad quoddam nemus et in eodem nemore subtus unam arborem ilicis unam metam erexissent, abhinc per eandem plagam metas per frequentes erectas, de novo iret ad quendam fluvium Halagus vocatum et ibi distingueret porcionem prefate domine possessionariam a possessione Nicolai et Andree filiorum Emerici de Wyld; abhinc diverteretur et veniret rursum ad eandem villam Halason et ibi prope ipsam villam essent quedam arbores, ubi circa unam arborem silicis unam metam erexissent; postea iret ad eandem terram Padar et ibi terminaretur. Alterius siquidem particule, pro quarta eadem ipsi domine date, prima meta inciperet a parte orientis iuxta possessionem Vtus vocatam et tenderet ad partem occidentis, perveniretque ad quandam arborem piri, ubi metam erexissent; abhinc iret ad quendam rivulum, saliendoque ipsum in eadem plaga veniret ad quasdam terras arabiles, et per medium ipsarum terrarum arabilium transiens, iret ad metas nobilium de Wyld, ubi una meta duplicaretur, quarum una distingueret eisdem nobilibus de Wyld et alia domine prenotate, alias autem

distincciones, per antiquas metas satis apparentes, sine renovatione dimisissent; quo facto et eandem quartam partem dicte possessionis ipsa domina benivole acceptante. Unde quia predicta quarta pars dicte possessionis Olason vocate sub premissis metis in dictis literis capituli ecclesie Vesprimiensis contentis eidem domine Elizabet relicte Joannis filii Aladarii (*igy*), filie scilicet Benedicti de Sehtur iuxta nostram iudiciariam commissionem pro iure quarte filialis domine matris sue statuta fore, ex serie predictarum literarum ipsius capituli ecclesie Vesprimiensis manifeste reperiatur, ideo una cum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus predictam quartam partem dicte possessionis Olason vocate eidem domine Elizabet relicte Johannis filii Aladarii et suis posteritatibus sub premissis metis eo iure, quo ratione premissae quarte filialis domine matris sue sibi dinoscitur pertinere adiudicavimus perpetuo possidendam . . sine preiudicio iuris alieni, predicto Paulo filio Pauli perpetuum silentium imponendo de eodem . . Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

A pecsét elveszett; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 4330. Közli: Kovács N.

## 9.

*1353. Buda, jan. 28. Tamás országbíró, a Káldi Miklós fia Péter és Árokközi Elley fia Miklós közt folyt perben, Pétert összes javai elvesztésére, Mihályfalva másképp Saar nevű birtokot pedig Elley fiának Miklósnak ítéli.*

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Thuruch tenens honorem memorie commendamus significantes tenore presencium, quibus expedit universis, quod cum Petrus filius Nicolai filii Sefredy de Kald, magistrum Nicolaum filium Elley de Arukkuz, ob contradictoriam inhibitionem statucionis cuiusdam possessionis Mihalfolva alio nomine Saar vocate in comitatu Castriferrei existentis, legitime citacionis modum observando, mediantibus literis . . capituli ecclesie Castriferrei ad octavas festi



nativitatis beati Jobannis Baptiste proxime preteritas contra se in regiam presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ad presentes octavas festi Epiphanie domini prorogative devenisset, tandem ipsis octavis advenientibus predictus Petrus filius Nicolai personaliter ad nostram veniendo presenciam, contra ipsum magistrum Nicolaum filium Elley in figura nostri iudicii quasdam literas eiusdem capituli ecclesie Castriferrei formam possessionarie recaptivacionis et reambulacionis exprimentes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem explicari, nobis presentavit, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod predictus Petrus filius Nicolai, accepto homine regio et testimonio predicti capituli ecclesie Castriferrei, feria tertia proxima ante festum corporis Christi proxime preterita ad faciem predictae possessionis Myhalfolua alio nomine Saar vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis, accessissent et eandem reambulassent, reambulataque et recaptivatam dum ab aliorum possessionariis iuribus distingere et separare ac per eosdem regium et dicti capituli hominibus (igy) sibi statui facere voluisset, Stephanus filius Johannis vice et nomine ipsius magistri Nicolai inibi comparendo, ipsos regium et dicti capituli homines non a reambulacione sed a statucione eiusdem possessionis prohibuisset contradicendo, cuius prohibicionis racionem scire vellet ab eodem; asserens insuper idem Petrus filius Nicolai, quod ipsa possessio Myhalfolua alio nomine Saar vocata per ipsum premissio modo recaptivata racione linee generationis sibi attineret, et super hoc efficacia haberet instrumenta, et ibidem exhibere promptus esset et paratus; ubi et (in) instanti quoddam privilegium capituli ecclesie Jauriensis anno ab incarnatione domini Millesimo CC<sup>mo</sup> tricesimo sexto emanatum nobis presentavit, in cuius tenore habebatur manifeste, quod Buza filius Buza et Vytemer filius Vytemery, in presenciam eiusdem capituli Jauriensis assistentes, confessi fuissent se predium eorum, quod vocaretur Saar, Michaeli filio Moym pro quinquaginta sex marcis argenti vendidisse, omnibus cognatis suis presentibus et consensum prebentibus et in nullo huic ipsorum facto contradicentibus, et dictam summam pecunie confessi extitissent plenarie recepisse. Illud autem predium Akus pristaldus Farkasii comitis

his metis consignasset, nullo sibi contradicente : in via media, que duceret ad Muram, erexisset duas primas metas, inde progrediens in herbida via, in loco, ubi in modum crucis concursus esset viarum, posuisset duas metas, orientalem ut cederet Michaeli, occidentalem Morkolpho ; abinde in viam, que duceret in Saar procedens, ubi transiret eandem viam, posuisset duas metas, orientalem Michaeli occidentalem Morkolpho, et esset meta Michaelis arbor, que diceretur twl ; inde in valle una procedens protelaretur ad caput rivi, cuius pars cederet Michaeli, altera pars Morkolpho ; donec veniretur ad aquam Saar, et ibi in una arbore, que vulgo egwr diceretur, esset meta, et deinceps a terra Markalphy penitus separaretur ; rursus a villa Marcelly incipiens esset quedam vallis, in qua dicta terra veniret ad magnam viam, et ibi esset una arbor, que diceretur lignum quietis, ibique esset prima meta de parte Marcelly ; deinde progrediretur ad mediam viam Mure et ibi iuxta viam esset meta in magna arbore twl ; abinde in eadem via venirent mete usque ad crucem viarum Markus, et ibi terminarentur. In quarum contrarium prenomina- tus magister Nicolaus filius Elley personaliter exurgendo, quas- dam quatuor literas privilegiales honorabilis capituli ecclesie Castriferrei, unam in anno incarnationis domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> decimo secundo, et aliam sub anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> decimo tercio ac duas anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> vige- simo sexto emanatas nobis demonstravit, que sua serie nos informabant eo modo, quod primo et principaliter Nicolaus et Emericus filii Marcelli de Kald, coram ipso capitulo Castriferrei personaliter constituti, possessionem eorum Saar vocatam, que a Michaeli filio Michaelis filii Moym (*stb. l. I-sö kot. 258. sz. a.*) Postmodum autem predictus comes Alexander de Kuchk ab una parte, prenominati vero Nicolaus et Emericus filii comitis Marcelli de Kald ab altera coram eodem capitulo Castriferrei constituti, super universis causis usque datam literarum ipsius capituli inter ipsos motis, in talem pacis formam se dixissent devenisse, quod quia idem comes Alexander ipsos Nicolaum et Emericum de quinquaginta marcis minus duabus, quas videm filii comitis Marcelli pro dote et sponsalibus domine Bunguth prioris uxoris comitis Marcelli patris ipsorum et quartis domina- rum, videlicet comitis Benedicti filii Bene, Pauli filii Pauli de

Geche ac comitis Vrbanus filii Vrbanus solvere debuissent, expeditisset, prout series aliarum literarum dicti capituli Castriferrei plenius id declarasset, e converso terciam partem possessionis ipsorum Saar vocate, quam olim a Buza filio Buza et Itemerio filio Itemerii, Michael filius Moym precio comparasset, et demum mortuo Michaele dicto comiti Marcello patri ipsorum provenisset, de duabus eciam partibus, que ipsis filiis Marcelli remansissent, terciam partem unius partis . . vendidissent sepedicto comiti Alexandro et suis heredibus a parte occidentali perpetuo et irrevocabiliter possidendam, quam quidem terram talium metarum cursu tunc de novo, presente homine ipsius capituli Castriferrei per partes illic adducto, erectarum fore distinctam recitassent: quod prima meta inciperet iuxta fluvium Saar prope truncum salicis in prato ab oriente, ubi essent due mete posite, abinde binis et binis metis in quatuor locis positis curreret directe ad aquilonem usque viam, per quam iretur ad Muram, quarum metarum singula una, que esset ab oriente posita, terram dictorum filiorum Marcelli separaret et distingeret a porcione comitis Alexandri supradicti; obligassent se partes in alterutrum, ut si cuiuscunque temporis lapsu ipsi filii Marcelli vel eorum heredes porcionem suam vendicioni exponere et pignori obligare intenderent, non alteri nisi ipsi comiti Alexandro vel suis heredibus possent et valerent, et e converso prescriptus comes Alexander vel sui heredes facere assumssissent illud idem, hoc non pretermisso, quod si qua parcium ipsam compositionem infringere vellet, viginti marcas ante litis ingressum solvere teneretur parti ipsam compositionem observanti. Demumque tempore procedente predictus comes Alexander de Kuchk tunc index curie domini Karuli regis, coram predicto capitulo Castriferrei personaliter constitutus, unam possessionem suam iuxta fluvium Saar existentem Mihalfolua vocatam, racione dotis et rerum parafernaliu domine avie sue et quarte filialis domine matris sue ac pro quinquaginta marcis minus duabus, a Nicolao et Emerico filiis Marcelli curvi sibi devolutam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis eo iure, quo idem comes Alexander possedisset, usque tunc . . tradidisset Nicolao et Michaeli magistris filii Elley de Saar fratribus suis ob fraternitatis dileccionem et consanguineitatis unionem et serviciorum

suorum merita sibi impensorum, per eosdem iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum possidendam. Postmodum autem predictus magister Nicolaus filius Elley ab una parte, et dictus Nicolaus filius Marcelli curvi de iuxta Saar (*sib., következik a vasvári káptalannak »datum in octavis sancti Andree apostoli« 1326-ban kelt oklevele, mely szerint Marcel fia Miklós beleegyezik abba, hogy Mihalfalva nevű birtok Fihellei fia Miklós örök tulajdona legyen, ki Marcel fia Miklósnak egy malmot és tíz hold földet enged át a Sári határban.*) Quarum literarum exhibicionibus factis et tenoribus earundem perceptis, cum ipsum Petrum filium Nicolai filii Sefredi ac prenomiatum Nicolaum filium Marcelli venditorem et alienatorem ipsius possessionis seu predii Mihalfolua alio nomine Saar vocate propria eorum in persona coram nobis astantes de eo, ut ipsi quali nexu proximitatis et consanguineitatis linea sibi invicem sint annexi, trinario numero, ut nostro incumbit officio, habuissemus requisitos, iidem Petrus filius Nicolai et Nicolaus filius Marcelli patrueli fraternitate se invicem unitos et medietatem eiusdem predii seu possessionis Mihalfolua alio nomine Saar vocate ratione patruelis fraternitatis, aliam vero medietatem ipsi Petro filio Nicolai ratione sue porcionis de iure pertinere debere parili voce affirmarunt, et cum nos ab eisdem Petro filio Nicolai et Nicolao filio Marcelli hoc scire voluissemus, qui priores et progenitores ipsorum fuissent et extitissent, tunc Petrus filius Nicolai eundem Nicolaum patrem suum filium Sefredis, ipsum vero Sefredum filium Andree, predictum Andream filium Cheme literati, prenomiatum autem Nicolaus filius Marcelli, dictum Marcellum patrem suum filium alterius Marcelli curvi, ipsumque Marcellum curvum avum suum filium Michaelis filii Michaelis filii Moym, qui predictum predium Saar solus propria sua pecunia quinquaginta sex marcarum argenti pecunie quantitate a predictis Buza filio Buza et Itemerio filio Itemerii precio comparat, esse et fuisse allegarunt, pluries replicando coram nobis. Unde quia predictum predium Mihalfolua alio nomine Saar vocatum per prenomiatum Michaelem filium Moym solum sine comixione avi predicti Petri filii Nicolai filii Sefredy avum videlicet ipsius Nicolai filii Marcelli precio comparatum, et demum tempore precedente mortuo ipso Michaele filio Michaelis filii

Moym predicto Marcello patri ipsius Nicolai racione proxime linee generacionis devolutum, per eundemque Nicolaum filium ipsius Marcelli premisse perpetualis vendicionis titulo absque predictis decem iugeribus terrarum et uno molendino totaliter et omnino alienatum, tenoremque ac formam dictarum literarum privilegialium emticionalium capituli ecclesie Jauriensis literis patentibus predicti capituli ecclesie Castriferrei seriatim inseri fecisse, et eidem comiti Alexandro de Kuehk in rei memoriam plenioris dedisse et assignasse, ac universas literas suas, que ipsi possessioni et collacioni possessionis contrarium facerent vel obesse possent, inanes et viribus carituras reddidisse, ex serie predictarum literarum privilegialium capitulorum Jauriensis et Castriferrei ecclesiarum manifeste reperiabantur, nunc autem predictus Petrus filius Nicolai filii Sefredy, qui nullum ius nullamque iuris proprietatem sibi pertinere et suis prioribus aliquo tempore pertinuisse aliquibus instrumentis nunc ad presens poterat nec in futurum assummebat comprobare, sed ex calumniosa permissione predicti Nicolai filii Marcelli predictis literis privilegialibus capituli ecclesie Jauriensis solummodo Michaeli filio Moym avo predicti Nicolai filii Marcelli sine adiuncione seu commixione avi prenotati Petri filii Nicolai, super emcione predicti predii loquentibus eidem Petro filio Nicolai ad requisicionem eiusdem predii per ipsum Nicolaum filium Marcelli assignatis, ipsum predium Michaelis in Saar habitum et totaliter, ut premisimus, in dominium ipsius magistri Nicolai filii Elley devolutum, calumniose requirere et in suum dominium dolose convertere nitebatur, ideo una cum magnificis viris domino Nicolao regni Hungarie palatino, Stephano quondam bano tocius Sclavonie nunc vero magistro tavarnicorum regalium, magistris Stephano dicto Bubek comite comitatus Lyptoviensis, Nicolao dicto Treutul quondam comite Posoniensi, Johanne filio Alexandri comite de Gumur et Nicolao prothonotario ipsius domini Nicolai palatini, ac aliis nobilibus nobiscum in iudicio assidentibus, eosdem Petrum filium Nicolai filii Sefredi et Nicolaum filium Marcelli, pro tam indebitis et calumniosis eorum processibus ac adquisicionibus fraudulentibus dicti predii privatis omnibus bonis et proprietatibus ipsorum intra limites regni Hungarie existentibus, in duabus partibus nostris iudiciariis in

tercia veró parte partis adverse manibus devolvendis calumnian-  
cium pena puniendos convictos fore committentes, predictum  
predium Mihalfolua alio nomine Saar vocatum, exceptis predictis  
decem iugeribus terrarum et molendino per ipsum magistrum  
Nicolaum filium Elley prescripto Nicolao filio Marcelli, ut est  
prehabitu, datis et traditis, ipsi magistro Nicolao filio Elley et  
suis heredibus heredumque suorum successoribus eo iure, quo  
ad ipsum dinoscitur pertinere, adiudicavimus perpetuo possi-  
dendum . . sine preiudicio iuris alieni, predictisque Petro filio  
Nicolai et Nicolao filio Marcelli ac ipsorum posteritatibus amodo  
et deinceps perpetuum silentium imponendo de eadem . . Da-  
tum Bude, sedecimo die octavarum festi Epiphaniarum do-  
mini predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo  
tercio.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics ca. kezt-  
helyi Itarában, Castriferra 35.

## 10.

*1353. Buda, jan. 30. I. Lajos király Bátori János fiát Lászlót Bereczk  
unokáját, Horvát, Királytelek, Nagyfalu, Tagy és Suvagd nevű birto-  
kokban akkép erősíti meg, hogy azoknak bármely csekély részéből a test-  
vérek és rokonok egyedül csak László szabad akaratából részesülhetnek.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos recensitis  
fidelitatibus et multimodis complacenciis magistri Ladislai filii  
Johannis, filii Briccii de Batur comitis de Zabolch, fidelis nostri,  
quibus idem in cunctis nostris et regni nostri negociis, prosperis  
pariter et adversis, cum omni fidelitatis constancia studuit com-  
placere nostre maiestati et se reddere gratum utique et acceptum,  
eidem de regie pietatis circumspecta prudencia huiusmodi gra-  
ciam duximus conferendam, ut nullus ex proximis, familiaribus  
et cognatis ipsius de possessionibus Horvat in Karazna, Kiral-  
teluke et Nogfolu in Zabolch, necnon Thaagh vocatis in Zath-  
mariensi et medietate possessionis Suvagd vocate in Byhoriensi  
comitatibus existentibus per eundem magistrum Ladislaum  
nunc acquisitis et inventis aliquam partem seu porcionem ab

eodem acquirere vel recipere possit alicuius temporis in processu, nisi predictus magister Ladislaus de sua libera et bona voluntate cum eisdem fratribus, proximis et cognatis ipsius aut cum aliquo eorumdem predictas possessiones suas acquisiticias participare voluerit seu impertiri. Datum, Bude, feria quarta proxima ante dominicam Esto mihi, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt «Relacio Simonis filii Martini» szavak olvashatók; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 30119. Közli Kovács N.

---

 11.

*1353. Buda, jan. 31. Miklós Nádor meghagyja a győri káptalannak, hogy bazini Ábrahám fia Sebes és testvére Bazini Péter közt folyt perben ez utóbbi minden jószágától megfosztatván, a káptalan küldje ki emberét Péter összes birtokaira, hogy ezeknek két részét a nádor-harmad részét pedig Bazini Sebes részére birói zálogképen foglalja le.*

.. capitulo ecclesie Jauriensis.. Nicolaus.. palatinus et iudex comanorum.. Vestra nosci velit amicitia, quod nobis unacum baronibus regnique nobilibus in octavis diei Strennarum proxime preteritis in nostro examine iudiciario sedentibus, causalesque processus quorumlibet nostri in presencia litigancium in statera equitatis dimecientibus, Blasius magnus famulus et procurator magistri Sebus filii Abrae de Bozyn legitimus, pro eodem magistro Sebus domino suo.. de medio ceterorum causidicorum in nostram presenciam exurgendo, primo quasdam literas nostras sedecimo die octavarum festi Nativitatis virginis gloriose, in anno iam transacto preteritarum confectas, per nos super facto cuiusdam evocacionis vobis directas, contra magistrum Petrum fratrem dicti magistri Sebus nobis presentarat sua serie inter cetera declarantes, quod dum nos in dictis octavis festi Nativitatis virginis gloriose unacum baronibus regnique nobilibus iudiciario pro tribunali sedissemus, causalesque processus coram nobis quorumlibet litigancium iusto iudicii examine discutere cepissemus, inter ceteros causidicos Laurencius de Chollokuz in persona dicti magistri Sebus domini sui..

ad nostram accedendo presenciam, quasdam literas nostras sedecimo die octavarum festi Omnium Sanctorum in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> LX<sup>mo</sup> octavo hic Bude emanatas, similiter vobis per nos directas, multimodos causales processus et evocationis formam in se declarantes contra pretactum magistrum Petrum filium eiusdem Abrae nobis presentarat, in quibus inter cetera videramus contineri, quod cum Ladislaus de Nyek . . in persona pretacti magistri Sebus, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Martini confessoris, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> quarto preteritis, ad nostram accedendo presenciam, contra magistrum Petrum filium Abrae prelibatum agere voluisset, Michael dictus Feketeu vice et nomine ipsius magistri Petri . . ad nostram exurgens presenciam accioni ipsius magistri Sebus contra ipsum Petrum proponende, prout per literas nostras exinde confectas fueramus informati, audientiam prebere recusarat, talem pretendens racionem, ut ipse magister Sebus contra dictum magistrum Petrum mediantibus literis regalibus obligatoriis in pecuniarie solucionis gravamine ante litis ingressum persolvi debende existisset aggravatus, de qua ipse magister Petrus dominus suus ante omnia sibi satisfactionem impendi postularat et habita ipsius gravaminis satisfactione, omni accioni sue respondere promptus esset et paratus, et ad huiusmodi verborum suorum declaracionem quasdam patentes literas domini Karoli . . condam . . regis . . obligatorias et alias eiusdem domini regis literas clausas demonstrarat, sua serie expresse declarantes, quod ipsi anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> primo, feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli in ipsius domini regis presenciam in Vysegrad comparendo, in causa, quam ipse magister Sebus contra prefatum Petrum fratrem suum in facto cuiusdam possessionarie porcionis litigiose in octavis festi beati Andree Apostoli in presenciam domini Vyllermi palatini eo tempore habuisset, iuxta ordinacionem et disposicionem . . fratris Viti episcopi Nitriensis, domini Thatameri Albensis ecclesie prepositi aule sue regie vicecancellarii, magistrorum Thome filii Petri et Nicolai dicti Treuteul comitis Posoniensis, Leustachii, magistri Stephani filii Dionisii ac aliorum quamplurimorum nobilium arbitrio, eorundem et aliorum, quos adducere potuissent in regia presenciam se



submisissent eo modo, ut quidquid iidem prelati et barones regni sui in octavis diei Cinerum tunc venturis auditis utrarumque parcium propositiōibus, visisque literalibus eorum instrumentis in quadam pixide sub annularibus sigillis eorundem domini episcopi Nitriensis et comitis Pauli inclusis et ad conservandum eidem preposito Albensi commissis arbitrarentur, utraque parcium arbitrata eorundem acceptare tenerentur; tali vinculo pene se submittentēs, quod si qua parcium arbitrium eorundem non acceptasset. . . extunc contra alteram partem arbitrium acceptantem, in quinquaginta marcis ante litis ingressum persolvendis, absque iudiciaria porcione pro victo remansisset; ad quas quidem octavas diei Cinerum prefatus magister Sebus per ipsum magistrum Petrum fratrem suum ad habendum ipsum arbitrium legitime expectatus non venisset nec misisset. Quarum quidem utrarumque literarum regalium tam patencium tam clausarum tenoribus ambarum parcium procuratoribus suomodo seriatim explicatis, idem Ladislaus procurator ipsius magistri Sebus eundem magistrum Sebus dominum suum, post tempus emanacionis iamdictarum literarum obligatoriarum cum eodem magistro Petro fratre suo per prelatorum et regni baronum ac plurimorum nobilium ordinatissimam reformatiōnem super omnibus plene concordasse in contrarium allegarat; ibidemque ad premissę sue allegacionis cautelam cerciorem similiter quasdam patentes literas eiusdem domini Karoli regis compositionales presentarat, quarum series expresse declarabat, quod cum sub anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> secundo, feria tertia proxima post festum nativitatis beati Joannis Baptiste, prelibati magistri Sebus et Petrus filii Abraę Rufi de Bozyn in omnibus causis suis, discordiis, disceptacionibus super facto possessionarie divisionis litigiōse mutuo inter se habitis, ut de medio ipsorum omnis rancor invidię et fomes cuiuslibet maligni conceptus radicitus evelleretur, et fraterne dileccionis sinceritas in cordibus ipsorum refringata concalesceret, propter pacis pulcritudinem et fraterne indissolubilitatis vinculum sub fidei ipsorum obligamine. . . Petro Sirimiensis et fratre Vito Nitriensis ecclesiarum episcopis manibus eorum porrectis date et promisse eorundem ceterorumque prelatorum et baronum infrascriptorum, videlicet domini Laurencii episcopi Boznensis, magistri Thatamerii

Albensis ecclesie prepositi aule regie vicecancellarii, magistri Pauli magistri tavarnicorum domine Elisabeth regine Hungarie, magistrorum Nicolai Posoniensis, Theuteus Borsodiensis comitum, magistri Pauli de Vgal prothonotarii comitis Pauli iudicis curie regie, comitis Deseu de Pok viceiudicis eiusdem comitis Pauli, Nicolai cancellarii . . Chanadini archiepiscopi Strigonensis, Petri et Nicolai filiorum Ders, Beke de Zakaly, Pauli filii Dose condam palatini, comitis de Zaboch, magistrorum ceterorumque quamplurimorum nobilium regni, feria secunda proxima ante predictum festum nativitatis beati Joannis Baptiste in domo preacti domini prepositi Albensis in Vyssegrad in regia presencia se submisissent; facta itaque premissa arbitraria submissione iidem prelati et regni barones pro reformatione eorum votiva solitudine laborantes talem compositionem inter ipsos ordinassent, quod defectum et damnum, que ipse magister Sebus in amissione tributi montis et territorii vinearum de Bozyn peressus exstisset, eo quod nulla perpetualis divisio in suis possessionibus inter eos habita exstisset, et eciam cives et hospites de Tyrnavia in lite sibi adversantes super facto amissionis dicti tributi montis habuisset, cum predicto magistro Petro communiter paterentur et sustinerent, et quia eciam ipse magister Sebus de suis possessionibus et possessionariis porcionibus alienasse et impignorasse dictus exstisset, easdem alienaciones restaurare et reintegrare vel ad suam recipere porcionem, et sic universas possessiones ipsorum in duas coequales partes dividere cum earum utilitatibus, iuribus et pertinenciis sub recta bipartita divisione in filios filiorum suorum perpetuo possidere, conservare et habere commisissent, universas autem alienatas possessiones ipsorum tam hereditarias quam acquisiticias ubilibet in regno habitas communi labore et expensa requirere et requisitas bimembre divisioni apponere et quaque partium rectam dimidietatem ipsarum reoptentiarum possessionum similiter perpetuo possidere decrevissent, privilegia vero possessionum cuique parti in divisionem devolvendarum eidem parti redderentur; super quibus autem possessionibus privilegia ipsorum in uno loco communiter deponerentur, et tenores earumdem in transcriptis per utrasque partes servarentur, partes eciam super possessionibus in divisione sibi alternatim cedendis

mutuo se adiuuare tenerentur, nisi aliqua parcium, demeritis suis propriis requirentibus, aggravaretur; adhuc eciam si ipse partes vel altera earum quamdam terram contenciosam ante castra ipsorum Bozyn et Zenthgurg vocata habitam quoquomodo communiter aut singillatim acquirere, vel precio posset comparare similiter per equalem bimembrem divisionem se perpetuo possidere elegissent, et dum per prelibatos prelatos et barones ac nobiles regni huiusmodi arbitraria ordinacio inter easdem partes deliberata exstitisset, ipsique prelati et barones ac nobiles sepedictos magistros Sebus et Petrum convocantes, utrum dictam ordinacionem possessionarie divisionis modo premissa factam acceptarent vel ne requisivissent, iamdicti magistri Sebus et Petrus consona voce et consensu ratam et firmam se habere, ac perpetua durabilitate inuolabiliter premissa observare spondidissent et predictam possessionariam divisionem inter eos et in eorum castris et possessionibus et possessionum suorum iuribus, proventibus et utilitatibus ad octavas festi beati Egidii confessoris tunc affuturas hominibus regalibus nominatim preassumptis et ipsis literis composicionalibus insertis distulissent; et cum huiusmodi composicionariam unionem parcium procuratorum seriatim explicari fecissemus et eodem procuratore magistri Sebus in eo, ut procurator ipsius magistri Petri super prioribus allegacionibus, ante premissam composicionem inter se habitis eundem magistrum Sebus per nos in iudicio vigore priorum literarum obligatarum peteret aggravari, et que per posteriorem composicionem quasi sedata et cassata fore viderentur, id recidivare et in preiudicium gravaminis ipsius magistri Sebus resuscitare niteretur iudicium et iusticiam sibi dari implorante, prescriptum procuratorem sepedicti magistri Petri, si quicquid contra tenores iamdictarum literarum composicionalium obiiceret vel ne, requisitum habuissemus, iamdictus procurator prescripti magistri Petri semel, secundo et tercio per nos iuridice requisitus in contrarium iamdictarum literarum composicionalium per procuratorem ipsius magistri Sebus exhibitarum literas regales et vestras ipsum magistrum Petrum dominum suum premissa composicioni contrariantes habere, affirmarat, et ad exhibicionem ipsarum literarum regalium, et vestrarum eidem domino suo per nos terminum postularat assignari. Nos

igitur unacum baronibus regni que nobilibus in examine iudicario adherentibus, volentibus parcium procuratoribus adiudicantes commiseramus, ut ipsi magistri Sebus et Petrus non procuratorem mittendo, sed propriis eorum in personis in octavis diei Strennarum proxime atunc venturis ad habendam finalem determinacionem de premissis coram nobis comparerent, predictusque magister Petrus prefatas literas regales et vestras contra prememoratas literas regales compositionales magistri Sebus per procuratorem suum exhibere assumtas teneretur exhibere coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam dictante iuris equitate facere valemus inter ipsos, prescriptas autem literas regales per procuratores utrarumque parcium coram nobis exhibitas patenter emanatas ex utraque parte capite sigilli nostri consignando cum ipsis clausis literis similiter sub nostri sigilli impressione procuratoribus parcium restitueramus per eosdem magistros Sebus et Petrum in iudicio tunc reexhibendas coram nobis; et abhinc ipsa instrumentalis exhibitio diversis dilacionum cautelis intervenientibus ad octavas diei Medii Quadragesime in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> septimo preteritas devenisset; demum tertia feria proxima post dominicam Ramispalmarum partes predictae in presenciam domini Ludovici . . regis . . accessissent, eidemque, prout per literas regales patenter exinde confectas informabamur, confessi exstitissent viva voce, quod ipsi disscensiones, contenciones inter ipsos usque atunc habitas falce pacis discindere volentes in omnibus contencionibus rixis et controversis usque atunc inter ipsos tam in factis et impignoracionibus possessionum quam equaciarum et rerum quarumlibet, ac damnorum et generali votum prolacione, in quibus discordiis usque atunc inter ipsos habitis se omnimodo arbitrio baronum infrascriptorum coram eodem domino rege tunc personaliter astancium, videlicet nostro, item . . Thome condam voivode comitis de Crasso et de Keue, Dominici bani de Macho, magistrorum Laurencii Supruniensis et Castriferrei, Nicolai dicti Treutul Posoniensis comitum, nec non magistri Thome Rufi castellani de Wyuar submitissent eo modo, ut quicquid iidem barones, vel ipsi ex eisdem, qui presentes esse possint tunc die crastino, scilicet quarta feria post dominicam prenotatam, Bude in domo nostra visis instrumentis et literis

ac auditis propositiōibus et obieccionibus parciū arbitrarentur, uterque eorum teneretur acceptare, penam centum marcarum ante litis ingressum persolvendarum, si qua parciū arbitrium iamdictorum baronum non acceptaret, incurreret eo factō, et quod neuter eorum ipsum arbitrium a die prenotato, vel ab illo die, quem scilicet prenotati barones arbitri deputarent nec literis regalibus, reginalibus, vel racione exercitus vel alia aliqua cautela adinventā ulterius valerent prorogare; et abhinc discussio omnium premissorum ad octavas festi Omnium Sanctorum tunc affuturas exstiterat protelata, ipsisque denique octavis festi Omnium Sanctorum occurrentibus nobisque unacum . . . Ladislao Strigoniensi, Nicolao Agriensi et Briccio Jauriensi ecclesiarum prepositis, magistris Stephano et Michaelē canonicis ecclesie Posoniensis, item magistris Thoma filio Petri comite Liptoviensi, Deseu vicepalatino nostro, Stephano et Georgio filiis Dominici dicti Bubek de Heueswyuar, Akus de Posoga comitibus, Lorando et Nicolao filiis Mychk condambani, Ladislao et Laurencio filiis Ricolphi et aliis quamplurimis nobilibus regni in sede nostra iudiciaria concedentibus, predictisque magistris Sebus et Petro in nostra iudiciaria figura comparentibus, cum nos eosdem magistros Sebus et Petrum in eo, si se iudicio vel iuxta predictarum literarum regalium obligatoriarum continenciam arbitrio dictorum prepositorum ac baronum et nobilium regni submitterent vel ne, requisitos habuissemus, eodem magistro Sebus tam iudicio quam arbitrio se submittere velle referente, idem magister Petrus se non iudicio sed iuxta premissarum literarum regalium arbitratoriarum arbitrio nostro ac dictorum prepositorum, baronum et nobilium regni submittere velle allegarat; quibus auditis cum nos unacum predictis prepositis, baronibus et nobilibus regni, iuxta premissarum literarum regalium continenciam, ad faciendum inter partes arbitrium sedissemus, iidem magistri Sebus et Petrus quasdam literas vestras in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> tercio, feria sexta proxima ante festum beate Katherine virginis et martyris patenter emanatas communiter presentarant inter cetera continentes, quod cum vos secundum continenciam literarum vestrarum compositionum unacum hominibus regiis pro parte magistrorum Sebus et Petri deputatis in eisdem literis vestris nominatis, duos ex

vobis socios et concanonicos vestros viros idoneos similiter in dictis literis vestris nominatim contentos transmisissetis, demum eisdem regiis et vestris hominibus ad vos redeuntibus vobis retulissent, quod cum in octavis festi nativitatis beati Joannis Baptiste secundum continenciam priorum literarumstrarum ad facies possessionum Bozyn et Scengurgh accessissent, et idem magister Petrus sua privilegia exhibere debuisset, que exhibere non valuisset, super quadam meta non remote a via in silva Sary dicta stetisset et iurare voluisset asserendo, ibi metas possessionis sue Zenthgurgh inchoari, magister vero Sebus eosdem homines regios ac eundem magistrum Petrum extra eandem silvam ducendo inter sata possessionis Zek metas possessionis Zenthgurgh fuisse et per eundem magistrum Petrum fore destructas asseruisset, et ab ipso loco supra ad montem ad vineas Kollonis et Ortolfi ipsas metas ascendere per quamdam vallem, super quibusdam metis literas in tribus capitulis emanatas habere et ipsam possessionem Zenthgurg a terra Myr sive Nyr separari dixisset; magister vero Petrus his non contentus ad priorem metam, ubi ad iurandum steterat, ut superius exprimitur, reversus cum eisdem et ibidem regni consvetudine requirente iurare voluisset, magister Sebus primo ipsum magistrum Petrum prohibuisset dicendo, quod vellet sibi ostendere principales metas possessionis Zengrurgh, secundo prohibuisset ne iuraret, asserendo, quod ille mete, super quibus iurare voluisset essent mete possessionis Bozyn, et super hoc haberet privilegia sua; item dixisset idem magister Sebus, quod quia dictus magister Petrus duas porciones possessionis Myr sive Nyr inter possessiones Zenthgurg et Bozyn existentes se emisse et comparasse dixisset, super ipsaque emcione ipsarum duarum parcium privilegia sua exhiberet et ipso privilegio iusto, si rationabile esset, vobis contentari; preterea idem magister Sebus dixisset, quod cum ex mandato . . Karoli condam . . regis . . nos metas possessionis Bozyn reambulassemus ipse magister Petrus unacum ipso dictas metas, super quibus iurare voluisset, pro metis possessionis Bozyn ostendisset, et nos super sua expremissa (így) voluisset et assumsisset pro iustificandis metis inibi adducere, et his prohibicionibus factis magister Petrus prohibere noluisset, sed metas possessionis Zengurg, ut in facto terre seu possessionis

est consuetum iurare, suum deposuisset iuramentum super meta priori et aliis in literis capituli Posoniensis reambulatoriis contentis, et sic metas dicte sue possessionis erexisset, prout in eisdem literis vestris plenius declaratur. Quibus visis et perlectis, quia prelibati magistri Sebus et Petrus exhibicionibus quarumdam literarum vestrarum feria tertia proxima ante quindenas festi beati Georgii martyris, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> tercio emanatarum hoc, ut damna, antequam in eorum possessionibus divisi exstitissent, inter ipsos perpetrata alterutrum mutua vicissitudine sibi invicem coram quovis iudice exsequendi seu requirendi liberam concessisse facultatem declararant, idem vero magister Sebus eo tempore, quo in eorum castris et possessionibus nulla perpetualis divisio inter ipsos facta exstitisset, aliquas de suis possessionibus pro exsecutione communium iurium ipsorum, pro mille marcis, minus centum marcis se pignori obligasse, quod et idem magister Petrus affirmarat, et quod eciam premissarum suarum possessionum impignoracione ee, quod usus dictarum suarum possessionum impignoratarum percipere non valuisset, damna mille marcarum habuisse allegarat, pro eo nos unacum prelati, prepositi, baronibus et nobilibus regni, licet idem magister Sebus predicta sua damna, que pro eo, ut usus dictarum suarum possessionum, modo premissis pro exsecutione communium iurium impignoratarum percipere non valuisset perperum se exstitisse, et eciam alia damna ac equacias super ipsum magistrum Petrum se requirere et rehabere velle proposuerit, attamen ut omnis rancor invidie et fomes cuiusvis maligni conceptus de medio ipsorum radicitus evelletur et fraternalis dileccionis amore in evum possent gratulari, omnibus damnis, nocumentis, iniuriis et specialiter factis equaciarum inter ipsos hoc usque quoquomodo habitis et perpetratis omnino sopitis et sedatis votiva sollicitudine laborantes, talem arbitrariam compositionem inter ipsos decreverimus faciendam, ut in recta medietate dictarum mille marcarum minus centum marcis, quibus dicte possessiones ipsius magistri Sebus fuissent impignorate, idem magister Petrus in termino sibi assignato easdem redimere teneretur, in alia vero medietate magister Sebus redimeret annotatus. Si vero dictus magister Petrus in termino sibi assignato premissa pecunia quantitate

dictas possessiones impignoratas redimere non curaret, extunc damnum, quod pro non redemcione earundem possessionum predictus magister Sebus haberet, in eundem magistrum Petrum aggregaretur, si autem predictus magister Sebus easdem suas possessiones non redimeret, tunc damnum seu defectum, quod idem magister Sebus pro eo, ut usus dictarum suarum possessionum impignoratarum percipere non valeret, habere posset, solus pateretur et sustineret. E converso autem, quia predictus magister Petrus, exhibicione quarundam literarum capituli ecclesie Posoniensis, quandam possessionem suam similiter in execucione communium iurium suorum pro quibusdam suis necessitatibus pro septuaginta marcis se pignori obligasse declararat, ideo in recta medietate ipsius pecunie sepedictus magister Sebus dictam possessionem ipsius Petri impignoratam redimere teneretur, adhuc eciam quia super capitali possessione ipsorum Bozyn vocata ac eidem magistro Sebus in divisione devoluta privilegium . . Endre condam . . regis . . idem magister Sebus exhibuerat, metasque predice possessionis sue ipsum privilegium seriatim in se denotarat, licet predictus magister Petrus, ut est premissum, metas sue possessionis Zengurg vocate presentibus regis et vestris hominibus, mediante suo iuramento, ut moris est, iurare super terram, contra prohibicionem ipsius magistri Sebus et vigorem dicti privilegii erexerit, attamen eo, quod ipsum privilegium super dicta possessione ipsorum capitali Bozyn est confectum, metasque in se contineret, per predictam ipsius magistri Petri iuramentalem deposicionem sopiri et cassari non debere visum exstiterat, sed in suo robore persistere committi cernebatur, iuramentali deposicione eiusdem magistri Petri vigorositati ipsius privilegii domini Endre regis obstare non valente, deliberantes commiseramus eomodo, ut prescriptum privilegium ad faciem predice possessionis Bozyn idem magister Sebus producere et eandem possessionem suam per cursus metamrum in eodem privilegio contentarum, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus factis, reambulare et si metas eiusdem possessionis sue modo in ipso privilegio contento evidenter apparere inveniret, extunc dicta possessio Bozyn iuxta easdem metas evidenter apparentes ipsi magistro Sebus statueretur; si vero metas ipsius possessionis sue evidenter



apparere ubique non inveniret, extunc facta legitima estimacione ipsius particule terre inter ipsos contenciose cum tot nobilibus pro quot marcis fieret estimata cum vicinis et commetaneis remocioribus eo, quod idem magister Sebus propinquioribus vicinis et commetaneis se carere indicarat, et aliis comprovincialibus suis nobilibus, prout moris est iurare super terram mediante suo iuramento, erigere et renovare teneretur; et dum per nos ac per prescriptos prepositos, barones et nobiles regni huiusmodi arbitraria ordinacio inter predictas partes deliberata exstitisset, sepedictosque magistros Sebus et Petrum convocatos premissam arbitrariam ordinacionem plenarie eisdem explicantes, utrum dictam arbitrariam ordinacionem modo premissa factam acceptarent vel ne, requisitos habuissemus, quia iam dictus magister Petrus dictam compositionem arbitrariam modo annotato factam non acceptabat, ex eoque iuxta propriam suam obligacionem predicto gravamine centum marcarum se succumbi committebat, nec eciam predictas literas regales et vestras contra tenores predictarum literarum regalium compositionalium iam dudum pro procuratore eiusdem magistri Sebus exhibitarum exhibere assumtas presentarat, sed a facie iuris et iusticie se penitus absentarat, pro eo nos unacum predictis prepositis, baronibus et nobilibus regni predictum magistrum Petrum super obligacione dictarum centum marcarum nobis et parti adverse satisfacturum, necnon prescriptas literas regales et vestras per ipsum modo premissa exhibere assumtas exhibiturum, contra magistrum Sebus annotatum decreveramus fore evocandum; super quo vestre scribentes amicitie pecieramus vos reverenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infradeclarandus omnia premissa et quevis singula premissorum faceret et exsequeretur iuris ordine observato, et abhinc premissorum seriem, prout fieret opportunum, per vos nobis amicabiliter rescribi pecieramus. Quibus visis adhuc idem Laurencius alias literas nostras quarto die congregacionis nostre generalis universitati nobilium comitatus Posoniensis feria secunda proxima ante festum Ascensionis domini in civitate Posoniensi, in anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> primo proxime transacto, per nos celebrate in Posonio emanatas nobis exhibuerat declarantes, quod idem magister Sebus in ipsa

congregacione nostra de medio aliorum consurgendo, primo literas domini nostri regis nobis demonstrarat, per quas idem dominus noster rex firmis nobis dabat sub preceptis, ut in causa ipsius magistri Sebus cum magistro Petro fratre suo in dicta nostra congregacione coram nobis habita finem debitum imponeremus; quibus visis idem magister Sebus quamplures literas nostras, diversos processus iudiciarios contra eundem magistrum Petrum in se declarantes, presentarat, iuxta quas ex parte eiusdem magistri Petri fratris sui iudicium et iusticiam per nos sibi postularat impertiri. Tandem nos ipsam causam tum ex speciali edicto dicti domini nostri regis, eo quod tempore ipsius congregacionis nostre illic in Posonium devenerat, tum etiam propter ipsius cause arduitatem ad octavas festi beati Martini confessoris atunc proxime venturas huc in Budam duxeramus peremptorie prorogandam eomodo, ut si medio tempore ipsos magistros Sebus et Petrum fratrem suum possemus reformare bene quidem, alioquin in dictis octavis sive magister Petrus compareret, sive non, finem debitum imponderemus in causa premissa iusticia mediante. Quarum quidem premissarum duarum literarum nostrarum per ipsum Laurencium procuratorem dicti magistri Sebus nobis exhibitarum revisis continenciis, idem Laurencius retulerat isto modo: quod prefatus magister Sebus dominus suus prescriptam evocacionem mediantibus predictis prioribus literis nostris, propter quedam alia sua negocia facere nequivisset, ad prescriptas vero octavas festi beati Martini confessoris, in quibus iuxta ipsum literatorium mandatum regium et etiam nostram commissionem iudiciariam finalis divisio inter ipsos fieri deberat, idem magister Petrus non venisset nec misisset, eodem magistro Sebus legitime coram nobis expectante, asserens, ut idem magister Sebus dominus suus prefatum magistrum contra se ad omnia premissa peragenda nostram legitime velit facere evocari in presenciam. Quapropter vestram amicitiam aliis literis nostris mediantibus pecieramus diligenter, ut vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, pro presente homo noster in presentibus infranominandus prefatum magistrum Petrum super premissis obligamine centum marcarum nobis et parti adverse satisfacturum, necnon prescriptas literas regales et vestras per ipsum modo premissis exhibere assumtas exhibi-

turum contra magistrum Sebus annotatum, iuxta seriem premissarum priorum literarum nostrarum ad nostram evocaret presentiam ad terminum competentem, insinuando ibidem, ut si veniret et de premissis obligaminibus centum marcarum nobis et parti adverse satisfaceret, ipsasque literas regales et vestras exhiberet, bene quidem, alioquin non obstante ipsius absentia, iuxta premissum regale preceptum literatorum nostramque pristinam commissionem iudiciariam finem debitum imponeremus in causa annotata, prout dictarat ordo iuris, preter hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati et termino assignato, prout fuisset opportunum nobis amicabiliter per vos rescribi postularamus; demum annotatus Blasius demonstratione literarum vestrarum evocatoriarum sepefatum magistrum Petrum, contra annotatum magistrum Sebus per Johannem filium Luka de Keralyfiakarcha hominem nostrum, presente magistro Nicolao dicto de Devecher socio et concanonico ac testimonio vestro, visis dictis literis nostris, per vos ad premissa exsequenda pro testimonio transmissis, in festo beati Demetrii martyris proxime transacto in possessionaria sua porcione in Chuturtukhel habita, super premissa obligatione centum marcarum nobis et parti adverse satisfacturum, ac annotatas literas regales et vestras exhibiturum, ad octavas festi beati Martini confessoris proxime transactas evocatum existisse, et per literas nostras iudiciales ad easdem venire vel aliquem pro se mittere non curasse evidenter comprobarat; verum quia evocacionem consultivam regni consuetudine exigente forenses sequi debent proclamaciones, deviosque et iuri rebelles ad tramitem iusticie proclamari facere iudicibus maximum indicium pietatis fore reputatur, idcirco amicitiam vestram pecieramus diligenter, ut vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo homo noster, in presentibus infra specificandus, annotatum magistrum Petrum super obligatione premissarum centum marcarum nobis et parti adverse satisfacturum, ipsasque literas regales et vestras exhibiturum, contra ipsum magistrum Sebus in tribus foris comprovincialibus ad quintumdecimum diem ipsius ultime proclamacionis in nostram legitime proclamari faceret presentiam, insinuando ibidem, ut si veniret et de premissis centum marcis nobis et parti adverse satisfaceret, dictas-

que literas regales et vestras exhiberet, iurique parere curaret, benequidem, alioquin non obstante ipsius absentia, finem debitum imponeremus in premissis consvetudine regni exigente; abhinc ipsius proclamacionis seriem, prout fuisset opportunum ad quintumdecimum diem diei ultime proclamacionis in vestris literis per vos nobis amicabiliter rescribi postularamus. Tandem Dominicus filius Mathie, serviens prelibati magistri Sebus, pro eodem magistro Sebus domino suo, cum literis procuratoriis capituli Posoniensis, feria tertia proxima ante diem Medii Quadragesime in nostram accedendo presenciam, literas vestras super premissis rescripcionales nobis presentavit, in quarum tenoribus inter cetera sepefatum magistrum Petrum per Petrum de Hech hominem nostrum, presente Dominico clerico chori vestri, vestro scilicet testimonio, super premissa obligacione centum marcarum, nobis et parti adverse satisfacturum et premissas literas regales ac vestras exhibiturum, primo sabbato proximo ante dominicam Invocavit proxime preteritam in villa Sancte Marie, in districtu Chollokuz, secundo in foro oppidi Scempch vocati, feria secunda post dominicam Invocavit prenotatam, tercio feria tertia post sepedictam dominicam in Modor in villa domine nostre regine ad quintumdecimum diem ipsius ultime proclamacionis, contra prescriptum magistrum Sebus in nostram reperimus legitime proclamari fecisse presenciam, insinuando foris in eisdem, ut si veniret et de dictis centum marcis nobis et parti adverse satisfaceret, ipsasque literas regales et vestras exhiberet, benequidem, alioquin non obstante ipsius absentia finem debitum imponeremus in premissis consvetudine regni requirente. Qui quidem magister Petrus ad premissum terminum proclamacionis premissa per dictum procuratorem ipsius magistri Sebus legitime expectatus, venire vel aliquem pro se mittere non curavit; verum quia prelibatus Michael dictus Feketeu procurator magistri Petri prescripti accioni ipsius magistri Sebus, contra ipsum magistrum Petrum proponende, audienciam prebere refutando, ante omnia de premissis quinquaginta marcis, in quibus eundem magistrum Sebus per premissas literas regales absque iudiciaria porcione convictum fuisse declararat, eidem magistro Petro satisfaccionem impendi postularat, et ipsius gravaminis satisfaccionem habitam

accioni eiusdem respondere promptum et paratum ipsum magistrum Petrum fore allegarat, prelibatusque Laurencius de Chollokuz, procurator ipsius magistri Sebus legitimus, eundem magistrum Sebus dominum suum post conviccionem suam in quinquaginta marcis premissis, absque iudiciaria porcione, per premissas literas regales cum eodem magistro Petro fratre suo super omnibus premissis, prout in presentibus superius cunctis intuentibus serius exprimitur, plene concordasse declararat, et in eo, ut procurator ipsius magistri Petri prefatus super prioribus obligacionibus et gravaminibus ante premissam compositionem inter se habitis, eundem magistrum Sebus per nos in iudicio vigore priorum literarum obligatoriarum pecierat aggravari, et que per posteriorem compositionem sedata et cassata fore viderentur, id in gravamen ipsius magistri Sebus resuscitare niteretur iudicium et iusticiam dari postularat; in huiusque allegacionis procuratoris magistri Sebus et tenorem ipsarum literarum compositionum per eundem exhibitarum contrarium, literas regales et vestras premissae compositioni contrariantes ipsum magistrum Petrum procurator suus prefatus habere affirmarat et easdem in premissis octavis diei Strennarum exhibere assumserat, ac tandem ad premissum arbitrium sub pena centum marcarum ante litis ingressum persolvendarum eedem partes se obligarant, quod idem magister Petrus acceptare recusarat, et in tam longinquis litigionariis processibus easdem literas regales et vestras exhibere assumtas, contra eundem magistrum Sebus exhibere non curarat, et demum ad exhibendum easdem literas regales et vestras ac ad satisfaciendum de ipsis centum marcis evocatus et tandem in tribus foris provincialibus legitime proclamatus, venire et iuri parere non curarat, imo a facie iuris et iusticie contumaciter se absentarat. Igitur unacum . . comite Thoma iudice curie regie, Thoma filio Petri condam voivoda, magistris Paulo de Vgal prothonotario dicti iudicis curie regie et Petro filio Pauli de Wolko ac aliis regni nobilibus nobiscum in iudicio adherentibus, eundem magistrum, Petrum pro requisicione premissarum quinquaginta marcarum, absque iudiciaria porcione, que per premissam posteriorem compositionem sedata fuerat et cassata, in facto calumnie pro non acceptacione autem dicti arbitrii iuxta propriam suam

obligacionem in premissis centum marcis decrevimus convictum exstitisse, universis possessionibus et possessionariis suis porcionibus atque bonis ipsum proprie contingentibus, in duabus partibus nostris iudiciariis, in tertia vero parte adverse parti manibus devolvendis. Quare amicitiam vestram presentibus petimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Stephanus frater Omodei, homo noster specialis, ad facies universarum possessionum possessionariarumque porcionum dicti magistri ubilibet habitaram et quovis nomine vocitatarum, ipsumque solum proprie contingencium accedendo, easdem in duabus partibus nobis occupet, in tertia vero parte ipso magistro Sebus parti scilicet adverse statuatur per nos et eundem partem adversam tandiu possidendas, quamdiu per eos, quorum redemcioni eedem magis competere dignoscuntur, a nobis et a parte adversa in earum condigno precio et valore redimantur. Si qui vero easdem sue redemcioni pertinere indicaverint et ipsas redimere velle asseruerint, tunc easdem visa ipsarum utilitate, qualitate et quantitate, regali mensura mensurando, vel visu considerando cum aliis probis viris debeat estimare in earum condigno precio et valore, consuetudine regni exigente, redemptoribusque earumdem terminum nostri in presencia ad comparendum assignet legitimum atque competentem, ut visa quantitate estimacionis earumdem ad redimendum easdem terminum assignare valeamus legitimum atque competentem, res eciam eiusdem magistri Petri excipiat atque auferat et exquirat, et abhinc omnium premissorum seriem . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, vigesimo quarto die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A 358. 37. dipl. oszt. 4245. Közli: Kovács N.

## 12.

*1353. febr. 4. Tamás országbíró előtt Péter fia Tulok Pál, Domokos fia Miklós özvegyével és fiával Abustyán nevű birtokban kölcsönös örökösödést kötnek ki.*

In litera comitis Thome iudicis curie Bude, sedecimo die octavi diei octavarum festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio emanata conspicitur, quod cum predictus Paulus dictus Tuluk filius Petri in causam attractus ab una et nobilis domina relicta condam Nicolai filii Dominici et Andreas filius eiusdem, ut actores, super interfeccione predicti Nicolai mariti ipsius domine in presencia ipsius comitis Thome in causam devenissent. Tandem eedem partes in ipsa causa concordando inter alias ipsarum ordinaciones eomodo concordassent, quod si predictus Andreas filius eiusdem domine absque heredum solacio decederet, tunc ipsius porcio, in ipsa possessione Abustyan habita, ad memoratum Paulum et suos fratres ac successores devolveretur perpetuo possidenda, preter porciones filiales, si vero predictus Paulus et sui fratres ac eorum posteri de mundo exorbatu transirent, eorum porciones possessionarie, in eadem possessione Abustyan habite, ad memoratum Andream filium dicte domine et suos posteros similiter devolverentur perpetuo possidende.

Szentgyörgyi Tamás országbírónak «Stephanus fil. Egidii de Abustyan» és neje számára 1385. máj. 6-án kiadott ítéletéből, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 1512. 2. dipl. oszt. 3605. Közli: Kovács N.

## 13.

*1353. Buda febr. 5. Tamás országbíró a Bátori-családbelieknek birtokaik, méneseik és egyéb vagyonuk felosztására új határnapot tűz ki.*

Comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod causam quam Petrus filius Leukus filii Briccii de Batur, contra magistros Nico-

laum filium Briccii, Ladislaum, Georgium et Stephanum filios Johannis de eadem Batur iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi Epiphaniarum domini super factis possessionariis, equaciis, vineis et aliis rebus divisioni apponi debentibus declaratam movere habebat coram nobis, quia prefatus Petrus filius Leukus literas regales, feria tertia proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno in presenti emanatas annularique sigillo suo consignatas nobis presentabat continentes, quod licet idem dominus noster rex causam inter Petrum filium Leukus filii Briccii de Batur ab una, et inter Nicolaum filium eiusdem Briccii, Ladislaum, Georgium et Stephanum filios Johannis filii prefati Briccii parte ab altera, coram nobis iuris ordine motam et habitam, per nos mediantibus aliis literis suis preceptorii, ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas eo, quod idem Ladislaus tunc unacum eodem domino nostro rege in partibus Transsilvanis et in serviciis suis existebat occupatus, iussisset prorogari, tamen quia nunc de dictis partibus Transsilvanis in curiam suam Budensem diver-tendo, predictus Petrus ipsam causam per ipsum contra predictos fratres suos in facto possessionarie divisionis motam fuisse retulisset, et sic nondum ipsa causa ad tam longinquum terminum prorogari debere visum fuisset, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandabat, quatenus causam parciū prenotatam, non obstantibus predictis aliis literis suis, ad octavas diei Medii Quadragesime nunc proxime venturas, priori statu permanente, absque omni iudiciali onere eomodo prorogantes, ut cum ipsam causam iuxta sui processus seriem iuridice determinare deberemus, nec eandem ab eodem quavis adinventā ratione ulterius iniudicatam prorogare presumeremus, nosque regio edicto obtemperare cupientes, ut tenemur, dictam causam ad easdem octavas diei Medii Quadragesime nunc proxime venturas, statu sub priori duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1537. 62. dipl. oszt. 4331. Közli: Kovács N.



## 14.

*1353. febr. 14. A kolozsmonostori convent előtt Kalyani Manus és fivére Bertalan, Diós nerü Kolozsvármegyei birtokukat, íj. Vas Miklósnak nyolcz évre hatvan márkéért, az alábbi feltételek mellett, elzálogosítják.*

Nos conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra memorie commendamus, quod Manus et Bartholomeus nobiles de Kalyan ab una parte, ab altera Nicolao dicto Vos iuniori, coram nobis personaliter constitutis, confessum existit per eodem Manus et Bartholomeum pariter et relatam, quod propter evitandas necessitates ipsorum possessionem ipsorum Dyos vocatam in comitatu de Clus existenti iure hereditariam, a die datarum presencium usque revolutionem octo annorum, pro sexaginta marcis fini argenti plene habitis datis et persolutis, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis, eidem Nicolao dicto Vos iuniori pignori obligassent et obligarunt coram nobis, tali forma et obligamine imposito, quod quia possessiones ipsorum Popteleke et Churnuk in comitatu de Doboka habitas ac Balugianusteke in comitatu de Clus existentes, magistro Stephano dicto Pagan in perpetuum vendidissent, sine permissione et de bona voluntate ipsius Nicolai dicti Vos et sine satisfactione, attamen pro quadraginta et quinque marcis argenti, secundum quod in aliis literis nostris evidenter patet; ideo ipsam possessionem ipsorum Dyos vocatam sine ipsa possessione Bolugianusteke, videlicet unam sine alia redimere non possint neque valeant sub tali forma, quod quandocunque idem Manus et Bartholomeus infra prescriptum terminum possessiones ipsorum Dyos et Bolugianusteke, videlicet Dyos pro sexaginta marcis fini argenti et Blugianusteke pro quadraginta marcis argenti et similiter quinque marcis argenti redimere possent, liberam habeant redimendi facultatem, si vero non possent, duplum incurrerent eo facto. Non pretermittendum est, quod si ipsas possessiones ipsorum, aliis vel alteri vendere velent aut iterum obligare, non possint nisi eidem magistro Nicolao dicto Vos. Ceterum quod quandocunque Nicolaum memoratum ratione possessionum prenominatarum molestare seu in

litem attrahere niteretur Manus et Bartholomeus, tenentur expedire propriis laboribus ipsorum et expensis. Datum in festo beati Valentini martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>o</sup> tercio.

A kolozsmonostori conventnek 1361. évi átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban. dipl. oszt. 26980. Ugyan ebben még más két 1353. febr. 2-án kelt záloglevél is át van írva Diós birtokról, melyek szerint ezt előbb Deme tiborteleki nemes birta zálogban. Közli: Kovács N.

## 15.

*1353. febr. 17. I. Lajos király átirja a váradi káptalannak 1349, oct. 28-án kelt jelentését, mely szerint alsókeczeli Elleus fiát Mihályt és Egyed fiát Mihályt krasznavármegyei Alsókeczel nevű birtokba beiktatták.*

Nos Lodovicus . . rex Hungarie . . . significamus . . quod magister Jacobus dictus Erdelw ad nostre maiestatis presentiam accedendo, in personis Michaelis filii Elleus et alterius Michaelis filii Egidii de Olsou Kechel exhibuit nobis quassdam literas rescripcionales capituli ecclesie Varadiensis . . petens nos . . ut ipsas . . transscribi . . dignaremur . . quarum tenor talis est: . . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Waradiensis . . Literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo Varadiensi . . Dicitur nobis in personis Michaelis filii Elleus et Michaelis filii Egidii de Olsou Kechel, quod propria possessionaria porcio ipsorum in dicta possessione Olsoukechel vocata in comitatu de Karazna existenti apud ipsos existens, et eciam possessionaria porcio quondam Anda et Johannis filiorum Andree proximorum et fratrum eorumdem, sicut dicitur indivisionalium, similiter in dicta possessione Olsoukechel habita, similiter ipsos contingens reambulacione metali et ab aliorum possessionibus separacione plurimum indigerent; quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem . . quo presente Stephanus filius Ietoris de Reche vel Nicolaus filius Johannis de Torny aut Michael filius Martini de Ban aliis absentibus homo noster ad facies possessionariarum porcionum eorumdem predictarum . . accedendo . . et ipsas reambulando . . statuatur ipsas predictis Michaeli filio Elleus et Michaeli filio Egidii . . et post

hec seriem ipsius reambulacionis et statucionis . . rescribatis. Datum in terra Transsilvana in Alba Jule, die dominico proximo ante festum beati Galli confessoris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>o</sup> nono. Nos igitur . . unacum predicto Nicolao filio Johannis de Torny, Ladislaum sacerdotem chori ecclesie nostre transmimus . . qui . . retulerunt, quod ipsi secundo die festi Undecim Millia virginum proxime preteriti, ad predictum comitatum de Karazna et ad prefatas possessionarias porciones . . accessissent, et convocatis vicinis et commetaneis earumdem reambulando per veras metas statuissent . . eisdem Michaeli filio Elleus et Michaeli filio Egidii perpetuo possidendas, sed novis metis ab aliorum porcionibus possessionariis easdem ad presens separare et distingere non valuissent, distulissent tamen separacionem earumdem, dum iidem Michael et Michael ad etatem legitimam pervenirent. Datum in festo apostolorum Simonis et Jude beatorum, anno supradicto. Nos itaque . . tenorem pretactarum litterarum rescripcionalium . . transscribi fecimus, sigilloque nostro consignari ad cautelam. Datum Bude, in dominica Reminiscere, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az N. Muzeumban.

---

16.

*1353. mart. 2. A budai káptalan előtt Kandej Gergely fia Demeter, egy azölőjét a királynénak illetőleg a klarissa apáczáknak húsz forintért eladja.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Demetrius filius Gregorii de Kande ab una, et Nicolaus dictus de Lyptow aule domine regine iuvenis, pro eadem domina regina et . . sanctimonialibus de clauastro virginis gloriose in veteri Buda de ordine sancte Clare virginis parte ab altera, coram nobis constituti, idem Demetrius dixit et est confessus eo modo, quod ipse quandam vineam suam in territorio dicte ville Kande vocate in vicinitate vinee predictarum dominarum sanctimonialium existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . loco scilicet torcularis, via et aliis qui-

buslibet iuribus ad eandem de iure spectantibus, absque preiudicio iuris alieni, specialiter ecclesie nostre, predicte domine regine et per consequens . . . sanctimonialibus ordinis sancte Clare virginis de predicto claustro perpetuo irrevocabiliter pro viginti florenis, ut dixit ab eisdem plene receptis et habitis . . . vendidisset . . . et vendidit coram nobis . . . possidendam . . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio; presentibus . . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Ladislao, Petro, Michaelle, Cosma, Johanne et aliis canonicis.

A pecsét zöld és piros selyemsodraton függ, a chyrographum feltű van; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Vet. Budens. 20. 5. dipl. oszt. 4333. Közli: Kovács N. Ugyanott megvan a budai káptalannak 1353. apr. 22-én kelt bizonyáglevelle, mely szerint «Nicolaus filius Donk, quondam hospes de Kande, nunc vero de Fedemus, quondam vineam suam in territorio ville Kande, in vicinitatibus vinearum Batha filii Blasii dicti Ignech ab una parte et domine regine ex alia, existentem» a királynénak eladja tizenhat forintért.

## 17.

*1353. mart. 4. A pécsváradi convent előtt János fia Pető pécsváradi német, a város területén a malomvölgyben fekvő szőlőjét, Nagy Kelemen fiának Gergely comesnek nyolcz márkáért eladja.*

Nos conventus monasterii Varadiensis memorie commendamus . . . quod constitutis coram nobis personaliter Peteu filio Johannis teutonici de civitate Varadiensis ab una parte, item comite Gregorio filio Kelemen magni de eadem civitate Varadiensis ab altera, idem Peteu filius Johannis confessus est . . . quod ipse quondam vineam suam in territorio predictae Varadiensis civitatis in loco valle molendinorum existentem, habentem vicinos et conterminales Peteu filium Thome istrionis ultra vivam maceriam a meridie et Michaellem Dobus dictum filium predicti Thome a septentrione, supradicto comiti Gregorio filio Kelemen magni pro octo marcis denariorum, marcam quamlibet cum sex pensis computando plene habitis et receptis ab eodem

et per cum suis heredibus . . vendidisset . . ac vendidit coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . nullo penitus contradicatore existente. . Datum feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

A pécsváradai conventnek 1358. máj. 10-én «comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Varadiensi» kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

## 18.

*1353. Buda, mart. 8. I. Lajos király a jászói conventet kiküldi, hogy Sándor fia Jánosnak, Lubna nevű borsodvármegyei birtokán határt járjon.*

Lodovicus . . rex . . conventui de Jazow. . Dicitur nobis in persona magistri Joannis filii Alexandri, quod quedam possessio sua Lubna vocata in comitatu Borsodiensi apud manus suas habita, reambulacione et metarum erectione plurimum indigeret. Quare . . mandamus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Makow filius Fyrunthe de Nenke homo noster ad faciem ipsius possessionis accedendo, presentibus vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis, reambulet ipsam per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres, ubi necesse fuerit, erigendo, reambulatumque et ab aliorum possessionibus metali distincione separatam, relinquat ipsam prefato magistro Johanni eo iure, quo ad ipsum pertinere dinoscitur, perpetuo possidendam, si non fuerit contradicatum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra eundem magistrum Johannem ad nostram presentiam ad terminum competentem, et post hec seriem tocius facti cum cursibus metarum nominibusque citatorum et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Judica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

A jászói conventnek 1353. apr. 27-én kelt jelentéséből, melyet «Johannis filii Alexandri» kérésére I. Lajos király 1354. febr. 22-én privilegialis alakban átirat, melynek eredetijét az Orsz. Ltárban őrzik, N. R. A. 509. 17. dipl. oszt. 4336. Közli: Kovács N.

## 19.

*1353. mart. 9. A nyitrai káptalan előtt kistapolcsáni Gyula fia Gergely és fivére Miklós, a garam-szentbenedeki convent által tizenegy márka erejéig magukat kielégítetteknek nyilvánítják.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod magister Gregorius filius Gyule de Kystopolchan pro se personalliter et vice ac nomine Nicolai fratris sui . . nostri in presencia comparendo, retulit . . quod ipse undecim marcas compoti Budensis, quas in presencia . . Nicolai . . palatini et iudicis comanorum iuris ordine super . . fratrem Seffridum abbatem sancti Benedicti de iuxta Gron locique eiusdem conventum acquisivisset, ad quinque marcas dicti ponderis eisdem amicaliter indulisset et relaxasset, quas quidem quinque marcas idem dominus abbas suusque conventus eidem ad plenum in octavis Medii Quadragesime proxime preteritis exsolvisent. Super quibus eosdem dominum abbatem suumque conventum coram nobis reddidit expeditos . . universas literas super acquisitione dictarum undecim marcarum quorumlibet capitulorum, conventuum, iudicum et iusticiariorum regni, quibuslibet in terminis emanatas, viribus et vigore reddendo carituras . . Datum sabbato proximo ante dominicam de Passione domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 36. 43. dipl. oszt. 4337. Közli: Kovács N.

## 20.

*1353. Gömör, mart. 12. Gömörvármegye ispánja és szolgabirói előtt Miklós fia Péter szkárosi nemes, Visnó nevű birtokban egy részecskét Ilonának, a nerezett Miklós nejének kilencz márkáért elzálogosít.*

Nos magister Johannes filius Alexandri, ex collacione domini regis Lodovici comes provincie Gumuriensis ac Bako de Belezer, Petrus filius Hettreh, Nicolaus filius Galli et Andreas filius Nicolai de Hanua, quatuor iudices nobilium provincie

memorate, memorie commendamus, quod in nostra congregacione generali universitati nobilium et ignobilium prescripte provincie, per preceptum predicti domini regis, feria tertia proxima ante dominicam Ramispalmarum in villa Gumur celebrata, Petrus filius Nicolai filii Nicolai nobilis de Scarus personaliter coram nobis comparens, manifeste procuravit, ut propter quibusdam necessitatibus suis ad presens sibi novercantibus, particulam suam possessionariam in possessione ipsorum Visnio nuncupata existentem, preter molendinum suum, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis nobili domine Elena nuncupate, coniugi predicti Nicolai filii Nicolai, pro novem marcis promtorum florenorum computi Cassensis, ab eadem domina plene et integre receptis et persolutis, a feria secunda proxima ante predictam dominicam Ramispalmarum incipiens impignorasset . . coram nobis, usque ad sextam revolutionem annualem eiusdem termini eo modo, ut si ipso termino redimere non valeret, liberam haberet redimendi facultatem quando posset, et si idem Petrus predictam particulam suam impignoratam ab eadem domina redimere non valeret, extunc Ladislaus et Stephanus fratres eiusdem Petri eandem particulam obligatam, persoluta premissa pecunia ipsius domine, de ipsa domina redimere possent. Preterea pretactus Petrus assumpsit, ut si in dominio prescripte particule impignorate, ipsam dominam ab omnibus maxime a vicinis et commetaneis pretacte obligate terre pacifice conservare non posset, usquemodo (igy) redimeret ab eadem, in duplo dictarum novem marcarum convinceretur eo facto; et si sepredicta nobilis domina moreretur, usquemodo dictam particulam possessionariam terre ab eadem domina redimeret, tunc a Nicolao filio eiusdem domine persoluta tantitate (igy) predictae pecunie, eandem particulam obligatam redimere possent seu valerent. Insuper dictus Nicolaus filius Nicolai et Ladislaus filius eiusdem personaliter astantes, pro Stephano autem antefato Johannes famulus eorum cum literis procuratoriis eiusdem sub sigillo conventus de Yasov (igy) emanatis, pro eodem Stephano comparendo, continue dictum Petrum premissam particulam possessionariam suam dimiserunt iamdicte domine obligare, modo supra dicto. Datum in villa Gumur dicto die predictae congregacionis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hártyán, hátlapján öt pecsét nyomaival; eredetije a Hanvay családárában a N. Muzseumban.

## 21.

*1353. mart. 15. A pozsonyi káptalan előtt Nagymartoni Lőrincz fia Miklós, Ujfalú, Biolch és Pél esztergomvármegyei és Nagykeszű komáromvármegyei birtoka fele részét, Csornai Lőrincz fiainak Jánosnak és Benedeknek hétszáz font denárért zálogba adja, hogy e pénzzel hitelezőjét, Izrael soproni zsidót kielégíthesse, ki neki a litván hadjáratra és akkor is pénzt kölcsönzött, midőn Istrán kir. herczeg ardját Annát, a német császár leányát az országra bekísérte.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis . . significamus . . quod Nicolaus filius comitis Laurencii filii Simonis de Nogmortun ad nostram personaliter adiens presenciam fassus extitit . . quod ipse a nobilibus viris magistris Johanne et Benedicto filiis Laurencii de Churna de comitatu Supruniensi, proximis suis, septingentas libras latorum denariorum viennensium, libram quamlibet seu talentum cum sex pensis computando mutuo recepisset, quas ipse Izraely indeo Supruniensi pro suis debitis ac aliis necessitatibus, videlicet in serviciis domini nostri regis contra Litvanos et introduccione serenissime domine domine Anne filie imperatoris consortis ducis Stephani domini nostri, et extraduccionem domine Marie expendendo persolvisset, pro quibus idem Nicolaus medietates quatuor villarum suarum videlicet Vyfolu, Byolch, Peel vocatarum in comitatu Strigoniensi et Nogkezeu in comitatu de Kamarun existentes eisdem Johanni et Benedicto filiis Laurencii pignori obligavit tali modo, quod quandocunque prefatus Nicolaus filius Laurencii filii Simonis ipsas quatuor medietates possessionum predictarum ab eisdem magistris Johanne et Benedicto pro ipsis septingentis libris, exclusa tamen omni extimacione aliquali, redimere poterit, liberam redimendi habebit facultatem . . Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.



Hártyán, kívül pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 642. 14. dipl. oszt. 4338.

Ugyanezen elzálogosítás megtörtént I. Lajos király előtt is 1353. mart. 25. Budán, ezen változásokkal:

«ab Izrael» iudeo Posoniensi.

«Stephani ducis fratris nostri karissimi» de Anna neve nincs említve; ezután: «et (dum) domina Maria domino de Helphstayn tradita extitisset, illic unacum domina consorte ac sibi et tota sua familia honorifice proficiscendo expendisset.»

Ha a zálogbirtokosok az összeg lefizetése után vissza nem bocsátják: elvesztik pénzüket. Ennek eredetije is u. o. N. R. A. 642. 15. dipl. oszt. 4340. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából. L. Fejér C. D. IX. 2. 218.

---

22.

*1353. Pelsőcz, mart. 31. Domokos esztergomi szenttamási prépost s érseki vicarius, a jolsvai és berzetei lelkészeknek megparancsolja, hogy a csetneki lelkészt László és Benedek fiai s ezek jobbágyai ellen idézzék meg.*

Nos Dominicus prepositus ecclesie beati Thome martyrís de promontorio Strigoniensi . . Nicolai . . archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui vicarius in spiritualibus generalis . . Michaeli de Elsua et Egidio de Berzete ecclesiarum plebanis et sacerdotibus precipientes in virtute sancte obediencie mandamus, quatenus statim receptis presentibus accedat unus vestrum, et dominum Detricum plebanum de Chytnuk contra magistros Nicolaum et Ladislaum filios Ladislai et Petrum filium Benedicti ac Vind et Both iobagiones ipsorum ad primum diem concilii vel synodi proxime venturum citetis coram nobis comparere, et post hoc locum et nomina citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Pluseuch, in dominica Quasimodo, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> tercio.

Egyed berzetei plébános 1353. apr. 8-án kelt idéző jelentéséből, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 63. dipl. oszt. 4341. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

---

## 23.

*1353. apr. 1. A pécsváradi convent előtt, Pál fia Vörös László Pécsváradról, a Várkun nevű falu folyóján örlő malma felét, melynek másik felét Rubin varga bírja, ennek beleegyezésével Nagy Kelemen fiának, Gergely comesnek örök áron eladja.*

Nos conventus monasterii Varadiensis memorie commendamus . . quod constitutis coram nobis personaliter Ladislao Rufo filio Pauli filii Hench de civitate Waradiensi ab una parte, item comite Gregorio filio Kelemen magni de eadem civitate Varadiensi ab altera, idem Ladislaus filius Pauli confessus est viva voce, quod ipse equalem medietatem cuiusdam molendini super fluvio de villa Warkun effluente subtus molendinum relicte Dechmari, et super molendinum Thome filii Balasey adiacentis, scilicet porcionem suam ipsum iure hereditario contingentem, cuius altera equalis medietas Rubyn sutori dinoscitur pertinere, de consensu et permissione ac de beneplacito predicti Rubyn sutoris similiter presencialiter astantis coram nobis, supradicto comiti Gregorio filio Kelemen magni pro quindecim marcis denariorum, quamlibet marcam cum sex pensis computando plene . . receptis ab eodem, et per eum suis heredibus . . vendidit coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . nullo penitus contradictore existente, literas eciam suas, si quas super facto dicte equalis medietatis ipsius molendini haberet . . frivolas et inanes . . commisit . . Datum feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

A pécsváradi conventnek 1358. maj. 10-én kiadott átiratából, melynek eredetije meg van az Orsz. Ltárban N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

## 24.

*1353. Buda, apr. 3. I. Lajos király az erdélyi káptalannak megparancsolja, hogy Aczél Jánost Emuch unokáját, dobokarármegyei Kereztus nevű birtokba, mely a magvaszakadt Demeter fia Mihályról a királyra szállott, új adomány czímen iktassa be.*

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Albensis Transsilvane . . Noveritis, quod Johannes dictus Acyl filius Johannis filii Emuch fidelis noster ad serenitatis nostre accedendo presenciam, suis fidelitatibus et serviciorum suorum preclaris meritis, per ipsam nobis cum summa diligencia votivaque sollicitudine in cunctis nostris et regni nostri expedicionibus prosperis et adversis exhibitis et impensis, nostram in memoriam revocatis, quandam possessionem condam Michaelis filii Demetrii Kereztus vocatam in comitatu de Doboka in partibus Transsilvanis existentem, que eciam titulo impignoracionis ad ipsum ab eodem fuisset devoluta, asserens eundem Michaelem filium Demetrii absque heredum solacio ab hac luce migrasse, et ex eo eandem iuxta regni nostri consuetudinem approbatam, ad nostras manus legitime devenisse ac nostre collacioni pertinere, a nobis sibi perpetuo dari et conferri postulavit. Nos itaque, qui ex debito suscepti regiminis nostri officio subditorum et nobis fideliter obsequencium merita metiri et perpensare et unicuique iuxta exigenciam suorum meritorum manu largi (. . .) ut alii huius exemplo ducti ad similia fidelitatis opera (. . .) tur et solercius incitentur, debemus premiis respondere donativis, considerantes et in memoriam revocantes fidelia servicia eiusdem nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, specialiter in partibus Transmarinis ad quas pro suppressenda (. . .) tis condam domini Andree Jerusalem et Sicilie regis fratris nostri accesseramus, per quatuor annorum spacium ex nostra commissione residenciam inibi faciendo variis et improvisis fortune casibus et persone periculis se submittendo nostre (. . .) exhibita et impensa, volentes, nihilominus eidem premissorum intuitu regio occurrere donativo, predictam possessionem ipsius (. . .) ut dicitur, sine herede decedentis Kereztus vocatam, in prenotato comitatu de Doboka existentem, que eciam prius sibi, ut dicitur,

existebat impignorata, eidem Johanni dicto Acyl ac suis heredi-  
bus . . cum omnibus suis . . pertinenciis, sub eisdem metis et me-  
tarum distincionibus, quibus eadem per suos priores possessores  
habita existit et possessa eo iure, quo ad nostram collacionem  
pertinere dinoscitur, nove donacionis nostre titulo dedimus . .  
irrevocabiliter possidendam . . salvis tamen iuribus alienis. Verum  
quia de qualitate et quantitate dicte possessionis et utrum modo  
premisso nostre de iure pertineat collacioni nec ne, nobis veritas  
non constaret, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo manda-  
mus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide-  
dignum, quo presente Johannes filius Demetrii de Galaz vel  
Mark de Zawa aut Johannes dictus Was de sancto Egidio sive  
Blasius filius Laurencii dicti Rethé, aliis absentibus homo noster  
ad faciem predictæ possessionis vicinis et commetaneis suis  
universis legitime inibi convocatis accedendo, et ipsis presenti-  
bus reambulet eandem per veras suas metas et antiquas, novas  
secus veteres in locis necessariis erigendo, reambulataque et ab  
aliorum possessionariis iuribus metali distincione separatam,  
si eandem modo premisso nostre de iure collacioni pertinere  
invenerit, statuatur ipsam eidem Johanni dicto Acyl premisso  
nove donacionis nostre titulo perpetuo possidendam, si non  
fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet  
ipsos contra eundem in nostram presenciam ad terminum  
competentem. Et post hec ipsius possessionarie statucionis  
seriem . . nostre fideliter rescribatis maiestati. Datum Bude,  
feria quarta proxima post octavas festi Pasche, anno eiusdem  
M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Eredetiye az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 29428. Közli: Kovács N.

25.

*1853. Buda, apr. 4. Miklós nádor előtt, néhai Domokos nádor fia Pásztói Nagy Domokos fiának Istvánnak megöletéseért, Csetneki Benedek fia Péter, hosszú perlekedés után Pásztói Domokosnak ötven márkát megfizet, s a felek véglegesen kibékülnek.*

Nos Nicolaus . . . palatinus et iudex comanorum, memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam priorum literarum

nostrarum compositionum sub anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo hic Bude patenter emanatarum, nobilis vir magister Dominicus magnus de Paztub filius condam Dominici palatini, unacum magistro Petro filio Benedicti de Cytnuk in causa, quam idem magister Petrus contra ipsum magistrum Dominicum ordine iudiciario nostri in presencia suscitavit, item in causa, quam iamdictus magister Dominicus super facto potencialiter interemcionis Stephani filii sui, contra ipsum magistrum Petrum adhuc in posterum suscitari voluerat, per compositionem et ordinacionem plurimorum proborum et nobilium virorum in talem pacis et concordie unionem devenissent, quod idem magister Petrus de Chytnuk racione mortis ipsius Stephani filii magistri Dominici ducentas marcas, quamlibet marcam quinquaginta sex grossis computando, partim in denariis promittis, partim vero in estimacione condigna, in quatuor terminis in dictis prioribus literis nostris specificatis, eidem magistro Dominico dare et solvere, sub obligaminibus et penis in ipsis prioribus literis nostris contentis, deberet coram nobis, quas quidem soluciones si ipse magister Petrus in premissis quatuor terminis modo prenotato eidem magistro Dominico facere posset, tunc idem magister Petrus de Chytnuk quintodecimo die ipsius ultime solucionis, scilicet in quindenis octavarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste in anno proxime tunc venturo affuturis super eo, quod ipse Stephanus filius magistri Dominici non per suas manus nec ex preconcepta sua malicia interentus extiterit, quinquagesimo se nobilibus sibi similibus se incluso coram capitulo ecclesie Agriensis sacramentum prestare deberet, si vero in dictis quindenis idem magister Petrus ipsum iuramentum non deponeret, extunc idem magister Petrus, in quindenis diei ipsius iuramenti quinquaginta marcas, quamlibet marcam, ut prefertur, quinquaginta sex grossis numerando, solvere deberet magistro Dominico memorato, seriemque ipsius iuramenti partes predictae octavo die quindenarum prescriptarum in literis dicti capituli nobis reportare, et super omnibus premissis inter eos perpetratis mutuo se reddere expeditos, literisque nostris mediantibus perpetuam pacem inter se ordinare tenerentur. Que quidem pecuniarie soluciones et ipsa iuramentalis depositio tandem de regio literatorio edicto,

iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum, eo quod idem magister Petrus unacum magistro Konya domino suo ultra partes maritimas ad regnum Apulie in arduis suis serviciis exstiterit profectus, ad alteram revolutionem annualem octavarum premissarum, sub priori statu exstitissent prorogate. Tandem ipsis octavis et terminis in altera revolutione annuali occurrentibus, premissisque pecuniariis solucionibus, ut in continenciis aliarum literarum nostrarum expeditoriarum exinde confectarum plenius exprimitur, factis et per ipsum magistrum Petrum eidem magistro Dominico plenarie adimpletis, dicti comes Jacobus filius Panyt pro sepefato magistro Dominico, cum sufficientibus literis procuratoriis dicti capituli Agriensis, in termino reportacionis seriei dicti iuramenti nostrum iudicarium conspectum adeundo, sepefatum magistrum Petrum personaliter adherentem in eo, utrum iuramentum premissum in termino ad hoc deputato, in annotati capituli Agriensis presencia cum suis condepositoribus iuramenti deposuerit nec ne, requisitum habuisset, ipso denique magistro Petro dictum iuramentum non deposuisse legitime requisito referente, iuxta series dictarum literarum nostrarum composicionalium ex parte eiusdem magistri Petri, ipsi magistro Dominico iusticiam per nos postularat in premissis impertiri. Et quia idem magister Petrus, ut in presentibus superius declaratis se sic obligarat, ut si premissum suum iuramentum non deponeret vel deponere non valeret, extunc in termino annotato quinquaginta marcas, marcam quamlibet quinquaginta sex grossis numerando, ipsi magistro Dominico solvere deberet, et ipsum iuramentum non deposuisse proprio suo ore fassus exstiterit, exeoque iuxta propriam suam obligationem ad solvendas predictas quinquaginta marcas fuerat choartatus, idemque magister Petrus ipsas quinquaginta marcas cum pecunia solvere non posse asseruerat, sed cum possessione absque contradiccione solvere assumserat, nam pecuniam, quam habuisset et aquirere potuisset, in premissas ducentas marcas datam et persolutam fuisse indicarat; igitur unacum regni nobilibus nobiscum tunc in iudicio assidentibus iudicantes commisimus, quod homines nostri sub testimonio capituli ecclesie Bachiensis, in octavis sancti Marci confessoris proxime preteritis, partibus predictis vel procuratoribus earumdem legi-

timis presentibus, accederent ad faciem possessionis ipsius magistri Petri, ad quam ipse magister Petrus eos adduceret, vicinorumque et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus habitis, regali mensura mensurando, visa ipsius utilitate et valore, ad valorem premissarum quinquaginta marcarum, si ipse magister Petrus absque contradiccione dare valeret, staterent ipsi magistro Dominico perpetuo possidendam. Si autem absque prohibitione dare non valeret, et per quempiam in statione eiusdem eidem contradictum fieret, extunc idem contradictor, seu prohibitionem faciens aut ipse magister Petrus, premissas quinquaginta marcas in denariis in octavis diei Strennarum tunc affuturis, cum duplo coram nobis solvere deberet. Super quo scribentes prefato capitulo ecclesie Bachiensis, eorum amicitiam pecieramus . . . ut ipsorum darent homines utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, coram quibus homines nostri pro partibus infra specificandi, in octavis festi sancti Martini confessoris prenotatis, ad faciem illius possessionis, ad quam eos annotatus magister Petrus adduceret, accedendo, omnia premissa iuxta dictam iudiciariam nostram commissionem exsequerentur, et abhinc premissorum seriem, prout fieret oportunum, cum nominibus contradictorum, si qui fierent, ad premissas octavas diei Strennarum per partes nobis rescribi pecieramus per capitulum prenotatum. Tandem ipsis octavis diei Strennarum occurrentibus, predicto comite Jacobo, pro prefato magistro Dominico magno de Paztuh cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Hotuan, item Stephano filio Benedicti de Zeeky, pro prenotato magistro Petro de Chytnuk, cum literis procuratoriis capituli ecclesie Bachiensis, coram nobis comparentibus, prefatus comes Jacobus literas preacti capituli ecclesie Bachiensis super premissis rescripcionales nobis presentarat, in quibus inter cetera manifeste reperieramus contineri, ut ipsi . . . una cum Georgio filio Johannis de Veres, pro parte ipsius magistri Dominici homine nostro ad premissa exsequenda Jacobum sacerdotem chori ecclesie hominem ipsorum, pro testimonio transmisissent fidedignum, qui demum . . . retulissent, quod ipsi quarto die octavarum festi beati Martini confessoris ad civitatem Chytnuk accessissent, in qua quidem civitate magistrum Petrum de eadem Chytnuk ad satisfaccionem et expedi-

cionem quinquaginta marcarum cum possessione eidem magistro Dominico faciendam, unacum Jacobo filio Jordan procuratore legitimo predicti magistri Dominici, uno die integro expectassent, qui quidem magister Petrus ad faciendam premissam solutionem quinquaginta marcarum cum possessione non venisset, nec aliquem procuratorem ad premissa modo quo supra implenda transmisisset. Quarum quidem literarum visis et perlectis continenciis, quia eundem magistrum Petrum ex continenciis predictarum literarum nostrarum dictas quinquaginta marcas cum promptis denariis in dictis quindenis diei depositionis ipsius iuramenti eidem magistro Dominico solvere, et demum ipsis quindenis adherentibus, eandem solutionem non cum prompta pecunia, sed possessione sua dictas quinquaginta marcas valenti, absque contradiccione et prohibicione sub pena dupli, in dictis octavis festi beati Martini confessoris eidem magistro Dominico facere assumpsisse, ex tenoribus vero premissarum literarum capituli ecclesie Bachiensis eundem magistrum Petrum ad premissam possessionariam statucionem pro premissis quinquaginta marcis facere assumptam, in pretacto termino non venisse nec misisse, sed se in duplo earundem iuxta nostram iudiciariam commissionem convinci permisisse reperieramus manifeste, ideo ipsam solutionem quinquaginta marcarum et dupli earundem, parcium procuratoribus volentibus et presentibus, ad presentes quindenas diei Medii Quadragesime tunc proxime venturas sine crastinacione duxeramus prorogandam eomodo, ut in ipsis quindenis dictus magister Petrus pretactas quinquaginta marcas, pecuniam scilicet principalem, in toto eidem magistro Dominico in promptis denariis, alias vero quinquaginta marcas, duplum scilicet premissae pecunie principalis, in duabus partibus nobis, ut pote iudici, in tertia vero parte eidem magistro Dominico, parti adverse, similiter in promptis denariis solvere teneretur coram nobis, tali moderacionis vinculo mediante, quod si idem magister Petrus predictas quinquaginta marcas et duplum earundem in toto videlicet centum marcas in dictis quindenis absque crastinacione solvere nollet vel non curaret, extunc in adquisicione ipsius magistri Dominici, quam contra ipsum super facto premissa suscitare intendebat, convinceretur eo facto, prout eundem magistrum



Petrum procurator suus pretactus, auctoritate procuratoria premissa, sponte obligarat coram nobis. Tandem ipsis quindenis diei Medii quadragesime occurrentibus, sepefatus magister Petrus in nostram accedendo presenciam, dictas quinquaginta marcas pecuniam scilicet principalem, in toto Jacobo filio Panyt, qui pro ipso magistro Dominico cum sufficientibus literis procuratoriis capituli ecclesie Agriensis astabat, plene persolvit omnino et integre coram nobis, terciam vero partem dupli earumdem quinquaginta marcarum eidem magistro Petro idem procurator magistri Dominici prescripti relaxavit. . coram nobis, duas vero partes earumdem quinquaginta marcarum ex duplo scilicet dictarum quinquaginta marcarum pecunie videlicet principalis, nobis utpote iudici provenientes, ad porcionem domini Stephani ducis domini nostri, eidem magistro Petro de Chytnuk duximus relaxandas. His itaque peractis, prelibatus Jacobus auctoritate literarum procuratoriis premissarum, vice et nomine ipsius magistri Dominici de Paztuh, tam super premissis solucionibus ducentarum marcarum temporibus preteritis, ut in presentibus superius declaratur, factis et moderna solutione cum nostra iudiciaria porcione tercentas marcas in toto ad numerum annotatum facienti, que super morte, interfeccione et homicidio prenotati Stephani filii ipsius magistri Dominici et aliis quibuslibet iniuriis, damnis, nocumentis atque causis inter eosdem magistros Dominicum atque Petrum usque nunc habitis et illatis, eundem magistrum Petrum reddidit et commisit expeditum pariterque absolutum, universas literas inquisicionales, causales, prohibicionales et protestatoriales et alias quaslibet super premissis contra eundem magistrum Petrum usque nunc emanatas, cassas, frivolas et inanes ac mortuas committendo, ut ubicunque eedem exhiberentur, vires non haberent aliquales. E converso autem idem magister Petrus dictum magistrum Dominicum super omnibus iniuriis, damnis, nocumentis atque causis, usque nunc inter eos habitis et ventilatis, reddidit et commisit coram nobis expeditum, perpetuam pacem inter eos committentes . . Datum Bude, vigesimo tercio die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, 1537. 70. dipl. oszt. 4343. Közli: Kovács N.

## 26.

*1353. apr. 9. László eszmai prépost kir. titkos kancellár és bírótársai előtt, Oszkói Pető özvegye, Oszkó és Surány nevű vasvármegyei birtokból járó özvegyi jogára nézve fiával Miklóssal kiegyez.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . memorie commendamus, quod cum . . Nicolaus episcopus ecclesie Zagrabiensis aule regalis vice cancellarius, Tutens magister ianitorum regalium, Oliverius condam magister tavernicorum domini regis, magister Georgius dictus Bubek comes Liptoviensis, Petrus condam vicebanus necnon Lachk frater Kolus et nos cum eisdem ac aliis nobilibus regni iuxta speciale mandatum domine nostre regine, ad discussionem cause infrascripte faciendam, iudiciario pro tribunali consedissemus, nobilis domina relicta Peteu filii Petri de Vzkou, in comitatu Castri Ferrei existente, Magyeh vocata, ad predictorum prelati, baronum et nobilium ad nostram accedens presentiam eomodo proponebat, quod predictus Peteu in vita sua medietatem predictae possessionis Vzkou vocate, eidem tunc pertinentem, sibi usque suam vitam condonasset possidendam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis eomodo, ut quando-cunque ipsa, dicto marito suo decesso, alteri marito copularetur, vel dictam possessionariam medietatem Nicolao filio suo resignare vellet, tunc dictus filius suus sibi viginti quinque marcas solvere teneretur, et ipsa pecunia persoluta idem Nicolaus filius suus posset pro se habere medietatem possessionariam prenotatam; item possessionem Suran vocatam in eodem comitatu Castri Ferrei habitam predicta domina sibi titulo impignoracionis attinere allegabat, petens de eisdem possessionariis iuribus a predicta domina nostra regina et iudicibus dicte cause prenotatis, per eandem dominam reginam ad hoc deputatis, sibi iuris patrocinium impertiri contra filium suum prenotatum; ubi pretactus Nicolaus filius eiusdem domine personaliter astando id, quod

de iure per ipsos iudices in premissis fieret, se acceptaturum fore allegavit; unde predicti iudices dicte cause, per ipsam dominam nostram reginam ad discutiendam dictam causam commisi, nobis presentibus decreverunt iudicando, quod predicta domina eandem medietatem dicte possessionis Vzkou vocate, cum omnibus suis utilitatibus iuxta formam condonacionis eiusdem Peteu possideat et habeat usque suam vitam, ut prefertur, si vero eadem domina alteri marito copulari intenderet, vel eandem medietatem possessionariam predicto filio suo resignare vellet, tunc eidem domine dictus filius suus predictas viginti quinque marcas persolvere, et sic eandem possessionariam medietatem ab eadem sibi redimere teneretur, prefatam autem possessionem Suran vocatam eadem domina eo titulo dicte impignoracionis, quo iuste et de iure eandem habere dinosceretur, possideat ac teneat, et cum vellet, a se alienandi habest facultatem ad utendum et habendum, eodem titulo impignoracionis, quo dicte domine eadem dinoscitur attinere, prout prefertur. In cuius rei memoriam ad mandatum ipsius domine nostre regine predictae domine relicte Peteu presentes concessimus literas sigillo honoris nostri, scilicet comitatus capelle regie, communitas. Datum Bude, feria tertia proxima post quindenas festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 497. 11. dipl. oszt. 4344. Közli: Kovács N.

---

27.

*1353. apr. 11. A győri káptalan előtt István fia Lőrincz egy részről, más részről András fia Mihály nyeki nemesek a Csallóközből, a fölött, hogy a nevezett Lőrincz Jakab fiát Pétert a pozsonyi főispán által rab-ságra vettette, akként egyeztek ki, hogy Lőrincz ellen a vádat elejtik s a testvérek Lőrinczet más követelése fejében három márkával elégítik ki.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie . . significamus . . quod Laurencius filius Stephani parte ex una, Michael filius Andree pro se personaliter ac vice et nomine Petri filii Jacobi fratris sui patruelis, necnon Nicolaus filius Pethe ex altera, nobiles de Nyek de districtu Challokuz, de quorum noticia nobis fidem

fecit magister Nicolaus frater Omodei, socius et concanonicus noster, coram nobis personaliter constituti per eosdem communiter propositum exstitit . . quod quia dissensionis materia inter ipsos fuisset exorta et non paulisper ventilata hucusque super eo, quod predictus Laurencius Petrum filium Jacobi per comitem Posoniensem captivitati mancipari fecisset et detineretur nunc in captivitate eiusdem, inter se huiusmodi concordiam fecissent, quod sepenominatus Laurencius filius Stephani ad prosequendam causam suam ad presenciam comitis Posoniensis in termino deputato per eundem contra Petrum filium Jacobi prelibatum, cedendo accioni sue non accederet, et memorati Michael, Petrus et Nicolaus ad deliberandam possessionem suam eidem Laurencio a comite Posoniensi in tribus terminis, videlicet in festivitibus sanctorum Jacobi, Michaelis et Andree proxime affuturis et se succedentibus solvent tres marcas latorum denariorum viennensium per decem pensas computando, duas marcas Michael et Petrus, terciam vero marcam Nicolaus filius Pethe sepedicti, si non solverent penam dupli incurrerent, ea tamen condicione mediante, quod si ante dictos terminos solucionis eundem Petrum filium Jacobi in vinculis dicti comitis Posoniensis mori contingeret, extunc nullam quantitatem pecunie sepelibato Laurencio solvere tenebuntur, et de quinque iugeribus satorum quantitatem damni perceperit idem Laurencius, refundent sibi Michael et Petrus sepedicti. Datum feria quinta proxima post quindenas festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 993. 1. dipl. oszt. 4345. Közl.: Kovács N.

---

28.

*1353. apr. 13. A somogyvári convent I. Lajos királynak jelenti, hogy kiküldöttje által a margitszigeti apácák részére, Tatamér fehérvári prépost Háromkúti és Bonya helységekbeli embereit és jobbágyait, nevezett apácák szomszédos birtokainak használatától tiltatta.*

Lodovico . . regi . . conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . Vestra noverit serenitas, quod nos literis vestris an-

nualibus maiori sigillo vestro consignatis, pro . . . sanctimonialibus de Insula Leporum, ad quodlibet legitimos processus peragendos . . . datis . . . reverenter receptis, iuxta continenciam earumdem unacum Nicolao filio Laurencii de Dada homine vestro, fratrem Gregorium unum ex nobis hominem nostrum, ad infra-scriptam prohibicionem faciendam, pro testimonio duximus transmittendum. Qui . . . retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post quindenae Pasche universos populos et iobagiones domini Tatamerii, Albensis ecclesie prepositi, de villis Harumkuth et Bonya vocatis, ab usu et percceptione omnium fructuum et utilitatum quarumlibet possessionum iamdictarum dominarum sanctimonialium, in vicinitate eorumdem existencium, legitime inhibuissent violento. Datum sabbato proximo post quindenae Pasche prenotatas, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. Poson. 55. 7. dipl. oszt. 4346. Közli: Kovács N.

— — —  
29.

*1353. apr. 18. A veszprémi káptalan előtt Hobai Beech fia és unokája, továbbá Vasarhelyi János, Noszlopi Benedek fia Péter és Beech fia János özvegye Isalch, Beech fia Jánosnak Medgyesi Renold fia Egyed által véletlenül történt megöletése dolgában kiegyeznek.*

Nos capitulum ecclesie Vesprimiensis memorie commendamus . . . quod Ladislaus filius Beech de Hobe, Johannes filius Michaelis filii eiusdem Beech de Vasarhel, item Petrus filius Benedicti de Nostup et domina Ysalch, relicta videlicet Johannis filii eiusdem Beech, ad nostram personaliter accedentes presentiam vive vocis organo (*igy*) sunt confessi, quod quia idem Johannes filius Beech per Egidium filium Renoldi de Medies casualiter fuisset, ut dixerunt, interemtus, pacienter huiusmodi iniuriam, eo quod ipsum homicidium voluntarium non fuisset, sed ut dictum est, ex casu contigisset fieri inopinabili, volentes tollerare, ne sanguis amplius sanguini infundendo adderetur innoxius, compositionaria proborum virorum unione interve-

niente ad plene pacis concordiam cum ipso Egidio . . deven-  
runt coram nobis, eundem Egidium et suos posteros super  
morte seu interfeccione ipsius Johannis, nulla pecunia recepta  
reddentes expeditos, nullo unquam tempore quescionem moturi  
de premissis; sed omni favoris cum fovencia mutuo caritatis  
amplexu fruarentur ad invicem nulla mencione facta iniuriosa  
et vindicta de morte prenotata, si autem idem Ladislaus, Johan-  
nes et alii predicti tempore procedente in iudicio sive extra-  
iudicium super ipsa morte seu interfeccione vinculum pacis  
predicte rumpendo, quescionem movere attentarent aliqualem,  
tamquam calumniatores mulctarentur punituri . . Datum feria  
quinta proxima ante festum beati Georgii martyris, anno domini  
M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon.  
Poson. 64. 13. dipl. oszt. 4348. Közli: Kovács N.

## 30.

*1353. apr. 18. László csúzmai prépost és kir. titkos kancellár előtt  
Csetneki Miklós fiai, Csetneki Benedek fiát Pétert Rohfalra és Zlaus-  
háza nevű gömörvármegyei birtokok elidegenítésétől, Bebek Domokos  
fiait pedig azoknak megszerzésétől tiltják.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes ca-  
pelle et secretarius cancellarius . . regis . . damus pro memoria,  
quod Nicolaus filius Nicolai de Chetnek pro se, et ut dixit, pro  
Dominico, Akus, Georgio et Ladislao fratribus suis coram nobis  
comparendo, Petrum filium Benedicti de eadem Chethnek ab  
impignoracione, vendicione et qualibet alienacione ac perpetua-  
cione possessionum eiusdem Rohfolua et Zlaushaza vocatarum  
in comitatu Gumuriensi habitaram, Stephano et Georgio filiis  
Dominici dicti Bubek de Pelseuch et aliis quibuslibet preter-  
quam ipsis facta et facienda ac ipsos filios Dominici et alios  
quoslibet a qualibet recepcone, perpetuacione, occupacione  
predictarum possessionum, et quavis intromissione sui in factum  
earumdem, quovismodo preter ipsos facta et fienda prohibuit  
per modum protestacionis. Datum Bude, feria quinta proxima

ante festum beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárben, 1542. 75. dipl. oszt. 1050. Közli: Kovács N.

---

31.

*1353. apr. 29. A pécsi káptalan bizonyítja, hogy Szentkirályi Jakab fia János, Miklós szlaxon bán ellenében, bizonyos vitás birtokrészes határjárására és visszafoglalására, a kitűzött határnapon nem jelent meg.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis damus pro memoria, quod cum ad reambulandam et recaptivandam quandam porcionem possessionariam inter Johannem filium Jacobi de Zenthkyral actorem ab una, et magnificum virum dominum Nicolaum tocius Slavonie banum in causam attractum parte ex altera, litigiosam, iuxta continenciam literarum . . Thome iudicis curie . . regis, formam sui iudiciarie deliberacionis continencium in octavis festi Pasche domini fieri debendam, unacum Stephano filio Ladislai de Korpad homine ipsius domini nostri regis, in dictis literis comitis Thome nominato, nostrum hominem videlicet Johannem sacerdotem, prebendatum ecclesie nostre et magistrum altaris sancti Ambrosii confessoris, destinassemus, idem homo noster ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse eidem homine regio, ad confitendum et emanandum literas nostras super execucione ipsorum partibus necessarias, diem dominicum proximum ante festum beati Georgii martyris pro termino assignasset, quem eciam idem homo regius assumisset, ut in ipso termino prefatus Johannes filius Jacobi et predictus homo regius ad nostram presenciam venirent, et literas nostras emanari facerent, ad quem terminum idem Johannes non venit, nec ipsum hominem regium adduxisset vel transmisit, Demetrio filio Stephani iobagione ipsius domini Nicolai bani in persona eiusdem pluribus diebus expectante; et licet nos premissa usque alium dominicum diem distulerimus, tamen prefatus Johannes eciam usque ipsum alium terminum

non venit, nec ipsum regium hominem adduxit vel transmisit, ipso Demetrio similiter expectante. Datum feria secunda scilicet in die Rogacionum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 69. dipl. oszt. 4351. Közli: Kovács N.

---

32.

*1353. april havában. A veszprémi háptalan előtt Rendesi András fia Miklós, Vasvármegyében a Rába jolyó mellett fekvő Lugos nevű birtokát és az ezzel szomszédos Iváncz es Viazák nevű birtokokat, Leánysukai Aykas Miklós fiainak százötven márkáért előrokíti.*

Capitulum ecclesie Vesprimiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Nicolaus filius Andree de Rendus in nostri constitutus presencia, vive vocis organo est confessus, quod ipse quasdam possessiones suas, uno nomine generali videlicet Lugos vocatas, in comitatu Castriferrei iuxta fluvium Raba existentes et sub metis ac metarum terminis, quibus circumdantur et distinguntur, in privilegio domini Bele olim regis Hungarie . . contentis . . adiacentes, quas Gregorio magno predecessori videlicet eiusdem Nicolai, ut dicebat, ipse dominus Bela rex pro suorum meritis serviciorum mediante suo privilegio contulisset perpetuo possidendas; item alias duas possessiones scilicet Ivanch et Vyzaak vocatas, iuxta prefatas possessiones situatas, quas Gregorius et Gatal filii eiusdem Gregorii magni, prout nobis dicebatur, de Bors filio Dominici bani, mediantibus literis nostris precio comparasset, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis ad easdem, Johanni, Nicolao et Ladizlao filiis Nicolai dicti Aykas de Leansuka pro centum et quinquaginta marcis gravis ponderis denariorum viennensium plene sibi datis et solutis dedisset, vendidisset . . iure perpetuo . . possidendas . . nullum ius . . sibi et suis posteris . . reservans in eisdem; sed in personis eorundem filiorum Nicolai et suorum heredum idem Nicolaus transtulit coram nobis, literas eciam privilegiales eiusdem domini Bele regis



super possessionum Lugos vocatarum collacione confectas, et nostras literas super emcione . . earumdem duarum possessionum Iwanch et Vyzaak nominatarum prius emanatas, in signum veri contractus . . per ipsum Nicolaum filium Andree predictis filiis Nicolai facti . . quarum vigore easdem possessiones Nicolaus possedisset . . usque modo, ad manus eorumdem filiorum Nicolai assignando; si quas autem alias literas . . super eisdem possessionibus emanatas, in fraudem vel ignoranter reservasset . . viribus carituras atque suis exhibitoribus . . idem Nicolaus filius Andree reliquit nocituras coram nobis, si unquam per eundem vel suos heredes maliciose in lucem producantur, contra filios Nicolai et suos heredes prenotatos . . Datum per manus discreti viri magistri Johannis lectoris ecclesie nostre ( . . . ) o kalendas May, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio . . Johanne . . episcopo et prelado nostro . . magistris Petro preposito, Seb(astiano canto)re et Stephano custode . . existentibus.

Hártyán, függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

33.

*1353. máj. 1. Az egri káptalan előtt Csetneki Kun Miklós fia Akos saját s fivérei nevében, osztályos rokonait Bebek Domokos fiait, Vasad és Kazad nevű birtokaiknak, Omarjai és Gyapoli Lukács fia Istránnal való elcserélésétől tiltja.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod Akus filius Nicolai dicti Kun filii Benedicti de Chithnuk pro se et pro Nicolao, Dominico, Georgio et Ladislao fratribus suis, nostram personaliter adeundo presenciam, per modum protestacionis nobis curavit significare, quod Stephanus, Georgius et Nicolaus magistri ac . . Dominicus prepositus ecclesie beati Thome martyris de Strigonio, filii Dominici dicti Bubek proximi ipsorum, quasdam possessiones suas Wasad et Kazad nuncupatas, iuxta fluvium Berekyo, ut dicitur, existentes, ut ipsi percepissent, comiti Stephano filio Lucasii de O maria et de Gyapol ac filiis eiusdem in concambium quarumdam possessio-

num dictorum comitis Stephani et filiorum suorum, Kemey et Arnoldi, nuncupatorum ac aliorum absque scitu atque permissione ipsorum contulissent. Et quia preallegate possessiones Wasad et Kazad, iuxta huius regni consuetudinem iure divisionario ipsos sic, quemadmodum dictos filios Dominici dicti Bubek tangere dinoscerentur, ob hoc ipsi porciones eorum in prescriptis possessionibus Wasad et Kazad habitas, simul cum porcionibus memoratorum filiorum Dominici a dacione et quovis collacione de se alienacione, per eosdem filios Dominici facta vel facienda, annotatos vero comitem Stephanum filium Lucasii et quoslibet alios, ac filios eiusdem a receptione et occupatione earundem sine preiudicio iuris nostri in pretacta possessione Arnoldi habiti prohiberent, et videlicet Akus sua et dictorum fratrum suorum in personis prohibuit et inhibuit coram nobis, adiiciendo, quod si dicti filii Dominici prescriptum concambium fecissent vel facere vellent, unacum ipsis hoc facere debuissent et deberent, si ipsis hoc videretur expedire. Datum in octavis festi Georgii martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, 1716. 8. dipl. oszt. 4478. Közli: Kovács N.

---

34.

*1353. máj. 4. A váradi káptalan bizonyáglevelé arról, hogy Dózsa nádor fiai Jakab és Pál, Dobi Lőrincz fia István és Diószegi Miklós fia Konrád, a Hadház és Dorogles nevű birtokaik közt fekvő erdőt felosztották.*

Capitulum ecclesie Varadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum patencium obligatarum et prorogatarum una cum homine . . Demetrii . . episcopi Varadiensis . . ad faciem possessionis Hothhaz vocate, ad dividendum quandam silvam et terras usuales, inter nobiles viros magistros Jacobum et Paulum, filios quondam Douse palatini ab una parte, ex altera vero inter magistros Stephanum filium Laurencii de Doby et

Corrardum filium Nicolai de Gyozezh, ad videndum iuramentalem deposicionem eiusdem magistri Stephani filii Laurencii in octavis festi beati Georgii martyris proxime preteritis, nostra testimonia transmittersse debuissemus; ipso igitur termino occurrente, pro parte predictorum magistrorum Jacobi et Pauli . . Ladislaum archidiaconum de Bekes socium et concanonicum nostrum, item pro parte eorundem magistrorum Stephani et Corrardi similiter . . Gregorium presbiterum canonicum minoris ecclesie sancte Marie, unacum Gallo homine ipsius domini episcopi prelati nostri transmisimus, ut debebamus, ad videndum divisionem silve memorate et ipsius iuramenti deposicionem. Tandem idem magister Jacobus pro se personaliter et pro eodem magistro Paulo fratre suo ab una parte, ex altera vero idem Corrardus propria in persona, et Demetrius filius Andree serviens et legitimus procurator eiusdem magistri Stephani filii Laurencii . . pro eodem domino suo, unacum prenominate nostris testimoniis et homine ipsius domini episcopi ad nos exinde reversi, et per nos requisiti nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in predictis octavis beati Georgii martyris proxime preteritis ad faciem prenominate possessionis Hothaz pariter accessissent, ubi ante omnia iidem magistri Jacobus et Paulus relaxato ipso iuramento, per predictum magistrum Stephanum deponendo, rectam quartam partem eiusdem silve a plaga meridionali adiacentem, per longitudinem fune mensurando, eisdem magistris Stephano et Corrardo reliquissent perpetuo possidendam, ad possessionem eorundem Duruglesy vocatam applicantes. Hoc facto residuas tres partes eiusdem silve iidem magistri Stephanus et Corrardus per longitudinem modo infrascripto divisissent in duas partes coequales, easdem his metis separando: nam primo incipientes a plaga orientali in quodam berch unam metam terream de novo erexissent, deinde pergentes ad partem occidentalem in latere eiusdem silve aliam metam terream currentem sublevassent, abhinc directe procedendo ad eandem plagam occidentalem usque quandam arborem ilicis tredecim metas terreas currentes, sibi ipsis succedentes, de novo confodissent, quam quidem arborem ilicis ad eandem perveniendo, meta terrea circumfodissent, iuxta quam aliam metam terream elevassent, quarum una a plaga meri-

dionali porcioni possessionarie eorundem magistrorum Stephani et Corradi in eadem Hothaz habite, alia vero a septentrione similiter porcioni eorundem filiorum Douse in sepedicta possessione Hothaz existenti distinguerent et separarent; a quibus quidem duabus metis girando ad partem meridionalem iuxta quandam viam procedentem de eadem Hothaz ad villam Parlag, quatuor metas terreas currentes, unam post aliam de novo erexissent, a quarum ultima pergentes ad eandem partem meridionalem in latere eiusdem silve in modica distancia duas metas terreas confodissent, quarum una a parte meridionali predictae possessioni Duruglesy, alia vero a septentrione eidem possessioni Hothaz distinguerent et separarent, et ab eisdem duabus metis girando ad plagam occidentalem in terris campes-tribus in quinque locis decem metas terreas post se se suble-vassent, quarum quinque a parte meridionali possessioni Durug-lesy, alie vero quinque a septentrioni adiacentes possessioni Hothaz distinguerent et separarent; a quibus quidem ultimis duabus metis ad eandem partem occidentalem procedendo ad tres metas terreas antiquae pervenissent, quarum una a parte meridionali possessioni Duruglesy, alia vero ab occidente pos-sessioni eorundem Stephani et Corradi Demeter vocate, tertia autem a septentrione possessioni Hothaz distinguerent et sepa-rarent, iuxta quas quartam metam terream de novo erexissent. Facta igitur huiusmodi divisione et metali ereccione, prefatos Stephanum et Corradum rectam medietatem predictarum trium parcium silve prenotate, a plaga septentrionali adiacen-tem, iidem magistri Jacobus et Paulus pro se recepissent ele-ctive, alia vero medietas eiusdem, distincta per easdem metas a parte meridionali et iuxta predictam quartam partem eiusdem silve modo premissa ad possessionem Duruglesy applicatam existens eisdem magistris Stephano et Corrado provenisset perpetuo possidenda, divisionem autem terrarum usualium se-pedictae possessionis Hothaz et terre Bygeth vocate iuxta cursus antiquarum suarum metarum, eedem partes ad octavas festi beati Georgii martyris et ad alium annum proxime venturum prorogassent et prorogarunt coram nobis statu et obligamine in predictis prioribus literis nostris contento, per omnia perma-nente. . Datum quarto die octavarum beati Georgii martyris

predictarum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio : discretis viris Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladizlao cantore, Gregorio custode canonicis ac magistris ecclesie nostre salubriter existentibus.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1509. 16. dipl. oszt. 4352. Közli: Kovács N.

## 35.

*1353. máj. 4. A pécsi káptalan bizonyáglevelé Monostor és Háságy nevű birtokok határjárásáról.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod cum magistri Stephanus et Ladislaus filii Nicolai, Michael et Benedictus filii Pauli, item . . Martinus archidiaconus de Baranya socius et concanonicus noster, Georgius, Nicolaus, Laurencius et Johannes filii condam magistri Emerici filii Martini bani, ac Stephanus filius Logrethy, item Laurencius filius Laurencii filii Phile et Stephanus filius Petri filii eiusdem Phile, necnon Simon filius Stephani de Sancto Salvatore iuxta continenciam literarum nostrarum composicionalium inter ipsos ab una et magistrum Nicolaum dictum Berzethe parte ex altera emanatarum, ex parte possessionum eorum commetanealiter seu vicinaliter cum possessione prefati magistri Nicolai Monustur vocata et suis pertinenciis adiacencium, videlicet prenominati filii Nicolai et filii Pauli ac filii magistri Emerici possessionum eorum Zenthelye et Hegfalu vocatarum, a die emanacionis ipsarum literarum nostrarum composicionalium, scilicet a feria tertia proxima post dominicam Letare anno in presenti preteritam, usque secundum diem festi beati Georgii martyris de veris et certis metis dictas possessiones eorum a prefata possessione ipsius magistri Nicolai et suis pertinenciis separantibus et distingentibus, item prenominati magistri Laurencius filius Laurencii et Stephanus filius Petri de metis possessionis eorum Hassagh vocata et prefatus magister Simon de metis possessionis sue Cheregh nuncupata ab eadem possessione Monustur et suis pertinenciis easdem

separantibus, usque terciam diem festi predicti beati Georgii martyris diligenter sciscitari et experiri, et secundum quod de certis et veris metis dictam possessionem Monustur cum suis pertinenciis a predictis possessionibus eorum distingventibus ipsis veritas suffragari potuisset, metas dicte possessionis Monustur et suarum pertinenciarum ex parte dictarum possessionum eorum ad ipsorum fidem tempore reambulacionis ipsius possessionis Monustur coram regiis et nostris hominibus tacto vivifice crucis ligno depositam, prout in ipsis literis nostris continetur, eidem magistro Nicolao metas ipsius possessionis sue erigi permittere et idem magister Nicolaus ipsas metas in locis per ipsos premissis ostensis erigere et de eisdem metis contentari. Item prefatus magister Stephanus filius Logrety eodem secundo die festi beati Georgii martyris ex parte possessionum suarum Elesfalua et Wecherkfalua nominatarum similiter dicte possessioni Monustur et suarum pertinenciarum vicinarum, cum suo iuramento decimo se nobilibus sibi similibus, prout moris est iuxta regni consuetudinem iurare super terram deponendo, veras metas et iustas dicte possessionis Monustur et suarum pertinenciarum eidem magistro Nicolao extradare, de quibus eciam metis per ipsum magistrum Stephanum ipso modo extradatis, idem magister Nicolaus similiter contentari et omnia premissa et singula eorundem, partes sub gravamine seu vinculo calumnie coram nostris hominibus, prout in ipsis prioribus literis nostris continebatur facere debuissent; tandem advenientibus dictis terminis, nos ad petitionem dictarum parcium nostros homines fidedignos, videlicet magistrum Stephanum rufum socium et concanonicum nostrum pro parte dictorum nobilium et magistrum Emericum canonicum ecclesie sancti Johannis Baptiste de Castro Quinqueecclesiensi magistrum altaris sancti Gregorii pape, pro parte ipsius magistri Nicolai, qui eciam reambulacioni metarum ipsius possessionis Monustur et suarum pertinenciarum ac omnium premissorum, unacum regiis hominibus interfuerunt, duximus transmittendos, qui . . retulerunt, quod ipsi unacum predictis partibus in predicto tercio die festi beati Georgii martyris proxime preteriti accessissent ad superficies prefatarum possessionum, scilicet prefate Monustur et suarum pertinenciarum et prenominate possessionis Hassagh

predictorum magistrorum Laurencii filii Laurencii et Stephani filii Petri filiorum Phile, que commetanealiter se se contingerent et inter easdem possessiones Monustur ac dictam possessionem eorum Hassagh prenominati magistri Laurencius et Stephanus tales metas erexissent: quod procesissent a quadam angulari meta possessionis magistri Simonis de Sancto Salvatore Cseregh vocata, circa quam eciam unam metam erexissent, inter quas (*igy*) ad partem orientalem et erexissent unam metam terream, inde procedendo ad eandem partem erexissent metam terream, inde eodem modo procedendo erexissent metam terream, inde ad eandem partem inter orientem et meridiem eundo erexissent, metam terream . . Inde procedendo venissent ad quandam silvam, que cum cura et pro curis ipsius magistri Nicolai excrevisse diceretur, in cuius latere unam metam terream erexissent, abinde prefati magistri Laurencius et Stephanus in ipsam silvam unam viam in maiori latitudine, quam esset una via, pro transitu unius currus apta, versus orientem propter densitatem eiusdem succidi facientes, unam metam terream ad arborem cumulassent, dehinc eandem silvam ad predictam partem in predicta quantitate succidi facientes, metam terream ad arborem cumulassent, abhinc eandem silvam ad ipsam partem orientis in dicta quantitate succidi facientes, metam terream ad arborem cumulassent, inde ad ipsam partem transeundo unam viam ipsam silvam in dicta quantitate succidi facientes, metam terream ad arborem cumulassent, dehinc eandem silvam ad ipsam partem orientis succidi facientes, metam erexissent, dehinc eandem silvam in dicta quantitate versus eandem partem orientis succidi facientes, sicque de ipsa silva exeuntes in sumpmitate unius vallis, in qua esset aqua Hassagh, dictam metam terream erexissent, ubi ereccio metarum eorundem magistrorum Laurencii et Stephani terminata fuisset. In qua quidem ultima et finali meta ipsi magistri Laurencius et Stephanus stantes ad idem iuramentum, quod iuxta continenciam dictarum literarum nostrarum compositionalium, tacto vivifice crucis ligno, prestitisse dinoscuntur, predictas metas per ipsos modo premissis erectas veras et iustas metas predictam possessionem eorum Hassagh a prefata possessione ipsius magistri Nicolai Monustur vocata separantes fore dixissent et iurassent. In quibus tamen locis, ubi prenominati magistri Lau-

rencius et Stephanus dictas metas erexissent, excepta ipsa principali et angulari meta, nullam metam nec signum metale et easdem metas in ipsa silva existentes ex parte eorum erectas esse, ipsam autem succisionem ipsius silve a parte ipsius magistri Nicolai existere predicti nostri homines nobis recitarunt, ubi etiam Petrus filius ipsius magistri Nicolai pro se et pro Johanne, Nicolao et Stephano fratribus suis ac frater Mathias abbas monasterii Sancti Spiritus comparendo, ipsos magistros Laurencium et Stephanum ab ereccione ipsarum metarum inhibuisset contradicendo et contradixisset inhibendo. Ipso autem magistro Nicolao nullam contradiccionem faciente, qui quidem magistri Laurencius et Stephanus per ipsam prohibitionem se non continentes nec desistentes ipsas metas contra ipsam prohibitionem erexissent; cum tamen iuxta continenciam dictarum literarum nostrarum compositionum predicti magistri Laurencius et Stephanus ad dictum eorum iuramentum de veris metis dictas possessiones ab invicem separantibus usque predictum terminum sciscitari et experiri sicque ostendere et easdem metas non ipsi sed predictus magister Nicolaus erigere debuisset. Datum sabbato proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1509. 17. dipl. oszt. 4353. Közli: Kovács N.

—  
36.

*1353. máj. 6. A győri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Tamás országbíró meghagyására Sebes és fiai közt egyrésztől és Sebes testvére Péter között másik résztől, Csötörtökhely nevű birtokot felosztották.*

.. Lodovico . . regi . . capitulum Jauriensis ecclesie . . Noverit vestre excellencie celsitudo, quod cum nos ad amicabilem petitionem . . comitis Thome iudicis curie vestre ad quandam divisionem cuiusdam possessionis magistri Johannis filii Sebus, et eiusdem Sebus ac Nicolai et Georgii fratrum ipsius magistri



Johannis Chuturtukhel vocatam (194) faciendam ultra montana existentem et possessionariam porcionem per magistrum Petrum fratrem ipsius magistri Sebus secundum tenorem literarum ipsius comitis Thome iudicis curie vestre adiudicatoriarum, modum et formam sue sententiarie deliberacionis exprimentium, unacum Paulo de Sewl, magistrum Nicolaum fratrem Homodei pro magistris Johanne filio Sebus et eodem Sebus patre ac Nicolao et Georgio fratribus eiusdem actorum, item cum Petro, magistrum Blasium pro Petro fratre Sebus in causam attracto extradacionem hominibus vestris in eisdem literis comitis Thome expresse contentis testimonia nostra fide digna, socios et conca-nonicos nostros transmisissimus, iidem ad nos reversi nobis retulerunt, quod idem magister Petrus frater Sebus et in persona ipsius Michael de Chuzaak . . in octavis festi beati Georgii martyris nunc preteritis magistris Johanni filio Sebus et eidem Sebus patri ac Nicolao et Georgio fratribus ipsius magistri Johannis, magistro Johanne predicto et Nicolao pro se ipsis personaliter ac pro magistro Sebus patre et Georgio fratre ipsorum . . possessionariam ipsorum porcionem in dicta possessione Chuturtukhel habitam coram ipsis extradidisset et resignasset tali modo, quod ipsam villam totam quantum ad laneos et fundos ad quatuor plagas seu partes distinxissent et quindecim lanei seu fundi ab oriente ad partem meridionalem, et quindecim lanei seu fundi a parte occidentis ad partem septentrionalem adjacentes cessissent magistris Johanni filio Sebus et eidem Sebus patri ac Nicolao et Georgio, ex adverso vero quindecim lanei ex superiori parte ecclesie inibi constructe et infra ac quindecim lanei seu fundi a parte meridionali existentes, cessissent magistro Petro possidendi pariter et utendi. Sed quia ipsa possessio Chuturtukhel ab aliorum possessionibus circumquaque adjacentibus novarum metarum distincionibus nondum de novo distinctam exstitisset, ideo metali distincione possessionarias ipsorum porciones inter se distingvere non valuis-sent, sed universas utilitates terrarum arabilium, silvarum, nemorum, pratorum, molendinorum ac aque piscature communiter, donec eandem possessionem ab aliorum possessionibus metali distincione distinxerint, percipiendas seu utendas commisissent, et ecclesiam in eadem villa constructam similiter

communiter habendam et tenendam; habita vero ereccione metarum et ab aliorum possessionibus distincione metali liberam inter se, dum voluerint, metas erigendi habebunt facultatem. Datum feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 524. 16. dipl. oszt. 1354. Közli: Kovács N.

## 37.

*1353. máj 7. Az egri káptalan bizonyítja, hogy Somogyi Miklos fia és Olnodi Pál fia István közt Ónod nevű birtokot, a határoknak Egy-mihályháza felé való kijelölése mellett, mi módon osztatta fel.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod magister Johannes dictus Geurii clericus chori nostri, qui per nos nuperime mediantibus literis . . Ladislai prepositi Chas-mensis ecclesie et comitis capelle ac secretarii cancellarii regis . . que nos in quadam sui parte tangere dignoscebantur, unacum Dionisio filio Georgii de Zalatan, qui pro parte Stephani filii Pauli filii Jacobi de Olnud actoris, et Johanne filio Nicolai de Petri, qui pro parte Andree, Johannis et Petri filiorum Nicolai de Somogy, ad causam attractorum, pro regis hominibus sunt deputati ad videndum et audiendum seriem cuiusdam arbitrii seu disposicionis, quod per probos viros equali numero per dictas partes inibi adducendos, in octavis festi beati Georgii martyris in facie cuiusdam litigiose possessionis Olnad nuncupate iuxta continencias quarumdam literarum nostrarum et literarum privilegialium condam comitis Pauli iudicis curie . . per eosdem filios Nicolai inibi exhibendarum conscienciose fieri debuisset, legitimis et congruis postulacionibus pretaxati domini Ladislai prepositi ac communi iusticie annuentes pro testimonio destinatus fuerat, unacum eisdem regis hominibus, ad nos reversus, nobis concorditer retulerunt istomodo, quod ipsi unacum predictis partibus et aliis probis viris accessissent ad faciem possessionis Olnad prenotate, ubi preallegati nobiles viri arbitri per eadem partes equali numero, quo supra, inibi adducti, visis et intellectis seriebus et continenciis earumdem literarum privi-

legialium ipsius comitis Pauli . . et nostrarum (per) predictos filios Nicolai ad causam attractos in specie inibi exhibitarum, auditis etiam quibusdam allegacionibus ipsorum, quia tenores aliarum literarum inibi, ut premissum est, exhibitarum duas partes iam dicte possessionis Olnad ad ipsos filios Nicolai dicti Somogy effectualiter, terciam vero partem eiusdem ad memoratum Stephanum filium Pauli pertinuisse et pertinere debere evidenter declarassent, ob hoc et iidem nobiles arbitri firmantes et subpodientes se ad tenorem dictarum literarum deum et eius iusticiam pre oculis suis ferentes, ipsas duas partes prelibate possessionis Olnad a parte terre Egymihalhaza nuncupate existentes, iuxta adiudicacionem dicti comitis Pauli tunc rite latam et commissam, pro eisdem filiis Nicolai Somogy dicti, terciam vero partem ipsius a parte alterius porcionis prenominati Stephani filii Pauli Kerekeghaz nuncupate adiacentem, sepedicto Stephano et parcium heredibus, sub distinccionibus metarum infradeclarandarum possidendas, tenendas et habendas adiudicassent, et pro eisdem perennaliter possidere debere decrevisent arbitrantes; quod quidem arbitrium adque (*iqy*) ordinacionem iam dictorum nobilium arbitratorum coram ipsis ambe partes se et suos heredes observaturos fore spondissent qualibet occasione relegata. Mete autem, quibus dicte due partes ipsius possessionis Olnad in porcionibus prelibatorum filiorum Nicolai dicti Somogy devolute a tercia parte ipsius terre et ab ipsa terra Egymihalhaza distinguntur et separantur, prout iidem noster et regii homines nobis expresserunt, hoc ordine protenduntur: prima enim meta a plaga orientali in fluvio Sayo et de eodem egrediendo, currit ad plagam occidentalem per modicum spacium et venit ad unum locum sessionalem, ubi est una meta terrea in circuitu quarumdam arborum merusarum per ipsos erecta, a qua similiter per modicum spacium currendo annectit aliam metam terream iuxta arborem pomi sementem nuncupati existentem, de qua adhuc versus dictam plagam currendo, perveniret ad terciam metam retro ortos positam, abindeque ad eandem plagam transeundo iungit quartam iuxta quandam viam a plaga meridionali existentem, unde versus dictam plagam per continuas metas currendo et quasdam stratas publicas transeundo, intrat in fluvium Zynywa

nuncupatum, in quo contra cursum ipsius supra currendo, venit ad unum stagnum eisdem filiis Nicolai remanentem, iuxta quem sunt due mete terre antique et tertia per ipsos renovata, ubi eciam regirat ad ipsam plagam orientalem, currendoque venit ad unam metam terream iuxta unum monticulum positam, de qua ad eandem plagam per longum spacium currendo, continuatasque metas transeundo annectit duas metas unam antiquam et aliam novam iuxta quandam paludem vulgo Kenderatto nuncupatam positas et erectas, a quibus regirat ad plagam meridionalem et in eodem portu infra currendo annectit unam metam terream in latere eiusdem portus erectam, ubi regirat iterato ad plagam orientalem, per quoddamque pratum currendo venit ad unam metam terream prope rivulum Rochka nuncupatum erectam, et in ipso rivulo infra currendo intrat in fluvium Sayo et ibi terminantur. Datum feria tertia proxima ante festum beati Stanizlai martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetiye az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1537. 67. dipl. oszt. 4355. Közli: Kovács N.

## 38.

1353. Buda, máj. 8. Tamás országbíró Biri Tamás fiainak, Kállai István, László, Mihály és Vbul elleni ügyét elhalasztja.

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod causam quam Stephanus, Ladislaus et Johannes filii Thome de Biry et domina consors eiusdem Thome, pro quibus idem Thomas cum procuratoriis literis capituli ecclesie Varadiensis et conventus de Hothvon astitit, contra Stephanum filiam Stephani, Ladislaum filium Ivan, Michaellem et Vbul filios Ladislai de Kallou, pro quibus Stephanus filius Beke et Demetrius filius Oliverii cum procuratoriis literis ecclesiarum Agriensis et Varadiensis comparuerunt . . in octavis festi beati Georgii martyris movere habebant coram nobis . . ad octavas festi beati Michaelis archangeli . . duximus . . prorogandam . . Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. ltárában.

## 39.

*1353. máj. 6. Tamás országbíró, Simon fia Miklós és Nagymartoni Lőrincz fia között, Nagy-Korong és Vrbochanrucy nevű birtokok iránt folyó perben, halasztást ad.*

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus Simonis (*igy*) personaliter astans contra Nykkul filium Laurencii de Nogmortun, pro quo Stephanus dictus Baryas . . comparuit, iuxta continenciam literarum capituli Castri-ferrei citatoriarum simul et recaptivatoriarum, in octavis festi beati Georgii martyris, in facto contradiccionis statucionis possessionum Nogkorongh et Vrbochanrucy vocatarum movere habebat coram nobis, partibus volentibus ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc proxime venturas, sub forma faciendo pacis duximus peremptorie prorogandam eo modo, ut ipsam causam nec literis regalibus nec reginalibus sive aliis quibusvis cautelis adinventis ipse partes ab eisdem octavis ulterius valeant prorogare. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival, eredetije a N. Muzeumban.

## 40.

*1353. máj. 14. A zágrábi káptalan István Horvát-Slavon- és Dalmát herczegnek jelenti, hogy Miklós bán meghagyására, Kaniska nevű birtokba László fiút Lachowot határjárás után beiktatta.*

Stephano dei gracia tocius Slavonie, Croacie et Dalmacie duci . . capitulum Zagrabiensis ecclesie . . Vestra noverit celsitudo nos literas . . Nicolai tocius Slavonie et Croacie bani recepisse . . in hec verba: . . Capitulo ecclesie Zagrabiensis . . Nicolaus tocius Slavonie et Croacie banus . . Cum iuxta sentenciam domini nostri ducis et nostram, in congregacione sua generali in quindenis festi beati Georgii martyris universis nobilibus Zagrabie celebrata factam, universe possessiones Ladislai

filii Michaelis, Bazarad et Briccii fratrum suorum, item Johannis et Blasii filiorum Valterii patruelium fratrum suorum, ac domine Rusa consortis eiusdem Ladislai, manibus eiusdem domini nostri ducis et nostris sint devolute, ex quibus quedam possessio Kaniska vocata iuxta fluvium Kaniska existens, quam Lachow filius Ladislai emcionis titulo noscitur comparasse, reambulacione et metarum distincione ac statucione eidem Lachow facienda indigeat, amiciciam petimus . . quatenus mitatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Georgii homo eiusdem domini ducis et noster, in facie premisse possessionis Kaniska iuxta fluvium Kaniska vocatum existentis, accedendo . . novas, ubi necesse fuerit, metas iuxta veteres erigendo . . absque contradiccione predictorum, qui eam potenter detinebant, reambulet, reambulatumque . . statuatur prefato magistro Lachow filio Ladislai perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui alii, exceptis predictis, fuerint, contra eundem magistrum Lachow ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec diem citacionis terminum assignauum ac nomina citatorum cum cursibus metarum domino nostro duci vel nobis . . rescribatis. Datum Zagrabie, in octavis festi Penthecostes, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio. Volentes igitur nos petitionibus eiusdem domini bani satisfacere, cum predicto Johanne filio Georgii homine vestro et ipsius domini bani, magistrum Michaelem socium et concanonicum nostrum, ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester et domini bani presente ipso nostro testimonio, ad faciem predictae possessionis Kaniska vocate accessisset, et eandem convocatis suis vicinis et commetaneis per veras suas metas et antiquas, novas iuxta veteres, ubi necesse fuerit, erigendo reambulasset, reambulatumque et ab aliorum possessionibus separatam . . prefato Lachow filio Ladislai perpetuo . . possidendam, nemine contradictore existente, imo vicinis et commetaneis consencientibus, statuisset; mete autem dicte possessionis, prout eas nobis idem homo vester et domini bani ac noster in scriptis attulerunt, hoc ordine protenduntur: videlicet prima meta incipit a parte meridionali circa fluvium Kaniska,

ubi est quedam arbor gvertyanfa, meta terrea circumfusa, ex altera vero parte quidam rivulus existit et procedit supra predictum rivulum, circa terram Jacobi filii Herrici, et pervenit ad quandam metam terream, ab inde tendit versus quandam montem a parte occidentis et pervenit ad arborem ihor cruce signatam meta terrea circumfusam, ex inde vadit versus montem directe et pervenit ad arborem hasfa cruce signatam meta terrea circumfusam; et ab inde pervenit ad unam antiquam viam, et per eandem supra procedendo, versus partem septentrionalem in bono spacio pervenit ad quandam magnam viam, et per eandem procedendo in bono spacio pervenit ad arborem zilfa crucesignatam meta terrea circumfusam, ubi sunt commetanei Petrus et Dominicus filii Jacobi, exinde per eandem viam procedendo in bono spacio pervenit ad terram Gregorii quondam exactoris marturinarum, inde declinat ad dexteram partem, ubi est quedam meta terrea versus orientem, deinde procedit infra ad vallem et pervenit ad arborem piri cruce signatam, meta terrea circumfusam, et exinde procedendo pervenit ad quandam viam, et transeundo viam pervenit ad fluvium Kaniska vocatum, et per eundem fluvium procedendo pervenit ad caput fluvii eiusdem; abinde exit de ipso fluvio et pervenit ad arborem twl crucesignatam, meta terrea circumfusam; inde procedit versus orientem et pervenit ad duas metas terreas, deinde per eandem viam procedendo in bono spacio pervenit ad alias duas metas terreas; inde procedendo versus orientem per eandem viam in bono spacio pervenit ad quandam viam, deinde procedendo per eandem viam versus meridiem, pervenit ad quandam arborem byk cruce signatam meta terrea circumfusam, exinde per eandem viam procedendo exit ad quoddam nemus et pervenit ad metam terream, inde declinat infra versus vallem et pervenit ad quandam metam terream, et per eandem vallem infra procedendo pervenit ad magnam viam, ubi in dextera parte est meta terrea, ubi est commetaneus Lucas filius Blasii, inde declinat ad fluvium Kaniska et procedendo infra versus meridiem pervenit ad metam prius nominatam, ubi pars occidentalis pertinet ipsi Lachow et pars orientalis Lucachio prenominate, ibique terminantur. Datum in festo beati Bonifacii pape, anno domini supradicto.

István királyi herczegnek «Zagrabie tercio nonas mensis Junii, anno dominice incarnationis antedicto, ducatus autem nostri anno primo» kiadott átiratából, melynek eredetijét a N. Muzéumban őrzik. Kivül XVI. századból való irással: metales familie Radoczy possessionis Kaniska.

## 41.

*1353. máj. 15. A váradi káptalan előtt Balkáni Janos fia László, Szatmár vármegyében Sárvarmonostora nevű birtokából föntmaradt részt, Bástori Bereczk s Bástori Lökös fiainak elzálogosítja.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus . . quod accedens ad nostram presenciam Ladislaus filius Johannis nobilis de Balkan . . est confessus, quod ipse urgente quadam inevitabili necessitate possessionariam porcionem suam in possessione Saruarmonastara vocata existentem et in comitatu Zatmariensi habita, cuius aliam particulam tempore retroacto ipse et Fabianus frater eiusdem iam defunctus, nobilibus viris magistris Johanni et Nicolai filiis Briccii de Batur et filiis Leukus filii eiusdem Briccii alienassent in filios filiorum perpetuo possidendam, nunc cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis eiusdem universis, que nunc sunt vel esse possunt in futurum, videlicet iure patronatus, locis sessionum, terris arabilibus cultis et incultis, silvis, aquis, pratis et quibuslibet aliis eidem magistro Nicolao filio Briccii, item Ladislao, Georgio et Stephano filiis Johannis filii Briccii prenotati, necnon Petro filio Leukus pro triginta marcis grossorum plene receptis et habitis ab eisdem . . impignoravit coram nobis, hoc tamen expresso, quod quandocunque ipse Ladislaus aut filii sui eandem redimere potuerint, iidem magistri Nicolaus filius Briccii, Ladislaus, Georgius et Stephanus filii Johannis ac Petrus filius Leukus sibi restituere tenebuntur recepta sua pecunia capitali; si vero ipsum Ladislaum sine liberis et heredum destitutum solacio medio tempore decedere contingat ab hac luce, extunc predictam totalem possessionariam porcionem nullus proximorum suorum redimere possit a creditoribus iam pretactis, sed ipso decedente in ius et proprietatem predictorum magistrorum Nicolai filii Briccii et filiorum Johannis, nec non filii Leukus eadem devolvatur ipso facto, perpetuo et irrevocabiliter possi-



denda, tenenda, pariter et habenda. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras patentes appositione sigilli nostri autentici consignatas. Datum feria quarta proxima post festum Penthecostes, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 68. dipl. oszt. 4361. Közli: Kovács N.

## 42.

*1353. Buda, máj. 15. Miklós nádor előtt Szabari Ogyoz fia János özvegye, néhai Nagymartoni Mihály leánya, ennek Nagymartoni Nykul fia Nykul mester kezéinél levő birtokaiból járó leánynegyede illetőségére nézve, Csomai Lőrincz fiaival Jánossal és Benedekkel megegyezik.*

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod magistro Georgio filio quondam magistri Alexandri de Kuchk, pro nobili domina relicta magistri Johannis filii Ogyoz de Zabar comitatus Zaladiensis filia vero condam magistri Michaelis de Nogmortun Margareta vocata, socrui sua cum literis procuratoriis conventus Zaladiensis ab una, item magistris Johanne et Benedicto filiis magistri Laurencii filii Emerici de Chorna, personaliter parte ex altera coram nobis constitutis, per prelibatum magistrum Georgium auctoritate literarum procuratoriarum premissarum vice et nomine domine prelibate, propositum extitit . . in hunc modum, ut quandocunque prelibata domina quartam suam filialem de possessionibus dicti magistri Michaelis patris sui nunc erga manus magistri Nykul filii Nykul de Nogmortun habitis, ab eodem magistro Nykul posset optinere, si idem magister Nykul de ipsa quarta sua filiali, pecunia solutione mediante, satisfaccionem sibi impenderet, sed pro eodem sua quarta filiali possessiones eidem conservaret, extunc eadem domina ipsas possessiones, pro sua quarta filiali datas, consuetudine regni exigente, estimando, pro earum estimacione nemini alteri dare posset, nisi filiis magistri Laurencii prenotatis et eorum successoribus dare teneretur et conferre; e converso autem dicti filii magistri Laurencii assumserunt, ut estimacionem possessionum premissarum domine annotate absque

prorogacione aliquali persolvere deberent, et quod annotato Nykul in causa ipsius domine, racione premissae contra eundem habita nullum subsidium impenderent et iuvamen, nec consilio nec aliquo opere assisterent eidem, ut assumserunt omnia premissa partes coram nobis. Datum Bude, vigesimo secundo die festi beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 21. 70. dipl. oszt. 4360.

## 43.

*1353. máj. 22. László egri prépost és püspöki vicarius előtt, Gagyi Mihály fia Péter, Gagyi Gereventől származott rokonait, Verezi Körér Györgyöt, Margitot Nyomári Simon nejét és Erzsébetet Kellemesi Nagy Domokos nejét, leánynegyedi járandóságuk fejében hetrenöt márka készpénzzel kielégíti.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Agriensis . . Nicolai . . predicte Agriensis ecclesie episcopi in spiritualibus vicarius generalis memorie commendamus, quod Georgio filio Johannis filii Nicolai dicti Kuer de Werez, pro se ipso personaliter, et Blasio filio Simonis filii Bethlen de Nomar pro matre sua filia Dominici de Laad, ac Jakou filio Zouk pro alia nobili domina consorte Dominici dicti Nog filii Nicolai de Kellemes et filia Ladislai de Edelen, Margareta et Elizabet vocatis . . ex una, et magistro Petro filio Michaelis filii Gereueni de Gogy parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem Georgium filium Johannis, Blasium et Jakou procuratores dictarum nobilium dominarum, in personis earumdem dominarum, auctoritate procuratoria propositum exstitit . . quod super omnibus causis et articulis earumdem, quas idem Georgius et nobiles domine racione quarte puellaris quondam domine Jolenth tunc consortis predicti Dominici de Laad et filie ipsius Gereueni de Gogy, matris scilicet et avie eorumdem actorum, contra memoratum Petrum filium Michaelis nepotem eiusdem Gereueny iudiciario ordine coram dicto domino nostro episcopo et prioribus vicariis suis, per consequensque nostri in presencia movissent usque modo vel movere potuissent in posterum, idem Petrus filius Michaelis iuxta

arbitrium et compositionem proborum virorum facta pecuniaria solucione septuaginta quinque marcarum bonorum grossorum et florenorum compoti Cassensis, quibus pretactus Petrus filius Michaelis secundum continenciam aliarum literarum nostrarum compositionum et obligatoriarum exinde confectarum, eisdem hoc facere tenebatur, pro allegatis nobilibus dominabus et Georgio filio Johannis omnimodam, congruam et condignam fecisset et impendisset satisfaccionem . . et dicte nobiles domine ac Georgius filius Johannis super ipsa pecuniaria solucione, quoad porcionem ipsorum sufficienter contenti, memoratum Petrum filium Michaelis et suos heredes super annotata quarta filiali domine Jolenth matris ac avie ipsorum prenotate reddissent . . et coram nobis pretaxatus Georgius, quo supra, personaliter, dicti vero magister Blasius et comes Jakou pro eisdem dominabus Margareta et Elizabet vocatis, reddiderunt . . prorsus et per omnia expeditos . . Insuper obligarunt se idem Georgius easdemque nobiles dominas, relictam Simonis et consortem Dominici Nog prelibati procuratores earum, vigore dictarum literarum procuratoriarum ac heredes ipsorum, sepedictum Petrum filium Michaelis et ipsius posteritates ab omnibus pre-textu quarte filialis . . processu temporis inquietari (*így*) semper et ubique defendere et expedire . . Datum Agrie, quarto die octavarum festi Penthecostes, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel ; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 43. 38. dipl. oszt. 4363. Közli: Kovács N. Ugyanott megvan László püspöki vicariusnak 1353. oct. 10-én kelt másik bizonyáglevela, mely szerint a föntnevezett Verezi vagy Velezi Györgyöt és nőrokonait, Gagyí Gereven másik fiától Miklóstól származott János hasonló módon kielégítette. N. R. A. 733. 5. dipl. oszt. 4391.

## 14.

1353. máj. 26. A budai káptalan előtt Erzsébet királyné, a clarissák új kolostora szomazédságában, a kolostor számára több telket megszerez.

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magister Petrus cantor ecclesie nostre in persona domini Stephani prepositi et prelati

nostri, Andreas dictus Alaz cursor, unacum domina uxore sua domina Elizabeth filia Andree dicti Buza, Valentinus Mancus filius Georgii, item domina relicta Johannis dicti Manguch, nunc consors Jacobi, Benedictus filius Donk et Galus filius Nicolai hospites de Veteri Buda, personaliter ab una, item comes Lorandus iudex civitatis Budensis et magister Jacobus de Bw curie regie maiestatis notarius, in persona serenissime principisse domine Elisabeth . . regine . . parte ex altera coram nobis constituti, confessi exstiterunt organo vive vocis, quod idem magister Petrus cantor unum fundum curie predicti domini nostri prepositi a parte occidentis novi claustrum sororum beate Clare virginis, pro octo florenis, item prefatus Andreas dictus Alaz duos fundos curie, unum ex occidentali dicti claustrum et alium ex orientali partibus, pro sedecim florenis, domina vero Elisabeth filia Andree dicti Buza, similiter duos fundos unum ex meridionali ipsius claustrum et alium ex occidentali partibus, pro viginti florenis minus uno, annotatus Valentinus Mancus filius Georgii modo premissis duos fundos, unum ex meridionali prefati claustrum et alium ex occidentali partibus, pro quindecim florenis, prefata domina relicta Johannis dicti Manguch unum fundum curie sue, a parte occidentali annotati claustrum, pro octo florenis et prefatus Benedictus filius Donk ibidem unum fundum curie pro octo florenis et pretactus Galus filius Nicolai ex occidentali ipsius claustrum unum fundum curie sue pro septem florenis plene, ut dixerunt, singuli eorum singulariter habitis et receptis cum omnibus utilitatibus predictorum fundorum et sessionum ac attinenciis earundem universis memorate serenissime domine Elisabeth regine, per ipsam et per consequens dicto novo claustrum et sororibus beate Clare virginis in eodem deo devote famulantibus . . vendidissent, nihilominusque salvis iuribus ecclesie nostre . . vendiderunt coram nobis iure perennali . . possidendos . . obligantes se pretacti venditores dictorum fundorum et curiarum ratione vendicionis earundem sessionum memoratam dominam reginam et dictum claustrum suum ab omnibus molestare . . volentibus expedire . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre in octavis festi sancte Trinitatis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio; presentibus . . Petro cantore, Johanne

custode, Emerico, Ladislao, Michaele et altero Ladislao, Cosma et Johanne ceterisque canonicis ecclesie nostre in eadem deo devote famulantibus.

A pecsét sárga és szederjes színű selyem sodraton függ, az intercisio alphabeti a azöveg fölött van; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Vet. Budens. 18. 10. dipl. oszt. 4364. Köszl: Kovács N.

## 45.

*1853. Déda, máj. 27. Beregrármegye Erzeébet királynénak jelenti, hogy a királynénak várii hospesei, Nyíri István bodolai birtokán hatalmaskodtak.*

. . Elizabeth . . regine . . Morochuk magister agazonum vestrorum et comes de Bereg . . Literas vestre excellencie . . recepimus in hec verba: Elizabeth . . regina . . magistro Morochuk magistro agazonum suorum et comiti de Bereg . . Dicit nobis Stephanus filius Stephani de Nyr, quod Johannes et Ladislaus filii Stephani, Laurencius et Egidius filii Blasii, Thomas filius Petri filii Hench et Jacobus dictus de Bursuna hospites nostri de Wary ad possessionem suam Bodulo vocatam potencialiter venientes, quadringentos porcos in eadem abstulissent ac tres homines iobagiones videlicet prefati Stephani captivassent . . quapropter . . mandamus, quatenus scias et inquiras de premissis meram veritatem, et tandem si ita inveneris . . extunc ex parte predictorum Johannis et Ladislai filiorum Stephani, Laurencii et Egidii filiorum Blasii, Thome filii Petri filii Hench et Jacobi dicti de Bursuna hospitem nostrorum de predicta Wary, eidem Stephano filio Stephani de premissis sufficientem satisfaccionem impendere debeas, dilacione et occasione quibuslibet non obstantibus, et aliud pro nostra gracia non acturus in premissis. Datum Bude, sabbato proximo post diem Circumcisionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio. Nos igitur . . in nostra congregacione generali universitati nobilium et ignobilium ac aliis cuiusvis status et condicionis hominibus, ob preceptum domini nostri regis Lodovici mediantibus literis suis mihi iniunctum, in dicto comitatu Bereg, feria secunda proxima post festum corporis Christi in villa Deda celebrata, ab

omnibus nobilibus et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus, in dicta congregacione nostra convenientibus, specialiterque a iudicibus nobilium eiusdem comitatus, predictis hospitibus vestris de Wary, contra quos ipsa debebat fieri inquisicio, personaliter adherentibus, super premissis diligenter inquirendo, talem scire potui veritatem, quod prenominati hospites vestri premissa omnia sic, quemadmodum dictus magister Stephanus vestre serenitati retulisset, fecissent, responderent modo prenotato. Datum in dicta villa Deda, die prenotato anno ut supra.

Zárlatán öt pecséttel; eredetije a Kállay os. ltárában a N. Muzeumban.

## 46.

1353. Buda, máj. 28. Tamás országbíró előtt Leurent fia Beke, anyja leánynegyedének kiadásáról Péter fiát Domokost nyugtatja.

Nos comes Thomas iudex curie . . regis . . comitatumque de Turuch tenens honorem memorie commendamus per presentes, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum compositionalium, magister Dominicus filius Petri filii Stephani filii Marci, racione quarte puellaris domine matris magistri Beke filii Leurenti, filie scilicet prefati Marci, viginti quinque marcas in octavis festi Penthecostes eidem magistro Beke filio Leurenti sub obligamine pene dupli, si secus faceret, solvere debuisset coram nobis. Tandem ipsis octavis festi Penthecostes occurrentibus, idem magister Beke filius Leurenti coram nobis personaliter comparendo, predictas viginti quinque marcas per predictum magistrum Dominicum filium Petri, similiter coram nobis personaliter astantem, sibi plene persolutas fore est confessus, reddendo eundem magistrum Dominicum super ipsis viginti quinque marcis expeditum coram nobis. Datum Bude, decimo die octavarum predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1698. 72. dipl. oszt. 4365. Közli: Kovács N.

## 47.

*1353. Buda, máj. 29. I. Lajos király előtt Nagymartoni Miklós fia Miklós beleegyezését adja, hogy Ujfalú, Baja és Pél nevű esztergom-cármegyei és Csenke nevű komáromvármegyei birtokokat, melyekre Izrael pozsonyi zsidó Nagymartoni Lőrincz fiúnak Miklósnak héteáz talentomot kölcsön adott, Csornai (Kanizsai) Lőrincz fiai János és Benedek kiválthassák.*

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus, quod magister Nykkul filius Nykkul de Nogmortun personaliter coram nobis constitutus, exstitit confessus viva voce, quod ipse impignoracioni medietatis possessionum hereditariarum magistri Nykkul filii Laurencii de eadem Nogmortun, Wyfolu, Bayolth et Peel vocatarum in comitatu Strigoniensi, ac Kezeu in comitatu Kamaruniensi existencium ac totalis possessionis eiusdem Chenke vocate in eodem comitatu Strigoniensi, ultra fluvium Danubii ex opposito dicte possessionis Wyfolu existentis, similiter titulo hereditarii iuris eidem magistro Nykkul filio Laurencii pertinentis, nunc desolate, obligacioni impignoratorie per ipsum magistrum Nykkul filium Laurencii pro septingentis talentis ac racione proximitatis magistrorum Johannis et Benedicti filiorum magistri Laurencii filii Emerici de Chorna, velut fratrum ipsorum karissimorum, eisdem magistris Johanni et Benedicto, iuxta series literarum nostrarum et aliorum efficacium instrumentorum pignori obligatarum, cum racione beneficacionis in solucione dicte pecunie, pro eodem magistro Nykkul filio Laurencii fratre suo patrueli, tempore suarum maximarum necessitatum per ipsos magistros Johannem et Benedictum Izrael iudeo Posoniensi persolute, tum racione proximitatis ipsorum magistrorum Johannis et Benedicti, veluti fratrum suorum karissimorum plenum consensum et assensum prebuisset, imo coram nobis adhibuit, in toto dictam impignoracionem possessionariam ipsis magistris Johanni et Benedicto, ut premisimus, factam admittendo et annuendo cum suo beneplacito et voluntate. Datum Bude, feria quarta proxima ante octavas festi corporis Christi, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> I<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 497. 17. dipl. oszt. 4366. Közl.: Kovács N. V. ő. Fejér i. m. IX. 2. 218.

## 48.

1353. Vasvár, máj. 30. Olivér, a királyné udvarbírája, Vas és Sopron vármegyék főispánja s bírótársai, Darabos János fiai Imre s László részére, ezek fióvét Mihályt bíróságolják.

Nos magister Oliverius iudex curie domine regine, comes Castriferrei et Supruniensis ac iudices nobilium dicti comitatus Castriferrei damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium dicti comitatus Castriferrei, feria secunda proxima post festum corporis Christi in Vosuar celebrata, Emericus et Ladislaus filii Johannis dicti Darabus de medio ceterorum nobilium esurgendo (*igy*), proposuit tali modo, quod Michael frater ipsorum literas divisionales super possessionibus ipsorum eis dare non curaret et centum quinquaginta marcas ab eis recepisset, qui quidem Michael, per eosdem legitimis diebus dicte congregacionis nostre expectatus, non venit neque misit, unde eundem in iudicio decrevimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum quarto die congregacionis nostre predictae, in loco antedicto, anno domini Mille-simo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán három gyűrtős pecséttel, a középső épen fűntmaradt; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban.

## 49.

1353. máj. 31. A pozsonyi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy pozsonymegyei Szász nevű helység határát Százi Miklós fia Jakab, Péter fia János, Tamás fia András és Kardos Miklós részére meg-jávatta.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Posoniensis . . Literas vestre excellencie reambulatorias, pro Jacobo filio Nicolai et aliis intra nominatis recepimus honore quo decuit in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Posoniensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Jacobi filii Nicolai de Zaaz, Johannis filii Petri, Andree filii Thome et Nicolai dicti Kardus de predicta Zaaz, quod ipsa possessio ipsorum Zaaz vocata, in comitatu Posoniensi apud manus ipsorum habita et existens



reambulacione et metarum ereccione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius ( . . . . . ) aut Michael filius Nicolai de Magyar, aliis absentibus homo noster ad faciem predictae possessionis presentibus vicinis et commetaneis suis legitime convocatis accedendo, reambulet ipsam . . reambulataque . . relinquat ipsam eisdem Jacobo filio Nicolai, Johami filio Petri, Andree filio Thome et Nicolao dicto Kordus eo iure, quo ad ipsos dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet contra eosdem ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius reambulacionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post festum Penthecostes, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio. Nos igitur . . cum predicto Michaele filio Nicolai de Magyar homine vestro, magistrum Paulum socium et concanonicum nostrum ad ipsam reambulacionem et statucionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui . . retulerunt nobis in hunc modum, quod ipsi feria tertia proxima ante octavas festi corporis Christi ad faciem predictae possessionis Zaaz, vicinis et commetaneis universis legitime convocatis accessissent, et presentibus ipsis eandem per suas veras metas et antiquas reambulassent, iuxta veteres et aliis locis ubi necesse fuisset, novas metas erexissent, reambulataque et ab aliorum possessionibus separatam et distinctam, eisdem Jacobo filio Nicolai, Johanni filio Petri, Andree filio Thome et Nicolao dicto Kordus, eo iure, quo ad ipsos pertinere dinosceretur, reliquissent et statuissent perpetuo possidendam. Mete autem eiusdem possessionis, sicut iidem homo vester et noster referebant, isto modo adiacere dinoscuntur : quod prima meta incipit circa unam magnam viam, per quam de Leegh itur versus villam Lipoldi, ubi a parte meridionali invenissent tres metas terreas et antiquas, deinde procedendo versus partem septentrionalem, ubi erexissent unam novam metam, per eandem plagam eundo invenissent unam metam antiquam, circa quam unam novam metam erexissent, post hec ulterius gradiendo reperissent quoddam rivulum Muchula vocatum, ubi penes eundem erexissent

unam novam metam, adhuc per eandem plagam declinando pervenissent ad aliam metam antiquam, ubi similiter unam novam metam erexissent, post hec ulterius gradiendo ad quandam terram Zuchaffeulde vocatam, et in fine eiusdem terre unam novam metam erexissent; abhinc flectendo versus partem orientalem processissent ad unam metam antiquam, ubi aliam de novo erexissent, post hec ulterius procedendo venissent ad unum stagnum Zelmykustow vocatum, ubi unam novam metam erexissent, et transit ipsum stagnum eundo per bonum spacium erexissent unam novam metam, et per eandem plagam procedendo pervenissent ad unam aquam Epyur nominatam, circa quam invenissent tres metas terreas antiquas, quarum una separat possessionem magistri Andyeh Ogya vocatam, alia vero possessionem Vatha nobilium, tertia vero predictam possessionem Zaaz, ubi unam novam metam erexissent, ibique magister Andyeh dixisset, quod ibi mete possessionis sue predictae Ogya terminarentur; deinde infra eundo circa aquam Epyur ad duas metas antiquas, quarum una separat nobilibus de Kysleegh, alia vero earundem nobilibus de Zaaz, ubi eciam unam novam metam erexissent, post hec inclinando versus partem meridionalem ad unum lacum Baar vocatum pervenissent, ubi duas metas antiquas invenissent, circa quas unam novam erexissent, et ibi transit ipsum lacum, venissent ad duas metas antiquas, et iuxta easdem unam de novo erexissent, ulterius procedendo ad unam metam antiquam, ubi aliam novam erexissent, post hec ulterius procedendo ad quandam terram Farkaszantala vocatam, circa quam duas metas antiquas invenissent, ubi aliam metam de novo erexissent, et mete dicte possessionis Zaaz a parte possessionis magistri Andyeh et aliorum nobilium prescriptorum terminarentur. Datum secundo die octavarum festi corporis Christi, anno domini ut supra.

A pozsonyi káptalannak 1357. máj. 12. kelt, „Andreas filius Thome de Zaaz“ kérelmére kiadott átiratából, melyet 1577. márt. 28-án Bátori Miklós országbíró Szász András kir. személynök kérésére ismét átirta; ez utóbbi eredetije megvan az Orsz. Irtárban. N. R. A. 183. 7. dipl. oszt. 4362. Közli: Kovács N.

## 50.

*1353. Buda, jun. 6. I. Lajos király Ugrin fiának Pongrácznak, Cseh Miklósnak és más hűtleneknek, I. Károly király által elvett Beny nevű birtokát visszaadja, azzal a föltétellel, hogy más birtokaikat, különösen az ó-budai apáczáknak adományozott Kande nevű birtokot, ne keressék.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod licet intercessibili petitione . . Elizabeth regine . . genitricis nostre . . de universis possessionibus Pangracii filii Vgrini, Nicolai dicti Cheh et aliorum fratrum, propter notam infidelitatis eorumdem, quondam per dominum Karolum regem patrem nostrum ablati, quandam possessionem eorum Beny vocatam, egregie liberalitatis clemencia, ne ipsi et eorum heredes sub tectis aliorum latitantes famis erumnas paciantur, perpetuaque laborent egestate, restituerimus, ipsos a nota et macula infidelitatis eorum expiantes, tamen dictae gratiae donum eis eo modo fecisse recordamur, ut nunquam ipsi et eorum successores alias possessiones ipsorum a nobis et nostris successoribus ac nobilibus regni nostri, quibus eadem possessiones vel aliqua ex eisdem forent collate, iudicialiter requirere possint atque valeant. Et si ipsi vel eorum successores, ratione aliquarum aliarum possessionum propter eorum infidelitates ab ipsis alienatarum, inquisitiones, protestaciones et prohibiciones fecissent, vel in posterum facerent aliquales, inanes reddimus et committimus vigoribusque carituras ac suis exhibitoribus per omnia nocituras. Et si ipsi vel eorum successores aliquem ex nobilibus regni nostri et specialiter dictas dominas religiosas, pretextu aliquarum possessionum et specialiter Kande vocate ab ipsis pro eorum excessibus alienatarum, alicuius temporis in eventu in presenciam aliquorum iudicum vel iusticiariorum regni nostri in causam attraherent, tunc prefata gracia, per nos ipsis facta, irrita habeatur et in statum pristinae infidelitatis incidant eo facto, prout infideles sacre regie corone iudicentur. Datum Bude, in quindenis festi corporis Christi, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

I. Lajos királynak ugyancsak 1353-ban jun. 26-án kelt, az ó-budai apáczák részére Erzsébet királyné kérelmére kiadott privilegiumából,

melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban Monial. Vet. Budens. 24. 5. dipl. oszt. 4364. Közli: Kovács N.

## 51.

*1353. Buda, jun. 11. I. Lajos király, a hűtlen nagy Abától I. Károly király által elrett birtokokra nézve, nevezett Aba unokájának kereszteti jogát mindenki, különösen Kont Miklós erdélyi vajda és ennek testvére Lökös ellenében megtagadja.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod quia quondam Aba magnus contra . . Karolum regem . . continue et sine omni intermissione in infidelitatibus et maliciosis operibus, specialiter in prelio eiusdem patris nostri contra Matheum filium Petri de Trynchinio notorium infidelem regni et specialem inimicum eiusdem ante civitatem Cassensem commisso, tamquam sacre regie corone infidelis, contra eundem patrem nostrum expugnando, processit, ubi eciam idem Aba per fideles ipsius patris nostri iusticia suffragante, in dicta sua obstinata infidelitate interemtus extitit, et ex eo idem Aba ac filii et fratres eiusdem per dictum patrem nostrum ac barones et nobiles regni sui, tamquam notorii infideles, universis possessionibus et proprietatibus eorum non immerito exstitissent spoliati, ut hec omnia certa relacione fidelium nostrorum patefaciente scimus, ideo nos Nicolaum filium Nicolai filii eiusdem Aba et eius successores ac posteritates universos eadem infidelitatis labe, qua originaliter foret respersus, innodamus, et volumus ac presencium serie committimus, ut nullo unquam tempore prefatus Nicolaus filius Nicolai filii Aba vel eius successores, possessiones eorum ac proprietates ab eis pro premissis alienatas, a nobis et nostris successoribus atque nobilibus regni nostri, quibus forent collate, in lege vel extra legem requirere valeant atque possint. Et si idem Nicolaus filius Nicolai filii Aba vel eius successores in facto, aliquarum possessionum vel proprietatum eorum propter premissam eorum infidelitatem ab ipsis alienatarum, contra nos vel regni nostri barones ac nobiles, quibus dictus pater noster pro ipsorum fidelitatibus et serviciis de eisdem possessionibus vel proprietatibus perpetualiter contulisset, vel nos contulisse-

mus, inquisitiones, prohibiciones et protestaciones fecissent aliquales vel in posterum facere procurarent, cassas commisimus, frivolas atque vanas, viribusque per omnia carituras et exhibitoribus earumdem nocituras, et si aliquem ex regni nostri baronibus vel nobiles et specialiter magnificum virum Nicolaum filium Laurencii voivodam Transsilvanum ac magistrum Leukus fratrem eiusdem vel eorum successores idem Nicolaus filius Nicolai vel eius heredes aut posteritates, ad presenciam aliquorum iudicum vel iusticiariorum regni nostri, pretextu aliquarum possessionum vel proprietatum eorum ab ipsis modo premissis alienatarum in causam attraherent alicuius temporis in eventu, ex tunc tamquam sacre regie corone infideles deputentur. Datum Bude, in festo beati Barnabe apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

I. Lajos királynak ugyanezen évi jun. 16-án kelt. «Nicolai voivode Transsilvani et comitis de Zonuk et Leukus dapiferorum et pincernarum regalum magistri, filiorum scilicet quondam magistri Laurencii Sclavi» kérelmére kibocsátott privilegiumából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 408. 27. dipl. oszt. 4369. Közli: Kovács N.

## 52.

*1353. jun. 19. A pécsváradi convent bizonyítja, hogy Istrán fia Miklós és Nagy Mihály, a Hyrd folyón levő malmok nyolczadrészét, Nagy Kelemen fiúnak Gergelynek hat márkáért eladták.*

Nos conventus monasterii Varadiensis memorie commendamus per presentes, quod constitutis coram nobis personaliter Nicolao filio Stephani filii Luka de civitate Quinqueecclesiensi et Michaela magno de Hyrd ab una parte, item Gregorio filio Kelemen magni de civitate Waradiensi ab altera, iidem Nicolaus filius Stephani et Michael magnus sunt confessi . . quod quilibet ipsorum octavam partem cuiusdam molendini super fluvio de predicta villa Hyrd effluente infra molendinum Pauli filii Andree et supra molendinum prioratus ecclesie sancti Ladislai existentis, scilicet porcionem ipsorum supradicto Gregorio filio Kelemen magni pro sex marcis denariorum, quamlibet marcam cum sex pensis computando, plene habitis et receptis ab eodem et per

eum suis posteritatibus vendidissent . . irrevocabiliter possidendam . . nullo contradictore existente ; literas eciam ipsorum exinde confectas ad manus eiusdem Gregorii . . assignassent, et si quas ex eisdem in fraudem reservassent, frivole essent et inanes. Datum feria quarta proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quingagesimo tercio.

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács, N.

## 53.

*1353. Mohten, jun. 20. Szatmár vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy Kállay István ménesét, Bereczk és Loránd bítori és kállai jobbágyaitól, egy ló kivételével, kirádtotta.*

Nos magister Jacobus vicecomes Zathmariensis et quatuor iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod accessit ad nostram presenciam Stephanus filius Stephani de Kallo, et proposuit coram nobis . . ut ipse ex licencia nostra permissiva recepisset Johannem dictum cantor indicem nobilem (*igy*) ac Abraam magnum de Laskud hominem provincie ad sciendum veritatem contra Nicolaum de Batur et Johannem de Kallo iobagiones Briccii et Lorandi, qui quidem ad nos reversi concorditer nobis retulerunt, ut feria sexta proxima ante festum beati Barnabe apostoli equaces predicti magistri Stephani filii Stephani, Nicolaus de Batur et Johannes de Kallo ex precepto domini ipsorum tenerent et servarent, quas equaces idem magister Stephanus predictus super unum equum ab eisdem redemisset, quem equum nec ad petitiones predicti vicecomitis nec per fideiussorem eiusdem nec pro pecunia eiusdem magistri Stephani reddidissent ; et postea idem magister Stephanus predictus cum hominibus vicecomitis ac hominibus premissis ad videndum damna, per equaces in segetibus illata, ivissent, et ibi damna per equaces illata non vidissent et non cognovissent. Datum in Mohten, feria quinta proxima ante festum sancti Johannis Baptiste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzseumban a Kállay család Kárában.

## 54.

1353. Buda, jun. 25. I. Lajos király Alkenewi Pál és Fodor János fiait, Rozkeny Miklós ellen a jászói convent által megidéztteti.

Lodovicus . . rex . . conventui de Iuzow . . Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Demetrius aut Barrabas filii Johannis de Huzywmezew, vel Dominicus filius Pauli de Mizlamellek aliis absentibus homo noster, citet Johannem et Emiricum filios Pauli, item Michaelem et Andream filios Johannis Fudur dicti de Olkenew, contra Nicolaum filium Petri de Rozkeny, ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec diem, locum citacionis et nomina citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1698. 71. dipl. oszt. 4370. Közli: Kovács N.

## 55.

1353. jun. 25. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Miklós nádor fiát Domokost, barsvármegyei Szentmihály nevű rendesen meghatározott birtokba beiktatta.

. . Ludovico . . regi . . capitulum Budensis ecclesie . . Literas vestre celsitudinis patentes ad inquisitiones, citaciones, possessionum reambulaciones et earumdem statuaciones, ac alios causales processus, qui secundum regni vestri consvetudinem ordine iuris observato talibus in processibus fieri consveverunt, magistro Dominico filio domini Nicolai regni Ungarie palatini et iudicis cumanorum per anni circulum prosequendos . . concessis . . noveritis nos recepisse; et preceptis vestris . . obedire volentes . . cum Jacobo de Vasard homine vestro nostrum hominem . . magistrum Ladislaum socium et concanonicum nostrum ad infrascripta fideliter sequenda pro testimonio duximus destinandum, qui demum . . retulerunt, quod ipsi quarta feria proxima

ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste ad faciem possessionis Zenthmihal vocate in comitatu Borsiensi habite, vicinorum et commetaneorum suorum universorum legitima convocacione facta et eisdem presentibus accedendo, eam per suas metas antiquas reambulassent, novas metas in locis necessariis erigendo tali modo: quod prima meta de novo erecta incipit in portu fluvii Sytua versus orientem, quem fluvium transit ad Zarazersytua, qui est pro meta et separat ipsam possessionem Zenthmihal a Gyarmat nobilium ecclesie, deinde transit reverendo versus meridiem ad eundem fluvium Sytva inter terram Kyskorog et villam Zenthmihal predictam, ubi est erecta una nova meta; inde versus (. . . .) entem intrat unum portum, in quo portu sub arboribus duarum pironum esset nova meta terrea, indeque venit ad unam viam magnam, que via venit de Verebel in magnum Gyurk, ubi ex utraque parte dicte vie essent due nove mete, quam viam salit et currit supra per unam vallem, in qua usque ad montem sursum forent decem mete terree, que separarent a nobilibus de Zeleus; indeque venit ad unam magnam viam, iuxta quam esset una meta antiqua et alia nova, que via et mete separarent a villa Pon, deinde curreret per unam viam versus septemtrionem ad unam metam novam, abhinc tenderet ad unam metam antiquam et aliam novam, que separant ipsam possessionem Zenthmihal a terra Johannis Pop; abhinc flectitur iterum versus orientem de una meta ad aliam, usque ad predictum virgultosum, super quem esset una meta nova, que separat similiter a Johanne Pop; inde descendit infra ad terras arabiles ad duas metas novas, unam post aliam singulariter prope positas; post hec venit iterum ad magnam viam predictam, qua veniret de Verebel in Gonik, iuxta quam viam esset una meta nova; inde venit ad aliam viam, que veniret de villa Fynta versus ecclesiam, ubi essent due mete nove, abhinc venit iterum ad portum, ubi sub una piro esset nova meta, deinde vadit in ipso ad aliam novam metam, abhinc venit iterum ad primam metam, que est in portu fluvii Sytua, ubi fuit inchoata et ibi terminatur, prout predicti vester et noster homines premissa omnia suo modo predicto fuisse, et sic iuxta cursus et ambitus predictarum metarum ipsam possessionem Zenthmihal . . prefato magistro Dominico . . statuisse concorditer



nobis retulerunt, nullo ibi tempore predictarum metarum erectionum, reambulacionis et statucionis contradictore apparente. Datum septimo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

A budai káptalannak 1365. april 4-én kelt «magister Dominicus filius condam magnifici viri Nicolai palatini» kérelmére kibocsátott átiratából; melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1881. 31. dipl. oszt. 24903. Közli: Kovács N.

## 56.

*1353. jul. 6. A somogyvári convent I. Lajos királynak jelenti, hogy a midém János fiát Pétert Bécz nevű birtokba beiktatni akarták, a nyulszigeti apácák ellentmondtak.*

.. Lodovico .. regi .. Hungarie .. conventus monasterii sancti Egidii de Simigio .. Vestra noverit excellencia, quod nos literis vestris reambulatoriis .. receptis, iuxta continenciam earumdem unacum Kopaz de Horpach homine vestro, fratrem Gregorium unum ex nobis hominem nostrum ad reambulandam quandam possessionariam porcionem in Belch habitam, quam Petrus filius Johannis de eadem Belch suam esse asserit, pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beati Barnabe apostoli proxime preterito, ad faciem dicte possessionarie porcionis presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis accedendo, reambulassent per suas veras metas et antiquas et cum eandem predicto Petro filio Johannis legitime relinquere voluissent, iuxta seriem predictarum literarum vestre serenitatis, tandem villicus et universi iobagiones religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula Leporum de eadem villa Belch in persona predictarum dominarum ipsos a statucione seu remissione eiusdem dicto Petro filio Johannis facienda prohibuissent, quas quidem dominas sanctimoniales predicti maiestatis vestre et noster homines ibidem in eodem die, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste contra predictum Petrum filium Johannis citassent in presentiam vestre maiestatis. Datum sabbato in octavis festi bea-

torum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. Poson. 49. 7. dipl. oszt. 4372. Közli: Kovács. N.

## 57.

*1353. Buda, jul. 8. Tamás országbíró, Német Jánosnak és fivérének Gergelynek a Rummyak öseinek, Péter szentgotthárdi apát elleni perében az utóbbinak meghagyja, hogy Sebehadnagy nevű birtok mellett Zala vármegyében az apát azon darab földnek nevét mondja meg, mely a pornói egyházhhoz tartozónak állítatik s melyet saját földjéhez csatolt, és annak megszerzéséről szóló leveleit is mutassa fel.*

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod magister Johannes dictus Nymuth et Gregorius frater suus iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste ad nostram personaliter accedens presenciam contra religiosum virum dominum Petrum abbatem de sancto Gothardo in nostri iudicii figura, quasdam literas capituli ecclesie Castriferrei reambulatorias simul et citatorias dicto domino nostro regi rescipcionales, asserentes accionem et proposicionem (suam) in eisdem contineri, nobis presentavit, in quibus habebatur . . quod cum predictus magister Johannes dictus Nymuth, regio et prefati capituli . . hominibus acceptis, feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini proxime preterita ad faciem possessionis Sebehodnogfeldy vocate in comitatu Zaladiensi existentis sibi per predictum dominum nostrum regem pro suis fidelibus serviciis . . collate, accessisset, ac eandem . . reambulari reambulatamque per eosdem regium et dicti capituli homines sibi et Gregorio fratri suo statui facere voluisset, quidam officialis predicti . . Petri abbatis . . in persona eiusdem in facie eiusdem possessionis comparendo, non reambulacioni sed statucioni contradixisset, prohibendo, cuius prohibicionis racionem scire vellent a domino abbate . . Quibus auditis . . prefatus . . Petrus abbas . . personaliter exurgendo respondit eo modo, quod tempore premisse possessionarie ream-

bulacionis, quandam particulam terre ecclesie de Perno in vicinitate predictae possessionis Sebehodnogfeldy vocatae existentis, predictus magister Johannes et Gregorius frater suus ad eandem possessionem Sebehodnogfeldy reambulari et sibi statui facere voluissent, et quia predicta abbacia seu ecclesia de Pernov ad ipsum spectaret, et sub abbacia ipsius ecclesie de sancto Gothardo existeret, pro eo in sua persona tempore predictae reambulacionis contradiccionem fecisset . . asserens, ut predictus . . abbas de Pernow super facto ipsius terre, quam predictus . . Johannes et Gregorius . . occupare . . voluissent, instrumenta haberet . . que in termino sibi per nos dando posset exhibere; cumque nos his habitis petentibus dictis . . magistro Johanne et Gregorio . . fratre suo, ipsam terram dicte ecclesie de Pernow, quam ipsi magister Johannes et Gregorius . . ad dictam possessionem reambulari fecissent, per annotatum . . abbatem de sancto Gothardo nominari petivissemus, idem abbas . . per nos pluries requisitus eandem terram, nomen eius ignorando, nequivit et nescivit nominare. Unde auditis premisis commisimus, ut predictus dominus . . abbas de sancto Gothardo in octavis beati Michaelis archangeli proxime venturis nomen prefate terre litigiose, cum iudicio trium marcarum ante litis ingressum deponendo, invenire et eandem nominare, et ipsa terra nominata, instrumenta in facto eiusdem terre confecta, contra ipsos magistrum Johannem et Gregorium . . similiter instrumenta eorum exhibere debentes, exhibere teneatur coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeamus inter ipsas partes iure admittente. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> Lmo tercio.

Zárlatán pecsét maradványaival, eredetije a N. Muzéumban.

—  
58.

*1353. Gömör, jul. 8. Gömör vármegye alispánja és szolgabirái előtt, Dezső fia Miklós feledi nemes, baracsui birtokát Ilsvai Dezső fiának Péternek zálogba adja.*

Nos Johannes filius Petri nobilis de Bachka magistri Johannis vicecomes in provincia Gumuriensi ac quatuor iudices

nobilium de eadem, memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Desew nobilis de Feled ex una, parte vero ab altera magister Petrus filius Desew de Elswa personaliter coram nobis constituti, per predictum autem magistrum Nicolaum relatam ac affirmatum existit tali modo, ut propter quibusdam necessitatibus suis sibi ad presens novercantibus, particulam possessionariam in possessione ipsorum Baracha vocata existentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis . . pro triginta duobus florenis promptis, de predicto magistro Petro solutis et receptis, eidem magistro Petro impignorasset et impignoravit coram nobis, usque quo redimere posset et donec idem magister Nicolaus predictam particulam possessionariam impignoratam ab eodem magistro Petro, prescripta summa pecunie persoluta, valeret liberare seu redimere, eandem apud eundem magistrum Petrum libere conservare teneretur; preterea sepedictus magister Nicolaus in octavis festi Omnium Sanctorum proxime venturis personaliter ad venerabile capitulum ecclesie Agriensis ire assumsit, et literas eiusdem capituli super premissis iamdicto magistro Petro seu procuratori eiusdem dare et assignare teneretur modo supradicto. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima ante festum beate Margarete virginis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján több gyűrűs pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. I. tárbán. N. R. 36. 9. dipl. oszt. 4373. Közli: Kovács N.

## 59.

*1353. jul. 9. A vasvári káptalan előtt Varda fia György s Váti Domokos fia László, Kápolnafölde nevű birtokban levő részüket, Péczei Zarka Miklósnak három évre, három márkáért zálogba adják.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Georgius filius Varda et Ladislaus filius Dominici de Walth coram nobis personaliter constituti, confessi sunt eo modo, ut ipsi quandam particulam terre ipsorum, in tercia parte predictus Georgius, in quarta autem parte Ladislaus antedictus in possessione Capulnafeulde iuxta quandam particulam terre eorum apud nobiles de Beuguth pignori exposite, a meti-

die habitam, cum longitudine usque nemus Gyumuch Kuzberke dictum, in latitudine vero ad longitudinem unius iugeris ad occidentem, simul cum prato usque aquam Sard habito, in fine iugerum terrarum arabilium sito, et iuxta virgultum Syrharazthya dictum ab occidente adiacentem, in tribus marcis denariorum promtorum, scilicet in duabus Georgius et in una Ladizlaus prenotatus plene ipsis persolutis, Nicolao dicto Zarka de Peeyl ad spacium trium annorum impignorassent . . coram nobis eo modo, ut usque complecionem ipsorum trium annorum redimere non possint, sed post quodocunque pro predictis tribus marcis promtorum denariorum latorum viennensium potuerint vel voluerint, liberam habebunt redimendi facultatem, gravamine quolibet non obstante, hoc inserto, ut usque tempus redemcionis predictae particule terre, eundem Nicolaum contra omnes . . in eadem conservare tenebuntur . . Georgius et Ladizlaus prenotati, qui si facere . . non possent, extunc prescriptas tres marcas . . Nicolao persolvere tenebuntur, et si hoc facere recusarent, tunc ante litis ingressum easdem tres marcas dicto Nicolao cum duplo dare et persolvere tenebuntur . . Datum feria tertia proxima ante festum beate Margarete virginis et martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hártyán, bátlapján pecsét nyomaival; eredetije a felső-lelendvai elpusztult ltárból került a N. Muzeuumba.

## 60.

*1353. jul. 15. A váradi káptalan bizonyéglerele, hogy Pelbárthidai Ivánka fia János és Rajnáld fia Imre, egymásnak mindennemű kártételeket elengedtek.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus . . quod cum . . Demetrius . . episcopus Varadiensis prelatus noster . . Johannem filium Iwance de Pelbarthyda ab una parte, ex altera vero Ladizlaum filium Emerici filii Rennoldi, unacum . . Benedicto lectore ecclesie nostre, eiusdemque . . episcopi vicario generali, et Cosma sociis et concanonicis nostris ad nostram presentiam transmisisset ad referendum pacis reformationem, factam per ipsum . . episcopum inter partes iam predictas. Qui

quidem nobis retulerunt, quod licet inter ipsas partes hucusque multa mala humani generis persecutore instigante, commissa exstitissent, videlicet iniurie, damna, nocumenta, offensiones, diverseque lesiones, super quibus ipsi in lite diucius processissent, tamen nunc per laboriosam reformationem eiusdem domini episcopi, ipsi super omnibus premissis et singulis premisorum concordassent et ad plene pacis unionem devenissent et devenerunt coram nobis, relaxantes sibi invicem quitquid per ipsos et per universos ad eos pertinentes usque hec tempora hinc et inde commissa et perpetrata exstitissent, et de medio ipsorum omnis fomes discordie omnisque rancor per predictum dominum episcopum sublatus exstitisset. Literas eciam quascunque contra se se invicem hucusque emanatas pronunciarunt frivolas et inanes ac viribus carituras, exceptis quibusdam literis nostris obligatoriis super reformatione pacis observande emanatis, quarum tenorem commiserunt in suo vigore per omnia permanere, tali obligatione interiecta, quod si qua parcium predictam pacis reformationem revocare seu rumpere aut irritare conaretur, extunc contra partem aliam pacem observantem penam calumnie incurreret ipso facto, ad quod se eedem partes coram nobis spontanea obligarunt voluntate, exceptis factis possessionariis, que quidem facta possessionaria eedem partes voluerunt salva remanere. Datum in festo Divisionis apostolorum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetiye az Orsz. Ltárban, N. R. A. 932. 20. dipl. oszt. 4375. Közli: Kovács N.

## 61.

*1353. jul. 25. A jászói convent előtt Sárosi Miklós fia Péter, Strázsa nevű birtokban a maga részét, Malahi Pouch Pál hitresének Erzsébetnek zálogba adja.*

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazou, damus pro memoria, quod Petrus filius Nicolai filii Nicolai de Scarus ab una, parte vero ex altera nobilis domina Elizabet nomine consors Pauli dicti Powch de Malah, propositum extitit per eundem Petrum . . quod idem

Petrus pro quibusdam necessitatibus ipsum ad presens urgentibus, porcionem possessionis (Strasa) nomine contingentem, predictae nobili domine per spacium duodecim annorum pro triginta florenis pro pignore obligasset . . tali modo, quod predictus Petrus infra revolutionem duodecim annorum redimere non valeret, sed elapsis ipsis duodecim annis quocumque . . predictus Petrus vel filius suus seu frater eiusdem redimere valeret, predicta nobilis domina Elizabet . . eisdem reddere . . teneretur; hoc etiam adiecto, quod predictus Petrus eandem dominam Elizabet . . ex parte patris vel fratris sui inquietare volentibus teneretur defensare. Datum in die festi beati (Jacobi) apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatan peccét nyomaival; eredetije a N. Muzeuumban a Máriássy cs. letéteményében.

## 62.

*1353. Buda, jul. 25. I. Lajos király Szikszói Imre fia Péter lednyát Annát, Bulcsi Domokos fia Simon királyi apród menyasszonyát, atyja és Czudar Péter sárosi főispán érdemeiért fiúsítja.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos advertentes fidelis et gratuita magistri Petri filii Emerici de Zykwow fidelis nostri obsequia, nobis per eundem in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, cum summe fidelitatis fervore iugi laborum instancia, fortuitis et inopinatis casibus pro exaltacione nostri regii regiminis et honoris incremento se exponendo, continue exhibita fideliter et impensa, qui licet sterili evo preventus prolem gignere masculinum iam desperet, nihilominus tamen ne ipsius servicia laudedigna erga liberalitatem nostri culminis irrecompensata et ingrata permaneant, sed saltem in persona eiusdem nobilis dominicella Anna vocata, filia eiusdem condigna exequatur a nobis premia meritorum, eandem Simoni filio Dominici de Bulch aule nostre parvulo matrimoniali federe ritu romano disposuimus copulari, ipsamque tum premissis patris sui serviciis, tum etiam pro fidelibus et magna laude dignis famulatibus magistri Petri dicti Zudar, comitis de Sarus, fidelis nostri, fratris videlicet predicti Simonis, nobis ab evo puerili continue lateri nostro adherendo eminenti

virtute exhibitis, universarum possessionum, proprietatum et iurium predicti magistri Petri filii Emerici patris sui ubique in regno nostro habitarum, quovis modo ipsum contingencium, si eundem non contingat prolem gignere masculinum, verum heredem et successorem constituimus preficientes, approbata regni nostri consuetudine, que huic iuri in hac parte repugnare videretur non obstante; ipsasque possessiones, si predictum magistrum Petrum filium Emerici, ut superius est expressum, sine herede sexus masculini, quod absit, decedere contingat, cum omnibus earum utilitatibus in perpetuam hereditatem . . . conferimus dominicelle prenotate et suis posteris hereditarie successione iure tamquam veris heredibus et successoribus perpetuo possidendas, si vero domino annuente idem magister Petrus filius Emerici amodo filium vel filios poterit procreare, extunc filia sua prenotata de omnibus et quibuslibet possessionibus prenotatis equalem porcionem cum ceteris fratre vel fratribus suis procreandis, prout verus heres et filius, ex presenti nostra annuencia recipere valeat et habere. Datum Bude, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> tercio.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt e szavak olvashatók: «relacio Nicolai voivode dicti Konth»; eredetije a b. Perényi cs. ltárában III. 8. Meg van ugyanott I. Lajos király átiratában is 1374. évről «Simon Zudor aule nostre iuvenis» kérésére kiállítva, IV. 5.

## 63.

*1353. aug. 10. Tamás országbíró előtt Beke és fia Synka, Boyur nevű birtokukból Buyak nevű részt, Bujáki Márton fiának Jánosnak és nejének birtokába bocsátják.*

Nos comes Thomas iudex curie . . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . . significamus . . . quod cum Johannes filius Martini de Buyak, Andreas filius suus ac nobilis domina Katharina consors eiusdem Johannis, filia videlicet Johannis filii Nicolai, magistrum Beke filium Petri de (Buyak) per formam legitime citacionis iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Scepsiensis citatoriarum ad octavas festi beati Jacobi apostoli contra se in regiam presenciam in causam attraxissent, tandem



ipsis octavis festi beati Jacobi apostoli adherentibus pre-nominatus Johannes filius Martini personaliter et pro eadem domina consorte (. . . .) filio ipsius Johannis Jacobus filius Barrabas cum procuratoriis literis eiusdem capituli Scepsiensis ab una, et prefatus magister Beke filius Petri et Synka filius suus, similiter personaliter, parte ab altera, coram nobis personaliter constituti proposuerunt . . quod ipsi obtenta prius nostra iudiciaria concordandi licencia super omnibus causis et causarum quarumlibet processibus . . inter ipsos ventilatis, iniuriis, damnis, nocumentis, controversiis, factis potenciariis et generaliter cunctorum maleficiorum et iniuriarum ac molestiarum generibus hinc inde hactenus quomodocunque illatis . . mutuo invicem expeditos comittentes . . universasque literas causales . . exceptis instrumentis et literis eorum possessionariis, iura ipsorum tangentibus, quorumcunque iudicium, capitulorum aut conventuum et iusticiariorum regni . . emanatas, vanas, cassas, frivolas . . relinquentes, in talem pacis et concordie unionem . . devenerunt coram nobis, quod memoratus magister Beke filius Petri et Synka filius suus ipsam possessionem Buyak totam, in comitatu de Sarus existentem, de qua memoratus magister Beke filius Petri, quamdam porcionem possessionariam eidem Johanni filio Martini mediantibus literis privilegialibus . . capituli ecclesie Agriensis in antea perpetuo contulisset . . cum omni plenitudine sui iuris et utilitatum integritate eidem Johanni filio Martini et filiis suis et eorum heredibus . . contulissent perpetuo possidendam . . nullum ius . . ipse magister Beke et Synka filius suus amodo et deinceps sibi et suis heredibus reservassent de eadem, sed totum ius et dominium proprietarium eiusdem in ipsum Johannem filium Martini et suos filios ac heredes . . transtulerunt coram nobis eomodo, quod ipse magister Beke et Synka filius suus eundem Johannem filium Martini eo, quod dicta possessio Buayak vocata intra limites metarum et terminos possessionis ipsorum Boiur vocate simul cum residuis possessionibus ipsorum adiaceret, ab omnibus racione premissae possessionis Buyak vocate contra eundem Johannem et filios suos materiam litis et quescionis suscitare volentibus . . vigore suorum instrumentorum, prout suas defendere tenerentur, tali vinculo interposito, quod si eundem Johannem filium Martini et filios

suos in dominio dicte possessionis Buayak vocate iidem magister Beke et Synka filius suus ab eisdem contra ipsum Johannem filium Martini et filios suos in facto premissæ possessionis Buayk vocate litis fomitem suscitare volentibus expedire et . . defendere non possent, ac eadem possessio Buyak ab ipso Johanne filio Martini et filiis suis reoptineretur, alieque possessiones eorundem magistri Beke et Synka filii sui salve et pacifice remanerent, tunc aliam possessionem dicte possessioni Buyak vocate equivalentem et consimilem de possessionibus ipsorum propriis intra terminos et metarum cursus prescripte possessionis eorum Boyur vocate ipsi Johanni filio Martini et filiis suis dare tenerentur; metas autem eiusdem possessionis Buyak, quousque populi et villani eiusdem possessionis, ipsa possessione Buyak apud manus dicti magistri Beke existente, usi fuissent, ubicunque iuxta regni consuetudine mediante suo iuramento dictus Johannes filius Martini presentibus Petro filio Jacobi de Jacobfolua vel Stephano filio Hercheg de Lengenpataka, aut Georgio filio Ladislai de Kumlous, sive Emerico filio Jacobi de Vyzlou, seu Nicolao filio Simonis de Kysternye, pro parte ipsius Johannis filii Martini, item Blasio filio Georgii de Komlous vel Nicolao filio Thome aut Ladislao fratre suo de Rozlouicha pro parte eiusdem magistri Beke filii Petri et Synka filii sui, aliis absentibus hominibus regis et testimoniis predicti capituli Scepsiensis . . in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc proxime venturis erigere et metarum ereccionibus separare vellet, erigere permetterent et metis undique ex parte aliarum possessionum sequestrare. Ceterum de silvis magnis ipsius magistri Beke et eiusdem Synka filii sui, in vicinitate dicte possessionis Buyak existentibus, ligna pro domibus et aliis edificiis necessaria, ipse Johannes filius Martini et filii ac iobagiones sui recipiendi ac portandi haberent facultatem, contradiccione eorundem magistri Beke et Synka filii sui non obstante; hoc eciam non pretermisso, quod si dictus magister Beke et Synka filius suus ac alii filii sui et ad ipsos pertinentes, eisdem Johanni filio Martini et filiis suis et ad ipsos pertinentibus amodo et deinceps aliquod factum potenciales qualitercunque inferrent vel inferri facerent, et hoc ipse Johannes filius Martini et filii sui legitime et evidenter comprobare possent contra eosdem, tunc ipse magister Beke et

fili sui in succubitu facti potencialis duelli convincerentur eo facto. Et (. . . ut) pacis unitas et concordie tranquillitas inter eos immobiliter perseveret, prescriptus magister Beke et Synka filius suus Johannem, Emericum, Paulum, Georgium et Michaellem filios ipsius magistri Beke in octavis festi Omnium Sanctorum proxime venturis in prescriptum capitulum Scepsiense adducere et pretactam possessionariam donacionem . . . ac alia omnia premissa . . . confirmari facere tenerentur per eosdem, tali obligatione mediante, quod si qua parcium . . . in aliqua sui parte premissam compositionem retractare niteretur, tunc contra partem alteram premissa omnia suo modo observantem . . . in succubitu facti potencialis duelli convinceretur ipso facto, prout ad omnia premissa et singula premissorum idem Johannes filius Martini se personaliter et eandem nobilem dominam consortem suam ac (Andream) filium suum ipse Jacobus filius Barrabas auctoritate procuratoria supradicta et idem magister Beke et Synka filius eiusdem se sponte obligarunt coram nobis. De iudicio autem habite pacis predictae partes nos communiter complacere assumerunt; et post hec seriem omnium premissorum ad octavas diei Strennarum similiter proxime affuturis in literis dicti capituli Scepsiensis nobis tenebuntur reportare . . . Datum Bude, decimo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 648. 33. dipl. oszt. 4378. Kozli: Kovács N.

## 64.

*1353. aug. 11. A pozsonyi káptalan előtt Egyházasmagyari Thabur fia András, Thabur fia Dávid leányának leánynegyedi járandóságát kiadja.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis . . . significamus . . . quod Andreas filius Thabur de Ighazasmagyar ad nostram personaliter adiens presenciam, quartam filialem domine Elene filie Dauith filii Thabur de eadem de possessionaria porcione ipsius Dauith fratris sui patruelis ob amorem et dileccionem eiusdem domine, videlicet unum locum sessionalem a parte

Danobii existentem cum omnibus suis utilitatibus . . ex permissione et bona voluntate omnium proximorum et consanguineorum suorum eidem domine Elene et per eam Georgio filio Andree marito suo et suis heredibus ab eadem procreandis extradedit perpetuo possidendam . . tali modo, quod si prenominata domina Elena, quod absit, absque heredum solacio decederet, tunc predictus locus sessionalis cum suis utilitatibus ad proprietates ipsius Andree filii Thabur et suis posteritatibus devolvetur eo facto. Datum secundo die festi beati Laurentii martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 299. 13. dipl. oszt. 4379. Közl.: Kovács N.

## 65.

*1353. Buda, aug. 14. I. Lajos király az ország összes bíróságainak meghagyja, hogy Nádasdi Darabos István fiát Lőrinczet és társait, kiket ellenséges embertársaik híresztelése, a király személyét sértő bűnös cselekményekről vádolt, miután ártatlanságok kitünt, ez iránt nyugtalanítani ne merészeljék.*

Lodovicus . . rex . . universis prelatibus baronibus comitibus castellanis nobilibus officialibus aliisque cuiusvis status et preeminencie hominibus, item civitatibus et liberis villis eorumve rectoribus iudicibus et villicis, quibus presentes ostendentur salutem et gratiam. Noveritis, quod licet pridem Laurentius filius Stephani dictus Darabus de Nadasd, Dominicus filius Laurentii de eadem et Johannes filius Nicolai dicti Aykas de Iwanch, per quosdam homines ipsis minantes erga nostram maiestatem in malificiis actibus procedive diffamati extiterint, tamen quia iidem Laurentius, Dominicus et Johannes coram nobis astando se exhibicione literarum . . Oliveri comitis comitatum Castriferrei et Supruniensis et iudicium nobilium eorundem comitatum, innocentes et innoxios fore et fuisse comprobarunt, ideo nos eisdem de huiusmodi iniuriosa diffamacione de benignitate regia providere volentes, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus eosdem Laurentium filium Stephani dictum Darabus de Nadasd, Dominicum filium Laurentii de eadem et

Johannem filium Nicolai dicti Aykas de Iwanch racione predicta maliciosa diffamacione nequaquam molestare, nec in vestris tenutis, possessionibus seu medio aliquo perturbari facere presumptis, imo eosdem iuxta innanitatem eorum pacifice frui permittatis, aliud facere non ausuri; si qui enim contra eosdem quicumque accionis vel quescionis habent vel habuerint, hi contra eosdem in nostri vel palatini aut iudicis curie nostre presencia legitime exsequantur, ex parte quorum sufficiens iusticie complementum impendetur iure observato. Datum Bude, in vigilia festi assumptionis virginis Marie, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján vörös viaszba nyomott gyűrűs pecsét nyomaival, a pecsét alatt ezen szavak olvashatók: «relacio Stephani Rawaz» eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában, 20. 17. Közli: Komáromy András.

## 66.

*1353. aug. 17. A jehérvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Pal fia Benedek Heem unokája részére Jákótelek nevű birtok erőszakos elfoglalása miatt, Móríc fia Simon és Ector fia Miklós ellen a vizsgálatot teljesítette.*

.. Lodovico .. regi .. Albensis ecclesie capitulum .. Literas serenitatis vestre minori sigillo vestro consignatas .. recepimus in hec verba: Lodovicus rex .. capitulo ecclesie Albensis .. Dicitur nobis in persona magistri Benedicti filii Pauli filii Heem, quod magistri Simon filius Maurici comes Posonien-sis et Nicolaus filius Ectoris, quandam possessionem suam Jacouteleke vocatam potencialiter descendentes, universa fena inibi existencia uterentur, de cuius utensione per prohibitionem Petri dicti Kun hominis nostri ad hoc transmissi, se removeri et prohiberi noluissent, in ipsius preiudicium atque derogamen; super quo .. precipimus .. quatenus vestrum mittatis hominem .. quo presente Nicolaus filius Michaelis de Wrs vel Johannes filius Thome de Iutas aut Stephanus filius Petri de eadem aliis absentibus homo noster .. inquiret .. de premissis veritatem; et post hec .. nobis .. rescribatis. Datum Bude, tercio die festi beati Laurentii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio. Unde nos .. cum predicto

Johanne filio Thome de Iutae, homine vestro, Fabianum clericum ordinis diaconatus chori ecclesie nostre hominem nostrum . . . ad exequendum premissa pro testimonio duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis . . . retulerunt, quod ipsi in vigilia festi Assumcionis beate virginis proxime preteriti, ad possessionem predicti magistri Benedicti filii Pauli filii Heem Jacoteleke vocatam accessissent, et dominam nobilem consortem predicti magistri Simonis filii Mauricii cum familia sua in eadem reperissent, in tentorio et plura tabernacula seu speluncas, que vulgo dicuntur Izikuk, et plures equos eiusdem magistri Simonis in eadem vidissent et reperissent, et a predicto Petro dicto Kun homine vestro, quem vestra celsitudo ad sepefatum magistrum Simonem miserat, ut idem magister Simon ad preceptum vestre regie maiestatis, de dicta possessione se removeret, et ab aliis, quibus decet et licet . . . scivisset veritatem, quod sepefatus magister Simon ad preceptum vestrum, per predictum hominem vestrum sibi factum, de sepedicta possessione recedere nolisset, sed ad hoc (*igy*) in eadem cum predicta consorte sua familia et animalibus suis maneret et resideret in eadem, fenilia sepefate possessionis destr(uxi)sset, in preiudicium sepefati magistri Benedicti non modicum et gravamen. Datum tercio die festi Assumcionis beate virginis, anno domini supradicto.

Zárlatán ép monorú pecséttel; eredetiye a N. Muzeumban.

## 67.

*1353. Buda, aug. 19. I. Lajos király a magraszakadt Domokos fia Miklósnak es Tegyes Jánosnak, Sáp vagy Chypohaza nevű abaujvármegyei birtokát Póháros Péternek Abaujvármegye főispánjának adományozza.*

Nos Lodovicus . . . rex . . . significamus . . . quod magister Petrus dictus Poharus filius Nicolai, comes Abawyvariensis, miles dilectus noster et fidelis ad nostre maiestatis presenciam accedendo suas fidelitates et servicia multipliciter nostre maiestati exhibitas et impensa proponens et declarans, quamdam possessionem Saap alio nomine Chypohaza vocatam, in dicto comitatu Abawyvariensi existentem, quondam Nicolai filii

Dominici dicti Cynpo et Johannis dicti Tegzus, asserens ipsos Nicolaum filium Dominici et Johannem dictum Tegzus heredum solaciis exorbatos decessisse, et ex eo ipsam nostre collationi de iure pertinere, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque propositis petitionibus eiusdem magistri Petri benigne exauditis, serviciisque et fidelitatibus ipsius nostre maiestati in plerisque nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, non parcens rebus nec persone, exhibitis, rememoratis, predictam possessionem Saap alio nomine Chypohaza vocatam, in dicto comitatu Abawyvariensi existentem, cum omnibus suis utilitatibus . . sub suis veris metis et antiquis, quibus per priores suos possessores habita existit et possessa, eo iure, quo ad nostram collationem dinoscitur pertinere, predicto magistro Petro dicto Paharus et per eum suis heredibus . . nove donacionis nostre titulo . . contulimus . . irrevocabiliter possidendam . . salvis iuribus alienis . . Datum Bude, feria secunda proxima ante festum sancti regis Stephani et confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> terecio. Relacio Nicolai filii Dominici.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kapy cs. Itárában. Közli: Kovács N.

## 68.

*1353. aug. 23. A pécsi káptalan előtt Koroçi Fülpiis fiai, Gillermus kardinálnak és titeli prépostnak, Ezzék nevű birtokért hűbér fejében, hatvan magyar arany forintot megfizetnek.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod cum magistri Philpe, Ladislaus et Stephanus filii condam magistri Philpus de Kourough, racione possessionarie porcionis venerabilis patris domini Gyllermi cardinalis prepositi ecclesie Tituliensis, in possessione Ezegh nuncupata habite, apud ipsos titulo feudali existentis, eidem domino preposito vel suo legitimo procuratore iuxta continenciam literarum compositionalium . . Ladizlai Chasmensis ecclesie prepositi comitis capelle domini nostri regis, in octavis festi Assumcionis beate virginis sexaginta florenos in bono auro de Hungaria dare et solve debuisse coram nobis, ipsis octavis . . advenientibus, magister Anianus literatus famulus eorundem . .

fiorum magistri Philpus in personis eorundem . . dictos sexaginta florenos, videlicet quatráginta florenos ex parte dictorum magistrorum Philpe et Ladislai, et viginti florenos ex parte prefati Stephani presente magistro Remundo capellano . . Petri de Monolo prepositi de Posoga socii et concanonici nostri, ac procuratoris prenominati domini Gillermi cardinalis et per eundem numerante ac in statera ponderante, ad dandum et restituendum dicto domino cardinali et eius nomine suo legitimo procuratore, sub sigillo eiusdem magistri Remundi in nostra sacristia deposuit et persolvit, prout prenominati magistri Philpe, Ladislaus et Stephanus tenebantur. Datum in crastino octavarum supradictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az N. Muzetumban.

## 69.

*1353. sept. 2. A fejevéri káptalan bizonyítja, hogy Tót Lőrincz fiai, Miklós erdélyi vajda és Lökös mester a székelyek és Brassóvármegye ispánja, nyitravármegyei Sáig nevű birtokukat Imre fiainak Istrán fejevéri kanonoknak és Miklósnak, Keztlen nevű ugyancsak nyitravármegyei részirtokdért cserébe adják.*

Capitulum ecclesie Albensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod magnificus vir Nicolaus voivoda Transsilvanus filius condam magistri Laurencii dicti Tot pie recordacionis et Benedictus Sclaus (*iqy*), civis castris Albensis, famulus eiusdem magnifici viri pro magistro Leukus comite Siculorum et de Brasow fratre carnali predicti magnifici viri . . super facto permutacionis possessionis sue et predicti fratris sui Saag vocate, in comitatu Nitriensi habite et existentis, cum magistris Stephano concanonico nostro et Nicolao filiis Emerici nobilibus de Keztlen eiusdem comitatus in concambio dicte possessionis Keztlen faciendo specialiter emanatis et confectis ab una, item predicti magistri Stephanus frater noster . . et Nicolaus frater suus carnalis, filii condam magistri Emerici, nobiles de dicto comitatu parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, per prefatum . . Nicolaum voivodam Trans-



silvanum et Benedictum Sclaum procuratorem predicti magistri Leukus propositum existit . . quod predictus magnificus vir porcionariam possessionem suam in predicta possessione Saag et in dicto comitatu Nitriensi et predicti fratris sui, ipsum et fratrem suum . . contingentem in vicinitate porcionariarum possessionum dictorum magistrorum a plaga meridionali, a plaga vero occidentali possessionis Kyssaag vocate, a plaga septemtrionali possessionis Bayarich vocate et Dychy, a plaga vero orientali possessionis Kelechen sitam, habitam et existentem, cum omnibus utilitatibus . . sub eisdem metis, terminis . . mediantibus quibus per ipsos et per predecesores ipsorum hactenus existit possessa, nil iuris . . pro se ipsis . . reservando, sed ad ius et proprietatem domini sepefatorum magistrorum filiorum Emerici prorsus . . applicando, in concambium et permutacionem possessionis hereditarie predictorum magistrorum Keztlen vocate in eodem comitatu existentis, pretitulatis magistris filiis Emerici et per eos eorum heredibus . . irrevocabiliter tradidissent . . quiete et pacifice possidendam . . Et e converso predicti magistri Stephanus et Nicolaus filii quondam magistri Emerici nobilis de Keztlen totalem porcionariam possessionem ipsorum Keztlen vocatam, in dicto comitatu et in vicinitate possessionum videlicet a plaga orientali Galgoch, a plaga vero meridionali Noghkeztlen, a plaga vero occidentali Karkoch, a plaga vero septemtrionali possessionis Rubenfeulde vocate sitam, habitam et existentem, in concambium . . porcionarie possessionis Saag predictorum magistrorum Nicolai voivode Transsilvani et Leukus filiorum condam Laurencii Sclavi, similiter cum omnibus utilitatibus suis . . similiter sub eisdem metis . . terminis . . mediantibus quibus per ipsos et per primos predecesores existit possessa, eisdem . . Nicolao voivode Transsilvano et Leukus fratri suo carnali et per eos eorum heredibus . . irrevocabiliter in concambium premisse possessionis eorundem magistrorum superius memorate, omnimodam proprietatem iuris et domini a se ipsis et eorum heredibus . . amovendo et ad ipsos . . filios Laurencii applicando . . eo tamen obligamine mediante et per eosdem coram nobis sponte assumpto, quod si aliqua parcium . . alteram partem in possessione alteri parti traditam . . in eadem conservare . . non posset, extunc

similem et equivalentem possessionem suam de aliis possessionibus suis, aliam possessionem suam pretitulate parti perpetuare tenebitur, vel possessionem suam, quam in concambium . . tradiderat, iterata vice in eodem statu reddere et restituere populosam tenebitur . . hoc etiam specialiter declarato . . quod sicut una pars alteram partem in dicta concambiali permutatione . . tenetur conservare, sic et heredes . . eiusdem partis heredes . . alterius partis debent et tenentur contra quoslibet in perpetuum tenere et conservare in ipsa permutatione pluries memorata. Assumptum etiam existit per easdem partes, quod quelibet pars novarum metarum iuxta veteres metas . . erectionem, in premissis possessionibus mutua vicissitudine permunitatis, indemnite et illese alteram partem contra quoslibet in eadem tenere et conservare tenebitur . . Datum anno dominice incarnationis M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio, quarto nonas mensis Septembris . . Thatamerio dicte ecclesie nostre preposito, prelato nostro . . Johanne cantore, Demetrio custode et alio Johanne decano ecclesie nostre existentibus.

Zöld selyemsodraton függő pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 423. 56. dipl. oszt. 4382. Közli: Kovács N.

## 70.

*1353. sept. 10. Zemplén vármegye ispánja és szolgabírái előtt, Csébi Miklós fia János Lázonyi István fiait, a Laborczán egy malom építésétől tiltják.*

Nos magister Thomas, filius Andree, comes de Zemlyn et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Johannes, filius Nicolai de Cheb accedens ad nostram personaliter presenciam, per modum protestacionis nobis dixit, quod Johannes et Jacobus, filii Stephani de Lozon, in fluvio Laborch supra molendinum suum in eodem fluvio sitam (*igy*) vellent molendinum ordinare et parare, ubi nunquam molendinum extitisset; et ipsos Johannem et Jacobum, filios Stephani predictos, ab ordinacione molendinum (*igy*) prohibuit ac inhibuit ordine iuris mediante coram nobis. Datum feria tertia

proxima post festum Nativitatis beate virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecséték nyomaival; eredetije a Csicseri es. ltárában. Közli: Márki Sándor.

## 71.

*1353. sept. 10. A budai láptalan előtt Cziko kir. tárnokmester és borsodi főispán, Kéthetes es Papi nerű bodrogrármegei birtokait, a margitzigeti apácák pomázi birtokaiért cserébe adja, egy szőlő kivételével, melyet az apácák maguknak megtartottak.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Cyko magistro tavarnicorum regalium et comite Borsodiensi ab una, ac . . fratre Ladislao priore et procuratore legitimo . . sanctimonialium de Insula Leporum pro eisdem dominabus . . parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem propositum exstitit . . quod idem magister Cyko et prenotate domine sanctimoniales, universis causis . . et controversiis usque tunc inter se suscitatis . . sopitis et annihilatis, super quacunq[ue] re vel quocunq[ue] facto aut modo exorte fuissent, et omnibus literis . . litigiosis, quibus alia pars alteri super facto possessionum vel possessionariarum porcionum vel quocunq[ue] modo molestiam inferre posset in futurum, cuiuscunq[ue] forent capituli vel conventus aut regni iusticiarii, frivolis redditis . . et in nihilum redactis, ut ipsi et eorum successores in pacis pulcritudine . . possent permanere, in pacis unionem et concordie perpetuo duraturam devenissent . . eo modo, quod idem magister Cyko pro omnibus premissis et predicto fratri Ladislao auctoritate procuratoria pro satisfacto in personis dictarum dominarum sanctimonialium recipiente et in nullo contradicente, quasdam duas possessiones suas Kethetes et Popy vocatas in comitatu de Budrug existentes, cum omnibus earum . . pertinentiis . . sub earum certis metis et antiquis, sub quibus ipse usque nunc possedisset, easdem predictis dominabus sanctimonialibus, e converso autem eedem domine sanctimoniales possessionariam porcionem ipsarum in possessione Pomaz vocata habitam et ipsis contingentem, similiter cum omnibus . . pertinentiis . . excepto quodam monte pro vineis apto, quem eedem domine pro se reservassent, eidem

magistro Cyko, similiter pro omnibus premissis pro satisfacto recipiente, perpetuo et irrevocabiliter titulo concambiali . . tradidissent, imo idem magister Cyko personaliter et predictus frater Ladislaus auctoritate procuratoria . . tradiderunt coram nobis . . possidendas, assummentes mutuo se invicem, quod una pars aliam et e converso, ratione possessionum predictarum in concambium premissis modo datarum, iuxta exigenciam literalium instrumentorum super eisdem possessionibus hinc inde habitorum ab omnibus impetitoribus defenderet . . hoc etiam expresserunt, quod in dicto monte pro eisdem dominabus reservato, eadem domine vel ad easdem pertinentes nunquam aliud opus vel aliqua edificia preter vineas faciendi, et super vineas ipsius magistri Cyko aut successorum suorum in eodem monte habitas et habendas decimas exigendi haberent facultatem; ad hec omnia et singula premissorum magister Cyko se personaliter, et predictus frater Ladislaus prior prenotatas dominas sanctimoniales auctoritate procuratoria obligarunt coram nobis. Et cum nos huiusmodi . . concambii maiorem certitudinem rescendam magistros Michaellem, Ladislaum et Blasium socios et concanonicos nostros ad instantem petitionem parcium, ad prenotatas dominas sanctimoniales destinassemus, iidem . . retulerunt, quod domina priorissa ipsarum dominarum sanctimonialium de Insula Leporum et quam plures ex eisdem pro se et tota quantitate respondendo, dixissent clara voce, quod premissam compositionem et per consequens prenotatum possessionarium concambium, predictus frater Ladislaus prior de voluntate et consensu earum in toto et in partibus, ut verus et legitimus procurator, ad hoc specialiter per easdem constitutus et transmissus, cum predicto magistro Cyko ordinasset et fecisset, et ipse ratam habendo in perpetuum perseverarent in eisdem . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, tercio die festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emirico, Petro, Michaelle, Cosma, Johanne et aliis canonicis . .

Hártyán, szederjes színű selymen függő pecséttel, az A. B. C. átmetszete az első szélén van; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. V. Budapest. 31. 2. dipl. oszt. 4385. Közli: Kovács N.

## 72.

*1353. sept. 19. Az egri káptalan Miklós nádornak jelenti, hogy Csetneki László fiát Miklóst, Bereck prépost s győri kanonok részére, tartozásának s több rendbeli birságnak megfizetése végett megidézte.*

. . Nicolao . . palatino et iudici comanorum . . capitulum ecclesie Agriensis . . Literas vestre magnitudinis . . recepimus . . (quod mitteremus,) hominem nostrum pro testimonio fide dignum, quo presente Bakou de Nenke vel Nicolaus filius Gaab de Kapulna aut Cosmas de Fyge sive Michael filius Johannis filii Galli an Nicolaus de Mellete nec non Petrus de Cheniz, aliis absentibus homo vester Nicolaum filium Ladislai de Chytnuk super omissionibus trium solucionum cuiusdam principalis debiti, in dictis literis vestris specificati . . Briccio preposito et canonico Jauriensis ecclesie, actori, ac super duabus partibus duplorum earumden trium solucionum, vobis veluti iudici, in tercia vero parte dictorum duplorum annotato Briccio preposito satisfacturum, neenon pena cuiusdam periurii et aliis causis similiter in ipsis literis vestris contentis peremptorie responsurum contra prefatum dominum Briccium prepositum ad vestram evocaret presenciam ad terminum competentem; et post hec nos diem et locum ipsius evocacionis, nomen evocati cum termino assignato vobis amicabiliter rescriberemus. Nos igitur . . cum prefato Nicolao filio Gaab de Kapulna homine vestro, nostrum hominem providum iuvenem videlicet magistrum Georgium subnotarium nostrum transmisimus pro testimonio ad premissa exequenda, qui quidem homo vester nobis retulit isto modo, quod ipse feria quarta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis iam preteritum, annotatum Nicolaum filium Ladislai de Chytnuk in possessione sua Thomava vocata, super premissis trium solucionum omissionibus duplis, pena periurii et aliis causis prenotatis, contra preallegatum dominum Briccium prepositum, presente et audiente dicto testimonio nostro, ad vestram evocasset presenciam, octavas festi sancti Michaelis archangeli iam venturas eidem pro termino coram vobis comparendi assignando . . Datum feria quinta post festum Exaltacionis sancte crucis prenotatum, anno M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 72. dipl. oszt. 4387. Közli: Kovács N.

## 73.

1353. sept. 28. A somogyvári convent előtt Vasadi Istrán fiai Péter és János, Domokos fiaival szőlőt és szántóföldet cserélnek.

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio, memorie commendamus . . quod Petrus et Johannes filii Stephani de Wosad ab una, parte vero ex altera Johannes filius Dominici de eadem pro se et Thoma fratre suo coram nobis . . constituti, iidem Petrus et Johannes filii Stephani, pro quodam uno iugere terre, eorundem filiorum Dominici in eadem Vasad in loco Azou vocato existenti, in quo ipsi vineam haberent plantatam, ibidem de terris eorundem tria iugera terrarum arabilium in perpetuum dedisse et permutasse; item unum iuger terre ipsorum, per prefatum patrem eorundem, eidem Dominico ad scitum proborum virorum, dacione victime mediante venditum, in quo nunc iidem filii Dominici vineam iuxta aliam vineam ipsorum habere dinoscuntur cum omnibus suis utilitatibus et loco torculari, perpetuasse, et tria iugera terrarum eorum arabilium in locis Piskev (. . .) oroknyazeg vocatis, habita, pro dimidia marca . . vendidisse in perpetuum sunt confessi ministerio vive vocis, eorundem filiis Dominici prenotatis. Datum sabbato proximo ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° LIII°.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az N. Muzeumban.

## 74.

1353. Mohten, oct. 3. Szatmár vármegye alispánja és szolgabirói előtt Nagysemjéni Istrán, Kántor Miklós fiait Radalph nevű birtok elfoglalásától tiltja.

Nos magister Jacobus dictus de Erdel vicecomes Zothmariensis et iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria; quod magister Stephanus filius Stephani de Nogsemien . .

nobis per modum protestacionis dixit . . quod universi vicini et commetanei sui, specialiter Lorandus, Briccius et Johannes dicti Cantores filii Nicolai utilitates possessionis sue Radalph vocate perciperent . . unde idem magister Stephanus hominem nostrum ac sigillum postulando, coram quo predictos vicinos et commetaneos suos legitime in facie predictae possessionis prohiberet et contradiceret prohibendo; nos duos ex nobis videlicet Abraam magnum de Vaya et Gregorium de Popus transmisi-  
mus ad prohibendum, qui quidem homines nostri predicti ad nos demum reversi nobis dixerunt, quod magister Stephanus predictus coram ipsis legitime predictos vicinos et commetaneos suos in facie predictae possessionis sue, ab omnibus suis utilitatibus . . specialiter filios Nicolai predictos prohibuisset . . Datum in villa Mohten, quinta feria proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Kállay családában. Ugyanott megvan a nevezett alispánnak és a szolgabiráknak levele, hogy Kántor Bereczk és László, Kállay István fiának Istvánnak egy lovát letartóztatták. U. ott Tamás országbíró egyik 1353. évi perhalasztó levelében a nevezett Kántorok így hivatnak „Briccius et Lorandus dicti Kontor de Dera.”

## 75.

*1353. oct. 3. Szatmár vármegye alispánja és szolgabírái előtt Biri Tamás fiai, Paznan és Fülöp nevű birtokuk elfoglalásától szomszédjaikat tiltják.*

Nos magister Jacobus de Erdel dictus vicecomes Zothmariensis et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Ladislaus et Johannes filii Thome de Byr coram nobis . . astantes, nostrum hominem postulantes, quemcunque adducere possent, coram quo vicinos metanes (*igy*) ipsorum, que sunt penes villarum Paznan et Philep vocatarum, atensione (*igy*) utilitatibus, que pertinerent ad predictas villas, videlicet primo a silvis, pratis, terris arabilibus ac aliis sequestrarent et interdicerent; unde nos predictis Ladislao et Johanni literas nostras prohibicionales eisdem concessimus. Datum quinta feria proxima ante

octavas beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzzeumban, a Kállay es. ltárában.

## 76.

*1353. Buda, oct. 13. körül. Tamás országbíró, a Szentkirályi Jakab fia János és Istrán fia Miklós bán között, Szentkirály és Kadarkut nevű birtokok iránt folyt perben, halasztást ad.*

Nos comes Thomas iudex curie . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod causam, que inter Johannem filium Jacobi de Zenthkyral, actorem ab una, et inter dominum Nicolaum banum, filium Stephani in causam attractum, parte ab altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum et capituli ecclesie Quinqueecclesiensis in facto cuiusdam particule terre litigiose, inter possessiones Zenthkyral ipsius Johannis et Kadarkuth eiusdem domini Nicolai bani existentis, vertebatur coram nobis, ob regium preceptum literatorie nobis impositum, ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas, sub statu priori peremptorie duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 76. dipl. oszt. 4395. Közli: Kovács N. A nap dátuma csak hozzávetőleg volt meghatározható, mert az oklevélből a terminus kimaradt; ugyan ily eset forog főt Miklós nádor 1353. évi halasztó levelében, Bereczk győri prépost és Csetneki László fia Miklós közt folyt peres ügyben; dipl. oszt. 4393.

## 77.

*1353. Buda, oct. 13. Tamás országbíró, a Rozgonyi László fia Péter es János fia László, továbbá Tamás fiai Miklós és László közt Vzma birtok iránt folyt ügyet elhalasztja.*

Nos comes Thomas iudex curie . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod discussionem cuiusdam cause, quam inter Petrum filium Ladislai et



Ladisaum filium Johannis de Rozgon, pro quibus Stephanus rufus . . astitit, ab una, et inter Nicolaum et Ladisaum filios Thome, pro quibus Petrus dictus Vendegh . . comparuit, parte ab altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Michaelis archangeli in facto possessionis Vzma vocate et quarumdam literarum privilegialium domini Ladislai regis per eosdem filios Thome coram nobis exhibendarum, simul cum iudicio quatuor marcarum, in propriam porcionem dictorum Petri et Ladislai per dictos filios Thome ante exhibicionem predictarum literarum privilegialium deponendarum, facere tenebamur, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris nunc proxime venturas statu in eodem, in quo nunc existit, duximus peremptorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 449. 30. dipl. oszt. 4394. Közli: Kovács N.

## 78.

*1353. oct. 16. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn Werezi János fiát Györgyöt, Nyomári Bethlen fia Simon özvegyét és Kellemesi Nagy Domokos nejét Edeleni László leányát, tornavármegyei Kápolna nevű helység részbirtokába beiktatni akarták, Ládi Domokos fia János leányai Klára és Orsolya ellentmondottak.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . Literas vestre celsitudinis . . recepimus in hec verba : Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . Dicitur nobis in personis Georgii filii Johannis de Werez et domine relicte Simonis filii Bethlem de Nomar, ac domine consortis Domini Magni de Kellemes, filie videlicet Ladislai de Edelen, quod ipsi in possessione Kapulna vocata, in comitatu de Torna esistenti, porcionem haberent possessionariam ipsis de iure pertinentem, quam nunc domina relicta Johannis de Laad et filie sue indebite occupando detinerent, que recaptivacione plurimum indigeret. Quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Egidius filius Ladislai de Wthfelvel Ladislaus de Finke aut Gregorius filius Aba

de Warkun aliis absentibus homo noster ad faciem predictae possessionarie porcionis accedendo, presentibus vicinis et commetaneis eiusdem legitime recapiat eandem et statuatur predictis Georgio et dominabus antedictis eo iure, quo ad ipsos dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra eosdem ad nostram presenciam, ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius recaptivacionis et statucionis nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum natiuitatis beate Marie virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio. Nos igitur . . cum prefato Egidio filio Ladislai de Wthfel homine vestro, nostrum hominem . . Nicolaum sacerdotem magistrum altaris beati Martini confessoris de eadem ecclesia nostra transmisimus pro testimonio ad premissa mandata vestra exsequenda. Qui quidem homo vester . . nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro, sabbato proximo ante quindenas festi beati Michaelis archangeli iam preteritas accessissent ad faciem possessionis Kapulna prenotate, cumque ipsi eandem vicinis et commetaneis suis legitime convocatis per suas veras metas et antiquas reambulare, porcionemque dictos Georgium et nobiles dominas relictarum Simonis filii Bethlem de Nomar, ac consortem Dominici Magni filii Nicolai de Kellemes ex eadem quo supra contingere debentem, sequestrare nec non memoratis Georgio et nobilibus dominabus ut eorum ius, perpetuo possidendam statuere voluissent, tandem Stephanus dictus Toth, famulus nobilium puellarum filiarum prescripti Johannis filii Dominici de Laad, Clara et Wrsula vocatarum, inibi comparando ipsos non a reambulacione, sed a sequestracione ac statuacione dicte porcionis possessionarie, vice et nomine earundem puellarum prohibuisset, quas quidem nobiles puellas ipsi eodem die et loco contra memoratos Georgium et nobiles dominas relictam Simonis et consortem Dominici ad vestram citassent presenciam, octavas festi beati Martini confessoris iam venturas eisdem pro termino coram vobis comparendi assignando . . Datum in die festi beati Galli confessoris, anno prenotato.

Zarlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1036. 8. dipl. oszt. 4383. Ugyanott megvan Drugeth Miklós országbíró levele 1355. jan. 27-éről, mely szerint az országbíró Ládi János leányait

okirataik felmutatására utasította; N. R. A. 344. 2. dipl. oszt. 4479.  
Közl.: Kovács N.

## 79.

*1353. oct. 23. A pozsegai káptalan Istvánnak, Tóth, Horváth s Dalmát herczegnek jelenti, hogy Ivahun fiai Miklós és Jakab birtokán, Radyn fia Domokos által elkövetett hatalmaskodást megrizsgáltatta.*

. . Stephano . . Sclavonie Croacie et Dalmacie . . duci, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga . . Recepimus literas vestre magnitudinis hunc tenorem continentes: Stephanus . . tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie dux . . capitulo ecclesie beati Petri de Posaga . . Dicit nobis Nicolaus filius Ivahun, sua et Jacobi fratris sui in personis, quod ipsi unacum Dominico filio Radyn in lite existerent, et cum ipsi in quindenis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritis in villa Kyrisoduarhel in sede iudiciaria ad descensum ipsorum ire voluissent, prefatus Dominicus filius Radyn cum hominibus ad ipsum pertinentibus et specialiter unacum Moyus filio Alexandri, tunc legitimo procuratore ipsius Dominici existente, contra ipsos insurgendo, manibus armatis, evaginato gladio, nisi deo protegente se defendere potuissent, ipsos utique interfecisset; et quod idem Dominicus in oppositum et preiudicium molendini eorum in fluvio Desnyche vocato existentis, aliud molendinum pro se preparari fecisset et construi, ac homines ad forum ipsorum in possessione Zeth Iwan celebrari consuetum venientes, in quindenis festi Pasche domini prefatus Dominicus, transmissis suis famulis omnibus bonis et rebus eorum spoliari fecisset et denudari, lite tamen inter ipsos pendente. Retulit eciam prefatus Nicolaus, quod cum predictus Dominicus quoddam privilegium capituli ecclesie Chasmensis sub rotundo sigillo eiusdem confectum, per ipsum Nicolaum in dicta sede iudiciaria coram iudicibus eorum ordinariis exhibitum, nomine falsi privilegii recaptivasset, iidemque iudex et ceteri nobiles in ipsa adiudicacione consedentes, de falsitate et veritate dicti privilegii per ipsum capitulum Chasmense informari voluissent, idem Nicolaus suum factum per ipsum capitulum discernendum, pro eo, quia ipsum suspectum haberent, se non admississet nec ipsam ad-

iudicacionem fieri voluisset. Super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, in cuius presencia Bartholomeus filius Mathyus vel Stephanus filius Nicolai sive Nicolaus filius Stephani aut Thomas filius Johannis an alter Johannes filius Gregorii aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus decet et licet diligenter de premissis investigando, sciat et inquirat omnimodam veritatem. Et post hec, prout vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio. Nos itaque . . cum prenominato Thoma filio Johannis, homine vestre sublimitatis, nostrum hominem magistrum Nicolaum scolasticum dicte ecclesie nostre, ad sciendum et exsequendum de premissis, pro testimonio transmisimus, qui . . retulerunt, quod, prout idem Thomas homo vestre celsitudinis, presente dicto testimonio nostro a vicinis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum parcium . . inquirendo scire potuisset, scivisset, quod cum sepedicti Nicolaus et Jacobus filii Iwahun, in quindenis festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritis in prescripta villa Keresudvorhel de sede iudiciaria ad descensum ipsorum ire voluissent, prenominatus Dominicus filius Radyn cum hominibus ad ipsum pertinentibus et specialiter una cum Moyus filio Alexandri prenotato, qui tunc procurator ipsius Dominici existisset, contra ipsos insurgendo ipsos interficere voluisset. Item eciam idem homo vestre sublimitatis, presente dicto nostro testimonio se asseruit scivisse, ut idem Dominicus in preiudicium et oppositum prescripti molendini eorundem filiorum Iwahun in predicto fluvio Desnyche existentis, aliud molendinum pro se fecisset preparari, et quod homines ad forum ipsorum in supradicta possessione eorum Zenth Iwan celebrari consvetum venientes, in prescriptis quindenis festi Pasche domini per suos familiares spoliari fecisset, lite pendente inter ipsos. Preterea idem homo vester presente dicto testimonio nostro eciam dixit se scivisse ab aliis hominibus, qui tunc in ipso iudicio fuissent, quod predicti Nicolaus et Jacobus filii Iwahun in pretacta adiudicacione, dum prememoratus Dominicus sepefatum privilegium recaptivasset, se et suum factum racione ipsius privilegii discernendum

ad ipsum capitulum ecclesie Chasmensis non commisissent, pro eo, quia idem capitulum sibi pro suspecto habuisset, nec ipsum iudicium assumsissent. Datum feria quarta proxima ante festum beati Demetrii martyris, anno domini superius annotato.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 575. 19. dipl. oszt. 4386. Közli: Kovács N.

## 80.

*1353. Buda, oct. 25. Tamás országbíró előtt Ders fia Miklós és ennek fiai egyrésztől, másrésztől pedig Bakanyai Nagy Rajnóld fia Imre, Rupa, Felsőpáti és Palkonya nevű baranyavármegyei birtokok iránt folyt perükben kiegyeznek.*

Nos comes Thomas iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod cum litigionarie que- scionis et litis materia inter magistrum Nicolaum filium Ders et Ders filium suum actores ab una, item inter magistrum Emeri- cum filium Reynoldi magni de Bakanya in causam attractum, et magistrum Dionisium fratrem eiusdem magistri Emerici similiter actorem parte ab altera, coram nobis diucius ventilata et ad ultimum per plurimas dilacionum cautelas ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc instantes deventa exstitisset, tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli adherentibus, prefatus Ders et Georgius filii magistri Nicolai filii Ders pro se personaliter, pro prefato vero magistro Nicolao patre eorum prenotatus Ders . . item prefatus magister Emericus similiter personaliter, pro prememorato vero magistro Dionisio fratre suo . . ad nostram accedentes presenciam, optenta et impetrata prius nostra iudiciaria concordandi licencia . . per composicio- nem et ordinationem baronum, procerum et regni nobilium pacem inter eos volencium et anhelancium, in talem pacis et concordie unionem . . devenerunt coram nobis, quod super omni- bus causis, damnis, nocumentis, iniuriis, factis potenciariis . . inter ipsos usquemodo tam in iudicio, quam extra iudicii examen factis, illatis et perpetratis se se mutua vicissitudine, item prenotatus magister Emericus filius Reynoldi super estimacione quarum- dam duarum possessionum Rupa et Feulsepaly vocatarum, in

qua pretacti magister Nicolaus filius Ders et Ders filius suus rite et legitime contra ipsum magistrum Emericum ordine iudiciario convicti exstiterant, eosdem magistrum Nicolaum et Ders filium suum reddidissent et commisissent expeditos, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis. In quarum recompensacionem prefatus Ders et Georgius sua, et ipsius magistri Nicolai patris eorum in persona, premissa procuratoria auctoritate, quandam possessionem ipsorum Palkanya vocatam, in comitatu de Baranya in vicinitate dictarum duarum possessionum Rupa et Feulseupali existentem, ipsos iure impignoraticio contingentem, cum omnibus suis utilitatibus . . quibus eandem ipsi magister Nicolaus et filii sui usque nunc . . possedissent eidem magistris Emerico et Dionisio filiis Reynoldi eiusdem impignoracionis titulo tamdiu, donec per Ladislaum filium Petri fratris Gyule ac filios Pauli et Stephani filiorum eiusdem Petri, per quos eadem possessio ipsi magistro Nicolao impignorata exstitisset pro condigna estimacione iuxta regni consuetudinem fienda eo, quod cum pluribus possessionibus eadem possessio Palkanya eidem magistro Nicolao satis in magna pecunie quantitate estimacionem ipsius possessionis excrescenti, per Nicolaum filium predicti Petri pignori obligata foret ab eidem magistris Emerico et Dionisio redimeretur, dedissent . . possidendam . . ipsique magister Nicolaus filius Ders et filii sui, in octavis festi beati Andree apostoli nunc proxime venturis prefatam possessionem Palkanya vocatam cum premissis suis utilitatibus, presentibus Michaele filio Tyba vel Laurencio de Oruzy sive Petro filio Nicolai de eadem, pro parte dicti magistri Nicolai et filiorum suorum, item Petro filio Stephani de Nempti vel Andrea filio Joseph nec non Ladislao filio Gregorii, pro parte sepedictorum magistrorum Emerici et Dionisii aliis absentibus hominibus regiis et testimoniis capituli ecclesie Quinqueelesiensis . . prefatis magistris Emerico et Dionisio, contradiccione quorumlibet non obstante statuere et eosdem in dominium dicte possessionis, contra quorumlibet prohibicionem, premissa impignoracionis titulo introducere et tenorem ac copiam ipsarum literarum impignoratoriarum, mediantibus quibus eadem possessio Palkanya inter alias possessiones per predictum Nicolaum filium Petri de Suklos ipsi magistro Nicolao impignorata existeret sub sigil-

lum dicti capituli ecclesie Quinqueecclesiensis transscribi facere et eisdem filiis Reynoldi ad tuicionem premissi possessionarii iuris ipsorum dare et concedere tenerentur ita tamen, quod predicti magister Nicolaus filius Ders et Ders ac Georgius filii sui nunquam in dominium predictae possessionis Palkanya vocatae, amodo et deinceps se intromittere possent . . . predictas etiam duas possessiones Rupa et Pali vocatas sub inclusionibus metarum in aliis literis nostris privilegialibus contentarum, prout eisdem ipsi magistri Emericus et Dionisius ab eisdem ordine iudiciario coram nobis in lite reoptinuissent, ipse magister Nicolaus et Ders ac Georgius filii sui, prefatis magistris Emerico et Dionisio perpetuo conservare permetterent et immobiliter possidere, toti iuri et dominio, que in eisdem se habere sperassent penitus et per omnia renunciando; assumserunt et obligaverunt se idem Ders et Georgius personaliter, prefatum vero magistrum Nicolaum patrem eorum predictos Ders . . . ac heredes eorum utriusque sexus ab ipsis descendentes universos, ut ipsi easdem tres possessiones Rupa, Felseupali et Palkanya vocatas ipsis magistris Emerico et Dionisio perpetuo et pacifice comitterent possidere et tenere; voluerunt etiam partes, quod si qua ex ipsis aliquas possessiones vel possessionarias porciones Petri fratris Gyule de Suklos et filiorum eiusdem proximorum ipsorum per manus alienas occupatas, ratione vicinitatis et proximitatis reinvenire, redimere et optinere posset, tunc altera partium medietatem pecunie vel expense, mediante qua eedem possessiones redimerentur vel in executione earundem consumerentur, parti alteri easdem reobtinenti vel redimenti plenarie persolvere, ipsaque pars premissas possessiones reobtinentis vel redimens easdem possessiones et possessionarias porciones redemptas vel reobtentas in duas dividere partes coequales, ac rectam medietatem earundem parti medietatem pecunie vel expense persolventi, dare et assignare teneretur, hoc non pretermisso, quod nulla partium possessionem vel possessiones alterius partis nec ratione vicinitatis, nec alia aliqua cautela ordine iudiciario vel aliter quomodocunque requirere vel reobtinere valeat atque possit, tali obligationis vinculo interposito, quod si prememorati magister Nicolaus filius Ders et Ders ac Georgius filii sui, dictam possessionem Palkanya vocatam in dictis

octavis festi beati Andree apostoli eisdem magistris Emerico et Dionisio, contra quorumlibet prohibicionem statuere nollent vel non curarent, aut si ipsi magistri Emericus et Dionisius in dominium eiusdem possessionis, quo supra alicuius occasionis cautela, non introirent, et aliqua parcium ipsam compositionem in toto vel in parte infringere attentaret, tunc contra partem alteram ipsam compositionem pacifice tolerantem et in eadem perseverantem, in pena calumnie convinceretur eo facto; universas eciam literas eorum causales . . sub qualicumque forma verborum actenus contra se se emanatas, exceptis literalibus eorum munimentis possessionaria iura ipsorum tangentibus . . viribus reddiderunt carituras; pro nostris autem iudiciariis complacacionibus, idem magister Emericus personaliter, pro ipso vero magistro Dionisio premissa procuratoria auctoritate septem marcas et mediam nobis persolvere, in residuis vero ad quantumcunque pecunie quantitatem, propter arduitatem ipsius sopite et reformate, per viam concordie cause se extendant, iidem Ders similiter personaliter, in persona vero dicti magistri Nicolai patris sui . . in termino reportacionis seriei premissorum nos assunserunt complacare . . Datum Bude, vigesimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetiye az Orsz. Itárban, N. R. A. 584. 5. dipl. oszt. 4480. Közli: Kovács. N.

## 81.

*1353. oct. 28. Hont vármegye alispánja és szolgabirái I. Lajos királynak jelentik, hogy Hrachói János fia György részére, több országúri nemek ellen, Hrachó nevű birtok használata és több jobbágyok bántalmazása tárgyában vizsgálatot teljesítettek.*

. . Lodovico . . regi . . Demetrius filius Ivan vicecomes et iudices nobilium comitatus Huntensis . . Literas vestre excelencie recepimus . . in hec verba: Lodovicus . . rex . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Huntensis . . Dicitur nobis in persona Georgii filii Johannis filii Nicolai de Hrachou, quod Petheu filius Martini, Nicolaus filius Bogos,



Stephanus filius Thome et alii nobiles de Ozgyan fructus et utilitates dicte possessionis sue Hrachou vocate contra legitimam prohibitionem et suam voluntatem uterentur et suos iobagiones uti facerent incessanter, et quod tercio die post festum beati Michaelis archangeli, anno in presenti preteritum idem Stephanus filius Thome quemdam iobagionem suum Gregorium nomine, in libera via procedentem, captivasset et alium iobagionem eius nomine Cozmam cum uxore sua, similiter in libera via procedentes, vestibus eorum denudasset et spoliasset; super quo . . mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui . . investigando sciant et inquirent omnimodam veritatem et post hec . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio. Nos igitur . . Petrum dictum Koron unum ex nobis ad inquisitionem infrascriptam faciendam duximus transmittendum, qui demum ad nos reversus retulit isto modo, quod ipse sabbato proximo post octavas predicti festi sancti Luce, in comitatu Huntensi prenotato transeundo, a nobilibus et aliis communibus hominibus . . inquirendo, talem de premissis scivissent veritatem, quod Pethen filius Martini, Nicolaus filius Bogos, Stephanus filius Thome et alii nobiles de Ozgyan fructus et utilitates possessionis Georgii per suos iobagiones contra prohibitionem legitimam uti fecissent, et quod idem Stephanus filius Thome, quemdam iobagionem captivasset et alium cum uxore sua vestibus denudasset et spoliasset et omnia fecissent . . Datum tercio die termini prenotati, anno domini supradicto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetiye az Orsz. Ltárban. N. R. A. 253. 16. dipl. oszt. 4396. Közli: Kovács N.

## 82.

*1353. oct. 29. Zemplén vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Behe fia Kelemen, ki Sírosi László ellen elmarasztaltatott, az öt márká birságot megfizette.*

Nos magister Thomas filius Andree comes de Zemlyn, et quatuor indices nobilium de eodem damus pro memoria, quod

cum Clemmentinus filius Beke in iudiciis quinque marcarum, quibus contra Ladislaum de Sarus iuxta literarum nostrarum convictus extiterat super eo, quod ipsum per guttur percussisset, et feria tertia proxima ante festum Omnium Sanctorum expedire debebat, ipso termino adveniente idem Clemmentinus nobis ac parti adverse solvit plene et integre, sic ipsum reddidimus expeditum et per omnia excusatum. Datum termino prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LIII<sup>o</sup>.

Zárlatán három pecséttel, eredetije a Caicseri cs. ltárában. Közölve Márki Sándor másolata után.

## 83.

*1353. oct. 31. A budai káptalan küldöttjei előtt, Margit asszony Magyar Pál neje, Gerse, Alsar és Sarfömlizdó nevű vasvármegyei és Derze nevű verőczemegyei birtokát, végrendeletileg az ó-budai klarissáknak hagyja.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod cum nos ad . . petitionem, nobilis domine Margareta nuncupate filie Ladislai filii Andree filii Chapou consortis magistri Pauli dicti Magyar, ad infra-scriptam ordinacionem et testamentariam confessionem eiusdem domine . . Petrum cantorem et Johannem custodem ac Emericum socios et concanonicos nostros transmisissemus, demum iidem fratres et socii nostri unacum religioso viro fratre Petro dicto de Thyrien, ordinis fratrum minorum confessore eiusdem domine, ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod prefata nobilis domina consors magistri Pauli in lecto existens egritudinis, compos tamen sue mentis, ex devota eiusdem magistri Pauli domini et mariti ac Ladislai filii suorum admissione, non prepropera festinacione sed matura et moratura deliberacione prehabita, coram ipsis et aliis personis idoneis, quasdam possessiones suas proprias et hereditarias, Gelsa, Olsar et Sarfeumezadou in Castriferrei et Derze in Vereuche comitatibus existentes, cum omnibus . . pertinentiis . . in facie ipsarum existentibus, sub antiquis metis et terminis, quibus per earum priores possessores habite extitissent et possesse, ob

eterne retributionis bravium et sue ac parentum suorum animabus salute, quam adoptare cupiens, diemque extreme sue missionis salubribus in domino operibus, feliciter per (. . .) cre (. . .) at ad alta celi divini spiraminis instinctu anelare desiderans, sororibus et sanctimonialibus ordinis beate Clare virginis de claustro virginis gloriose per . . Elizabet reginam Hungarie de novo in Veteri Buda constructo legasset . . irrevocabiliter possidendas . . In quo eciam eadem domina, in loco honesto in corpore ipsius claustri, finita eius vita temporali, sepulturam ac unum altare sibi elegisset, supra quod singulis ebdomadis, per condignos ministros in memoriam huius facti beneficii pro sua et omnium parentum suorum salute, unam missam celebrari commisisset, condicionibus tamen annotatis, ut eadem domina consors magistri Pauli, dictas possessiones cum earum usibus et fructuositatibus, usque vitam suam, absque omni molestia possideret et haberet), nihilominus si sibi necesse fieret, aut sue placuerit voluntati, unam de predictis possessionibus, quamcunque vellet, vendere vel impignorare aut alio quovismodo alienare valeret atque posset, non obstante testamentaria ordinatione prenotata; post mortem vero predictae domine consortis magistri (Pauli) annotati, possessiones non alienate et eciam alienata, si eam eadem sorores redimere possent, in ius et proprietatem ac dominium dictarum dominarum et sororum beate Clare virginis devolverentur perpetuo possidende . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, in vigilia festi Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio; presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Emerico, Ladislao et altero Ladislao, Michaelae, Cosma et Johanne ceterisque canonicis. .

I. Lajos királynak 1354-ben kelt átiratából, melynek eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen őriztetik; Castriferrei, 37.

## 84.

*1353. nov. 3. A zágrábi káptalan előtt Raden fia Domokos és Garighi Tamás fiai, Podgoria birtok iránt folyt perükben, választott bírák ítéletének vetik magukat alá.*

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie memorie commendamus . . . quod Dominicus filius Raden actor ab una parte, item Nicolaus et Jacobus filii Joachini filii Thome de Garigh ex altera, in nostri presencia personaliter constituti retulerunt, quod ipsi super quescione, que inter ipsos super possessione Podgoria vocata et eius pertinenciis vertebatur et vertitur, coram . . . Nicolao bano . . . compromiserunt coram nobis communiter in . . . Jacobum prepositum ecclesie nostre et Johannem archidiaconum de Guerche, ac in magistrum Johannem filium Johannis filii Junk per predictum Dominicum nominatum et Dionisium de Chanouch, per predictos Nicolaum et Jacobum nominatum, non ut in arbitros sed tamquam in iudices tali modo, quod quitquid predicti boni viri inter ipsas partes visis ipsarum instrumentis et auditis propositiõibus tam de principali facto, videlicet de ipsa possessione, quam eciam de factis, que medio tempore ex premissis inter ipsas partes accidissent, iudicaverint, arbitrati exstiterint et decreverint, utraque pars tenebitur acceptare et firmiter observare, quecunque vero parciũ predictarum premissa non acceptaverit, pene quinquaginta marcarum parti eadem acceptanti, salva iudicis porcione, ante litis ingressum solvendarum subiaceat eo facto; hoc expresso, quod cuiuscunque partis arbiter superius nominatus non concordaverit (iudiciis) supradictis in premissis, illa pars in penis supradictis existat eo ipso obligata; quod quidem arbitrium, prout ipse partes (. . .) debet tractari et perfici cras et sequenti tertia feria et quarta absque dilacione ulteriori, que omnia predicti arbitri (. . .) prout ibi decretum fuerit, per eosdem tenebuntur seriatim recitare, quorum relacioni se dicte partes submiserunt (. . .) literas concedemus, ut coram dicto domino bano cum eisdem compareant finaliter super his discussionem recepture. Datum (die domini)eo proximo post festum Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 75. dipl. oszt. 4398. Közli: Kovács N.

## 85.

*1353. nov. 4. A veszprémi káptalan bizonyítja, hogy a Hymfi-családbeliek az országban levő minden alább megnevezett birtokaikat egymás közt felosztottak.*

Capitulum ecclesie Vesprimiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Johannes et Benedictus filii Pauli filii Heym suo, Nicolai, Petri et Blasii fratrum suorum carnalium . . item Nicolaus filius Georgii similiter suo et Blasii fratris sui filij eiusdem Heym, item Ladislaus filius Heym filii predicti Heym suo, Laurencii et Gregorii fratrum suorum nominibus et in personis eorundem, omne onus infrascripti actus seu ordinacionis, si iidem fratres ipsorum absentes in ordinacione stare et perseverare nollent inferius nominata, in se assumendo et se pro ipsis fratribus, ipsorum absentibus obligando, ad nostram accedentes presenciam, talem divisionem in eorum possessionibus hereditariis et aquisiticiis seu emticiis, ubique in hoc regno existentibus, inter se fecissent perpetuo duraturam, quod tres possessiones videlicet Debrente in Wesprimiensi et Boklar in Albensi ac Remete totalis iuxta fluvium Borza adiacens vocate in Carasoviensi comitatibus existentes et habite, cum suis utilitatibus universis cessissent eidem Johanni et Benedicto ac fratribus suis prelibatis, alie vero possessiones seu possessionarie porciones quoquomodo ipsorum contingentes videlicet Wylak in Castriferrei, item Teuel, Nempty sive Heymhaza et Lyter, item in Kayar, in Sowl in Wesprimiensi, item porciones possessionarie in Nemyguelgh et in Pechel in Zaladiensi comitatibus habite et constitute, item omnes possessiones eorum in comitatibus Temesiensi et Carasoviensi videlicet Harumprede, Egrus, Ozyuayg et Bogran, Zeurind, Mocyoz ac alie possessionarie porciones particulariter pertinentes ad pre-nominatas possessiones, specialiter in loco Erdeuhath vocato adiacentes, similiter cum suis utilitatibus universis ipsis Nicolao Blasio et Ladislao ac predictis fratribus ipsorum devenissent,

pro ipsorum porcionibus possidende, salvis tamen iuribus nostris et eiusdem ecclesie nostre ubique in predictis possessionibus per ipsos divisis remanentibus; ordinarunt eciam partes premissae inter se coram nobis condiciones sub pene vinculo infrascripte huiusmodi inserentes, quod nulla predictarum parcium in possessionibus modo premissis inter se iam divisis variacionem facere vel aliam divisionem denuo fiendam petere valeret parte ab altera; et si aliquam predictarum parcium per processum litigionarium per quospiam contra se prius suscitatum aliquam possessionem seu possessionariam porcionem, in eadem divisione sibi deventam non valens defendere, amittere contingeret aliquo modo vel alienare, parte ab altera alia pars pro huiusmodi deperdicione possessionaria et alienacione, nihil de sua porcione in premissa divisione sibi devoluta teneretur refundere seu dare aliquid pro eadem; item omnia instrumenta literalia super predictis possessionibus ad ius et proprietatem ipsorum filiorum Georgii et Heym ac dictorum fratrum suorum, pro porcione eisdem datis et deventis confecta et emanata, exceptis dumtaxat instrumentis sive literalibus munimentis, in quibus nomina prenominarum possessionum in Temesiensi et Carasoviensi comitatibus existencium continentur, eo quod dicte possessiones sive ville Remete apellate, que, ut dictum est, eisdem Johanni et Benedicto ac fratribus suis devenissent, et ex eo ipsi apud se deberent reservare, que tamen tempore opportuno in expedicionem possessionum et defensionem ipsis Nicolao, Blasio et Ladislao ac fratribus suis deventarum, quarum nomina in eisdem instrumentis continentur literalibus et haberentur, iidem filii Pauli exhibere in specie vel tenores ipsorum dare in rescriptis sub sigillo alicuius capituli vel conventus, ut assumerent, tenebuntur reddere et restituere coram nobis vel nostro testimonio et debebunt succubitu duelli potencialis una pars contra aliam premissam divisionem possessionariam et ordinationem observantem, si in predictis clausulis condicionis superius expressis secus facere attentaret pro pena punitura, prout partes se se et alternatim spontanea obligarunt voluntate coram nobis. . Datum per manus . . magistri Johannis lectoris ecclesie nostre antedicte, secundo nonas mensis Novembris, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio; venerabili

in Christo patre . . Johanne . . episcopo et prelado nostro feliciter presidente . . magistro Petro preposito, Sebastiano cantore et Stephano custode prefate ecclesie nostre existentibus.

Szapolyai István nádor 1493-ki ítéletéből, mely azon perben hozott, melyet Debrenthei Himfi Imre Egervári László kur. tárnokmester ellen indított azért, mert ez Lytheri Mihály magszakadása következtében Ujlak vasvármegyei és Litér veszprémmegyei birtokokat adományul fölkerste, holott, mintán Litéri Mihály Himfi Imrével egy nemzetségből származott, a birtokok ági örökösödés útján ez utóbbit illették meg; a nádor ítéletének eredetijét a Koltai Vidos os. mihályfai vasmegyei ltárában őrzik.

## 86.

*1353. Kálló, nov. 16. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabiráái (Giletfi Miklós nádornak jelentik, hogy Biri Tamás özregye és fiainak jobbágyain, Kállay Péter és emberei hatalmaskodtak.*

. . Nicolao . . palatino et iudici comanorum; nobiles viri magister Ladislaus filius Johannis de Vaya vicecomes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem . . Literas vestre magnitudinis recepimus . . hunc tenorem continentes . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch . . Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . Dicitur (nobis) in personis nobilis domine consortis magistri Thome de Byr, Ladislai et Johannis filiorum eiusdem, quod Petrus filius Simonis de Kallou unacum Petro et Johanne dictis de Zathmar ac Nicolao filio Gyla (*igy*) famulis suis nec non aliis suis complicibus in festo beati Luce evangeliste proxime nunc preterito, propria sua auctoritate ad domum cuiusdam iobagionis ipsorum, nomine Johannis rufi, in eadem Kallou habitum, veniendo, ipsumque de eadem extrahi et in loco fori enormiter verberari fecisset, nec non dominam consortem eiusdem Johannis rufi per facies percussisset, eundem iobagionem tota die in suis vinculis tormentando tenuisset, et post hec abire permisisset; eo non contentus eodem die ad domum alterius iobagionis eorum, nomine Laurencii, similiter potencialiter accessisset, quem domi apprehendere nequivisset, sed dominam consortem eiusdem de loco egritudinis decumbentem extrahi fecisset. Post modum ad domum eorundem nobilis domine et filiorum suorum predictorum

accedendo de curia eorum unum hominem, nomine Stephanum magnum, qui in vinculis eorum captus extitisset excipere et liberare fecisset, lite tamen inter ipsos pendente, in preiudicium et derogamen. Super quo amicitiam vestram . . . petimus . . . quatenus unum vel duos viros idoneos transmittatis, qui ab omnibus . . . investigando sciant . . . veritatem, et post hec . . . nobis . . . rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> terecio. Nos igitur . . . in nostra congregacione generali in villa Kallo habita universos nobiles in nostra sede tribunali nobiscum assedentes . . . inquisissemus, qui nobis affirmarunt isto modo, quod Petrus filius Simonis de Kallo, unacum Petro et Johanne dictis de Zathmar ac Nicolao filio Gyula famulis suis . . . in festo beati Luce evangeliste nunc preterito omnia premissa fecissent . . . sicut tenor literarum continet predictarum. Datum in Kallo, sabbato proximo post festum beati Martini confessoris et anno prenotato.

Zárlatán öt pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzéumban a Kállay cs. ltárában.

## 87.

*1353. nov. 18. I. Lajos király, Kont Miklós erdélyi vajda és testvére kérésére átírja ezeknek, Galgócz és tartozékai birtokába történt beiktatásáról a nyitrai káptalan jelentését 1350. jan. 24-ről, és újabban 1353. máj. 17-én kelt adománylevelét a galgóczi révjogról.*

Lodovicus . . . rex . . . ad universorum noticiam . . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostre maiestatis presenciam magnifici viri Nicolaus vojvoda Transsilvanus et comes de Zonuk et Leukus magister pincernarum et dapiferorum nostrorum, filii quondam magistri Laurencii sclavi, dilecti nobis et fideles milites, exhibuerunt nobis quasdam duas literas, unam videlicet capituli ecclesie Nitriensis super statucione quarumdam possessionum Gologouch, Wylak, Wdwornuk, Saagh et Dyuch vocatarum, in comitatu Nitriensi habitarum ipsis donatarum rescriptionalem, et aliam nostram patentem super translacione navigii tributii in ipsa villa Gologouch existentis in pontem eisdem facta, confectas, tenorum infrascriptorum, petentes . . . ut easdem binas



literas et collacionem iam dictarum possessionum, necnon trans-  
 lacionem ipsius tributi, nostro . . privilegio confirmare dignare-  
 mur. Quarum unius litere, scilicet ipsius capituli Nitriensis tenor  
 talis est . . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Nitriensis . .  
 literas vestre excellencie . . recepimus . . in hec verba: Lodovi-  
 cus . . rex Hungarie (*stb. lásd V. kot. 196. sz. a. bezárólag e sza-  
 rakig; salvis iuribus alienis*) Quare . . mandamus, quatenus  
 vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo  
 presente magistri Ladislaus vel Jacobus filii Paska, aut Johannes  
 filius Bonch aule nostre milites, altero absente homo noster, ad  
 facies prefatarum possessionum presentibus vicinis et comme-  
 taneis earundem accedendo et ipsas per veteres et antiquas me-  
 tas reambulando, novasque iuxta veteres in locis necessariis  
 erigendo, si ipsas modo premissis nostre collacioni pertinentes  
 invenerit, statuatur easdem predictis magistris Nicolao, Leukus et  
 Bartholomeo, filiis quondam magistri Laurencii premissis titulo  
 nostre collacionis perpetuo possidendas, si non fuerit contradi-  
 ctum; contradictores autem, si qui fuerint, contra eosdem ad  
 nostram presenciam legitime evocetis ad terminum competen-  
 tem. Et post hec seriem ipsius statucionis cum cursibus meta-  
 rum vel termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum  
 Bude, in festo beate Elizabeth, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup>  
 XL<sup>mo</sup> nono. Nos igitur . . cum eodem magistro Johanne filio  
 Bonch aule vestre milite, vestre maiestatis homine . . magistros  
 Petrum et Mathiam socios et concanonicos nostros ad exequen-  
 dum premissa pro testimonio duximus dēstinandos, qui . . retu-  
 lerunt, quod ipsi in octavis festi Epiphaniarum domini de novo  
 preteritis, primo ad faciem possessionis Oduornuk in comitatu  
 Nitriensi existentis, deinde diebus ipsas octavas proxime sequen-  
 tibus, ad facies possessionum Golgouch, Saagh, Dyuch et Wylak  
 vocatarum in eodem comitatu habitatarum accedendo et in qua-  
 libet earum dies continuando legitimos, ipsarum vicinis et com-  
 metaneis legitime inibi convocatis et presentibus easdem per  
 suas veteres metas et antiquas reambulantes, ipsas vestre celsi-  
 tudinis collacioni pertinere reperiendo, sub eisdem antiquis  
 metis et terminis, quibus hucusque possesse dinoscuntur, ipsas  
 prefatis magistris Nicolao, Leukus et Bartholomeo filiis quon-  
 dam magistri Laurencii, toto iure, quo vestre maiestatis colla-

cioni pertinent, nullo contradictore apparente statuissent perpetuo possidendas. Datum in vigilia festi conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo. Item tenor alterius litere, ut puta nostre patentis, dinoscitur esse talis: Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod viri magnifici Nicolaus filius Laurencii voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk et Leukus magister pincernarum et dapiferorum nostrorum frater suus . . in nostre maiestatis presenciam accedentes pecierunt a nobis . . ut tributum, quod in quadam possessione eorum Golgouch vocata in comitatu Nitriensi existenti, hactenus in portu seu navigio in fluvio Wagh exigebatur ad pontem, per ipsos in eodem fluvio constructum et semper conservandum converteremus, et ipsum tributum in ipso ponte admitteremus exigendum. Itaque nos iustis et legitimis<sup>1</sup> petitionibus eorundem . . inclinati . . concessimus, ut dictum tributum, quod hactenus in dicto portu seu navigio super pretacto fluvio Wagh fuit exigi consuetum, in ipso ponte inibi per ipsos Nicolaum voivodam et magistrum Leukus constructo et perpetuis temporibus conservando exigatur per eosdem et eorum successores universos. Datum Bude, feria sexta proxima post festum Penthecostes, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio. Nos itaque . . petitionibus eorundem Nicolai voivode et magistri Leukus . . inclinati, predictas duas literas, ipsius capituli scilicet et nostras, omni prorsus suspicione carentes, de verbo ad verbum presentibus insertas, acceptamus, approbamus et quo ad omnes suas continencias ratificamus, ac easdem et collacionem prefatarum possessionum Golgouch, Wylak, Oduornuk, Saagh et Dyuch vocatarum, necnon translacionem ipsius navigii tributi in pontem, iuxta titulum primarie donacionis nostre, rememoratis premissis et aliis nonnullis serviciorum eorundem laude dignis obsequiis, que suo modo longum esset enarrare, et presentibus inseri tediosum, quibus continue et sine intermissione imitantes vestigia nostre celsitudinis studuerunt et student indesinenter complacere, per quorum servicia fidelissima noster animus regius mitissime quietatur, de beneplacita voluntate et connivencia . . domine Elyzabeth . . regine . . genetricis nostre karissime ac de consilio prelatorum et baronum nostrorum prematuro, ex certa sciencia nostre regie maiestatis, eisdem et ipso-

rum heredibus . . universis, confirmamus, salvis iuribus alienis. Ut igitur ipsorum fidelitatis et devocionis sinceritas exempla ferant oculis posterorum et premisse donacionis tituli in posterum firmiter perseverent in vigore, et tam ipsi quam ipsorum successores ac tota ipsius posteritas in dominio predictarum possessionum et tributi pontis loco dicti navigii iugiter perseverent, et tranquillitate ac sincera fidelitate pociantur, presentes eisdem concessimus literas nostras privilegiales duplicis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus . . Nicolai . . episcopi Zagrabiensis, aule nostre vicecancellarii . . anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> Lij<sup>o</sup> quartodecimo kalendas mensis Decembris; regni autem nostri anno duodecimo; venerabilibus.\*

Két pecséttel, melyek egyike vörös és szederjes, másika, mely az 1364. évi decz. 28-án kelt megerősítő záradékáé, rózsaszínű selyem-sodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 215. 14. dipl. oszt. 4089. Közli: Kovács N.

## 88.

*1353. nov. 18. I. Lajos király, Kont Miklós és fivére részére Zöldvár és Úlső nevű nyitrai vármegyei birtokokról 1352-ben kelt adománylevelet átírja és megerősíti, megjegyezvén, hogy azokat előbb Vysco nevű cseh birta a király adományából, de azokat elvesztette, mert Károly cseh király is elvette a Laczkfiaknak adott cseh birtokokat.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam volumus pervenire . . quod magnifici viri Nicolaus voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk et Leukus magister dapiferorum et pincerarum nostrorum, filii quondam magistri Laurencii Selavi, dilecti nobis et fideles milites, ad nostre maiestatis presenciam accedentes exhibuerunt nobis quasdam literas nostras patentes, super collacione possessionum Zeuldwar et Wlseu vocatarum, in comitatu Nitriensi existencium, per nos ipsis facta, confectas, tenoris infrascripti, petentes . . ut easdem et collacionem eorumdem possessionum acceptare, adprobare nostroque pro eisdem et eorum posteris privilegio dignaremur confirmare. Quorum tenor talis est: Nos Lodovicus (*l. V-ik köt. 391. sz. a.*)

\* Következnek az egyház és országnagyok nevei, l. Fejér Gy. Cod. Dipl. IX. 2. 227. 228. ll.

Nos itaque iustis et legitimis petitionibus eorundem Nicolai voivode et magistri Leukus . . inclinati, predictas literas nostras patentis super collacione prefatarum possessionum Zeuldwar et Wlsew vocatarum emanatas, omni prorsus suspicione carentes, de verbo ad verbum presentibus insertas . . ratificamus ac easdem et collacionem earundem iuxta titulum primarie collacionis nostre rememoratis (*stb. l. a fõntebbi 87. sz. a. oklevélben egész e szavakig «confirmamus, salvis iuribus alienis»*). Adicientes nihilominus, quod si alienius temporis in successu serenissimus princeps dominus Karolus eadem gracia illustrissimus rex Romanorum et Bohemie, frater noster carissimus, quasdam possessiones in regno suo Bohemie existentes, per dominum Johannem regem Bohemie patrem suum bone memorie, quondam magnifico viro Stephano filio Lochk tocius Sclavonie bano datas et per eundem dominum Karolum regem Bohemie tandem ab eodem Stephano bano ablatas, filius eiusdem Stephani bani restituerit vel remiserit aut pro eisdem pecuniam ipsis solverit et dederit, tunc nos pro predictis possessionibus Zeuldwar et Wlseu vocatis, Wiskoni bohemo cui eodem prius per nostram maiestatem fuerant collate, et tandem racione ablationis possessionum predicti Stephani bani in regno Bohemie existencium ablate ab eodem, ipsi Wysconi bohemo vel filiis Stephani bani, prout expedierit et incumberit alias possessiones, predictis possessionibus consimiles et equivalentes, aut pecuniam nostram, pro qua iuxta regni nostri consuetudinem fuerint estimate, pro predictis Nicolao voivoda et magistro Leukus fratre suo dare et persolvere, ac ipsos omnimode in his expedire et in pacifico dominio prefatarum possessionum semper conservare assumimus promittentes, omnesque et qualibet literas et instrumenta eidem Wysconi bohemo super collacione memoratarum possessionum datas et concessa cassamus . . Ut igitur ipsorum fidelitatis (*stb. ismét l. a fõntebbi 87. sz. a. oklevélben egész a «Datum»-ig*). Datum per manus . . domini Nicolai . . episcopi Zagrabiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, quatuordecimo kalendas mensis Decembris regni autem nostri anno duodecimo, venerabilibus . . (*stb. l. az egyház és országnagyok neveit a fõntebb 87. sz. a. közölt oklevélnél.*)

per formam iuris probaturos, committendo eisdem, ut si qui ipsorum in prefixo termino dicta eorum instrumenta exhibere non curarent, tunc huiusmodi occultata instrumenta viribus et vigore ulterius carere sua regia excellencia committeret, et post hec facti seriem sue regie maiestati fideliter rescriberet conventus de Jazou prenotatus. Qui quidem conventus taliter rescripserat ipsi regie maiestati, quod ipse conventus de Jazow preceptis regie serenitatis obediendo, unacum Petro de Homorogd homine regio, suum hominem fidedignum videlicet Augustinum clericum transmisisset pro testimonio ad premissa exequenda, qui demum . . eidem conventui . . retulissent, quod sabbato proximo post festum beati Barrabe apostoli proxime preteritum, ad faciem prefate possessionis Sap. vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et ipsis presentibus accessissent, et cum eundem Dionosium et alios vicinos et commetaneos, qui tunc interfuissent, si qui aliquid iuris in dicta possessione haberent, ad omnia et singula premissorum facienda, iuxta preceptum regie serenitatis ammonuissent. Tandem predicti Georgius filius Demetrii et Michael filius Johannis ibidem eandem possessionem iure hereditario ipsis debentem prohibuissent, cuius prohibicionis rationem scire voluerat a Georgio et Michaele supradictis. Quibus auditis et perceptis prefati Georgius et Michael personaliter exurgentes duas literas inquisitorias, unam capituli ecclesie Agriensis et alteram capituli ecclesie Scepsyensis domino nostro regi rescripcionales nobis presentarant, in quibus habebatur evidenter, quod regii ac predictorum capitulorum Agriensis et Scepsyensis ecclesiarum homines, in eisdem literis inquisitoriis contenti, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, specialiterque a vicinis et commetaneis dicte possessionis Sap diligenter investigando, talem scivissent veritatem, quod Nicolaus filius Dominici et Georgius filius Johannis dicti Tegzes iam defuncti, cum prenotatis Michaele filio Johannis et Georgio filio Demetrii fratres fuissent patruales et in una possessionaria divisione extitissent, sed tamen adhuc nullam inter se habuissent divisionem in possessione ipsorum Sap supradicta; in quarum literarum inquisicionalium contrarium predictus magister Petrus, quasdam literas predicti conventus de Jazou inquisicionales similiter domino

nostro regi rescripcionales anno in presenti emanatas presentarat, in quibus habebatur, quod ipse conventus de Jazon fratrem Clementem socium eorum, una cum Bartholomeo de Monay, homine regio, pro testimonio fide dignum transmisisset ad infrascripta exequenda. Qui demum ad ipsum conventum reversi eidem concorditer retulissent, quod ipsi dominico die proximo post festum ad vincula beati Petri apostoli, ad faciem predictae possessionis Sap alio nomine Cymphaza vocata accedendo, legitime vicinis et commetaneis quibuslibet, exceptis duntaxat Anthonio de Rason, quem in suo officiolatu in comitatu de Orbaz ac Donato de Zeged, quem eciam in exercitu in subsidio regis Polonie esse asseruissent, inibi convocatis, specialiterque a magistro Johanne filio Jacobi de Forrou, Dominico filio Markus de Dethk, Stephano dicto Kokas filio Dominici de Bydyehke, Petro filio Martini, Johanne filio Petri filii Buchka, Dominico filio Pauli nobilibus de eadem; item a Dominico dicto Kolchal famulo et legitimo procuratore magistrorum videlicet Ladislai et Egidii filiorum Johannis de Torna diligenter inquirendo, talem rescivissent veritatem, quod preallegata possessio Sap alio nomine Cymphaza vocata nunquam et nullo tempore predictorum Georgii et Michaelis filiorum Johannis dicti Feyr fuisset hereditaria, nisi super porcione ipsorum velud filii sororum ab antiquo tempore continuam fecissent residentiam. Quarum literarum inquisicionalium exhibicionibus factis, quia prefatus magister Petrus dictus Paharus predictam possessionem Sap vocatam sibi per regiam clemenciam nomine possessionis hominis sine herede decessi datam fuisse, et memoratis Michaeli et Georgio in nullo attinuisse nec tunc attinere debere allegarat, e conversoque idem Michael et Georgius se unacum prefatis Nicolao filio Dominici et Georgio filio Johannis in una possessionaria divisione esse et fuisse, et adhuc nullam divisionem in facto dicte possessionis Sap se et dictos Nicolaum filium Dominici et Georgium filium Johannis fecisse asseruerant, seque super huiusmodi allegacionibus eorum, ad communem inquisicionem a vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Sap ac ab aliis nobilibus provincialibus fiendam, sponte submiserant, igitur predicto capitulo ecclesie Agriensis literatorie scribentes eorum amiciciam pacie-

ramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro testimoniis fide dignos, coram quibus Georgius de Zedy, vel Barthalomeus de Mousy aut Ladislaus filius Abrae de Baxa sive Georgius de Fyged, pro parte predicti magistri Petri actoris, item Ladislaus filius Dominici de Detk vel Emericus filius Johannis de Bakta aut Andreas de Peren item Johannes filius Damiani de Lech necnon Andreas de Karachund, pro parte predictorum in causam attractorum aliis absentibus homines regii, in octavis festi Omnium Sanctorum tunc proxime venturis, primo ad faciem dicte possessionis Sap vocate accedendo, convocatis vicinis et commetaneis eiusdem universis, in facie ipsius possessionis ab eisdem vicinis et commetaneis demumque a comprovincialibus nobiles simul et invicem procedendo, deum et eius iusticiam pre oculis ferendo, timoree odio et favore cuiuslibet partis non allecti super eo, utrum memorata possessio Sap hominis sine herede decedentis existat et ex eo regie maiestati de iure devolvi debuerit, et per consequens ipsa possessio per regiam clemenciam ipsi magistro Petro de iure nomine possessionis hominis sine herede decessi dari et conferri valuerit, ac ipsis Georgio et Michaeli in nullo attineat; aut si prefati Georgius filius Demetrii et Michael filius Johannis in causam attracti, unacum predictis Nicolao et Georgio in una possessionaria divisione sint et fuerint, et utrum in dicta possessione Sap unacum dictis Nicolao ac Georgio divisionem habuerint, vel si ipsa possessio eisdem Georgio et Michaeli iure successorio necnon titulo iuris hereditarii attineat vel ne, scirent et inquirerent omnimodam veritatem; et post hec ipsius communis inquisitionis seriem cum nominibus illorum a quibus scieretur, ad octavum diem dictarum octavarum dicto domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Agriensis prenotatum. Tandem ipso octavo die dictarum octavarum festi Omnium Sanctorum occurrente, nobis unacum baronibus et regni nobiles in sede nostra iudiciaria sedentibus, Ladislaus filius Petri cum procuratoriis literis nostris, pro prefato magistro Petro dicto Paharus domino suo, ad nostram accedendo presenciam, prefatis Georgio filio Demetrii et Michaeli filio Johannis non venientibus nec mittentibus, literas prefati capituli ecclesie Agriensis domino nostro regi super

premissis rescripcionales presentavit, in quibus habebatur, quod ipsum capitulum ecclesie Agriensis legitimis et congruis postulationibus nostris ac iusticie annuendo, cum prefato Georgio fillo Jacobi de Zandy homine regio, eorum hominem discretum iuvenem videlicet magistrum Johannem subnotarium ipsorum pro parte prefati magistri Petri dicti Paharus actoris transmisisset pro testimonio ad premissa exequenda, qui quidem homo regius tandem ad ipsum capitulum reversus, presente et audiente dicto testimonio ipsius capituli Agriensis, eidem capitulo retulisset istomodo, quod ipse unacum eodem testimonio predicti capituli Agriensis, absentibus tamen aliis regio et eiusdem capituli Agriensis hominibus, accessissent ad faciem dicte possessionis Sap alio nomine Chympohaza vocate, ubi ipsi presentibus et audientibus ambabus partibus a vicinis et comprovincialibus hominibus infranotatis, per eundemque magistrum Petrum actorem inibi adductis, super premissis diligenter et consciencie inquirendo, pro parte eiusdem magistri Petri talem scivissent veritatem, quod preallegata possessio Sap, que alio nomine Chympoza vocaretur, eorundem Nicolai dicti Cympo et Georgii filii Johannis dicti Tegzes, hominum scilicet absque heredum solacio decedencium, extitisset, et pro eo regie maiestati iuxta antiquam consvetudinem huius regni remansisset, et per consequens prelibata possessio per regiam clemenciam magistro Petro dicto Paharus de iure collata esset et fuisset ac condonata. Et quod eciam sepedicta possessio litigiosa prememoratis Georgio et Michaeli in nullo attineret, eo quod preallegati Georgius et Michael cum dictis nobilibus sine herede decedentibus nunquam, ad ipsorum scitum, in una fuissent possessionaria divisione, sed porcionem, quam ipsi in eadem possessione haberent, tamquam filii sororum eorundem defunctorum hactenus possidissent et nunc possiderent; nomina autem eorundem nobilium pro parte ipsius magistri Petri actoris attestancium hec essent: videlicet Dominicus filius Markus de Dethk, Emericus filius Stephani de Peruen, Petrus dictus Zekel de Bereth, item Johannes filius Beke de Bakcha, alter Johannes de Chenis, et Nicolaus filius Thome de Olymanch pro se personaliter et cum procuratoriis literis conventus de Jazow, pro Johanne filio Jacobi de Forrou, Ladislao filio Lorandi de Tokay, Ladislao et



Egidio filii Johannis filii Ladislai de Torna dominis suis; item Stephanus dictus Chokas, Petrus filius Martini, Dominicus filius Pauli, Dionisius filius Petri nobiles de Bedechke; item Donatus filius Dominici de Zeged vicini et commetanei preallegate possessionis Sap propinquiores, predicti autem Georgius filius Demetrii et Michael filius Johannis dicti Feyr ad causam attracti, ut idem homo regius dixisset, nec regium hominem nec dicti capituli Agriensis testimonium nec eciam vicinos et com-provinciales nobiles pro parte ipsorum inibi adduxissent ad premissa perficienda; retulisset eciam homo regius prenotatus pro parte ipsius magistri Petri adductus, quod postquam annotati Georgius et Michael ad causam attracti memoratum magistrum Petrum dictum Paharus suos testes quo supra produxisse vidissent et audivissent; et quia prelibatus magister Petrus dictus Paharus eosdem Georgium et Michaellem ac heredes ipsorum in prescripta particula terre, quam nunc ipsi in eadem possessione Sap ut filii sororum eorundem defunctorum haberent et possiderent, ex parte sua stare dimisisset, et tamquam filios sororum eorundem defunctorum permanere in eadem, ob hoc iidem Georgius et Michael omni liti et accioni eorum renunciantes, sepedictam possessionem Sap litigiosam, similiter ex parte ipsorum iuxta dictam collacionem regiam resignassent magistro Petro et heredibus suis personaliter possidendam. Quarum literarum exhibicionibus factis memorato Ladislao procuratore prefati magistri Petri dicti Paharus petente, eidem magistro Petro in testimonium premissorum in ipsis literis capituli Agriensis lucidius contentorum et expressorum, presentes literas nostras privilegiales . . duximus concedendas. Datum Bude, vigesimo secundo die termini prenotati, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio.

Hártyán, zöld és vörös színőron függő ép pecséttel; eredetije a Kapy cs. ltárában, Fasc. S. III. 3. Közli: Kovács N.

## 91.

1353. dec. 5. A garam-szentbenedeki convent Miklós nádornak jelentí, hogy midőn Gyula fiát Gergelyt a Malas és Sarló nevű birtokok közt fekvő meghatárolt, de ritás földbe beiktatni akarta, János az érsek kiküldöttje ellenmondott.

.. Nicolao .. palatino et iudici comanorum conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron .. Literas vestre magnificencie reambulatorias pro magistro Gregorio filio Gyule modum et formam iudicialie deliberacionis exprimentes recepimus reverenter inter cetera continentes, quod nos mitteremus hominem nostrum pro testimonio fidedignum, coram quo Johannes dictus Kwn vel Myko filius H (..) sive Petrus filius Oliveri de Zelescen aliis absentibus homo vester, in octavis beati Martini confessoris proxime preteritis presente magistro Gregorio filio Gyule et procuratore .. Nicolai .. archiepiscopi, ad faciem cuiusdam litigiose porcionis terre ad partem meridionalem, inter possessiones Malas ipsius magistri Gregorii et Sarlou domini archiepiscopi habite, accedendo, et eandem possessionariam porcionem, quam ipse magister Gregorius vel eius procurator de dicta possessione sua Malas vocata ad prefatam possessionem Sarlou archiepiscopalem occupatam ostenderet, recaptivaret eandem signisque metalibus consignando reambularet, reambulatamque statueret prenotato magistro Gregorio eo iure, quo ad ipsum dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, si per alios non fuerit contradictum, contradictores vero alii, si qui fierent, contra eundem magistrum Gregorium ad octavas diei Strennarum nunc venturas in nostram citaret presenciam, sue contradiccionis racionem reddituros ; si vero per ipsum archiepiscopum vel eius procuratorem contradictum existeret, ipsum citare non (.....) absque citacione aliquali in dictis octavis diei Strennarum episcopum (*igy*) vel eius procuratorem coram vobis oporteret comparere, racionem sue contradiccionis redditurus (*igy*), sed illam porcionem terre, super qua contradictum existeret, per eundem vel eius procuratorem regali cum mensura estimarent, vel visu considerent cum aliis probis viris regni consvetudine requirente, et post hec omnium premissorum seriem .. ad dictas octavas diei Strennarum .. rescriberemus. Nos igitur vestris

congruis postulacionibus annuentes cum prefato Johanne dicto Kwn homine vestro fratrem Jacobum sacerdotem unum ex nobis pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda destinavimus, qui demum . . . retulerunt eo modo, quod in predictis octavis beati Martini confessoris proxime preteritis, unacum magistro Gregorio personaliter comparente et magistro Johanne procuratore ipsius domini archiepiscopi, cum aliis probis viris ad faciem supradicte porcionis terre litigiose accedentes, iuxta magnam viam publicam ad unam terream metam devenissent, quam ambe partes iustam et veram metam affirmassent; deinde versus occidentem per quoddam spinetum procedendo, in capite cuiusdam terre arabilis magister Gregorius ostendit locum, ubi meta exstitisset, quam populi de Sarlou sua propria auctoritate totaliter destruxissent. Inde ulterius versus occidentem eundo iterato in terra arabili aliam metam suam per eosdem populos et iobagiones domini archiepiscopi de Sarlou destructam per omnia asseruisset; post hec progrediendo ad unam vallem vulgo Kenderwolg vocatam ibidem terciam metam suam per predictos populos et iobagiones domini archiepiscopi similiter in terra arabili penitus destruxissent; inde versus septemtrionem processissent ad locum, qui vulgo Molumboth dicitur, a quo loco procurator domini archiepiscopi supradictum hominem vestrum una cum nostro testimonio versus orientem deduxisset, et ibi quatuor metas terreas unam post aliam usque ad primam metam perveniendo, ex parte domini archiepiscopi et iobagionum suorum demonstrasset, quas quidem quatuor metas magister Gregorius potencialiter erectas affirmasset, procurator vero domini archiepiscopi iustas esse et veras metas retulisset; ipsam quoque porcionem terre litigiose idem homo vester, presente nostro testimonio unacum aliis probis hominibus ibidem adherentibus sub metis specificatis, deum habendo pre oculis ad triginta iugera visu considerando sufficientem pro dimidia marca estimassent, regni consvetudine requirente; et cum sepedictam porcionem terre litigiose reambulata ipsi magistro Gregorio iure, quo sibi dinoscebatur pertinere, signis metalibus consignatam perpetue statuere voluissent, supradictus magister Johannes, procurator domini archiepiscopi, contradictor ipsius statucionis exstitisset. Datum feria quinta proxima post festum

beati Andree apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 110. 25. dipl. oszt. 4401. Közli: Kovács N.

---

92.

*1353. dec. 7. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogg Cyko kir. tárnokmestert Pomáz nevű birtokba minden ellenmondás nélkül beiktatta; s hogy a margitszigeti apáczáknak visszamaradt szőlő-hegyet határjelekkel elkülönítette.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas . . Ludovici . . regis . . recepimus in hec verba: Ludovicus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . dicit nobis Cyko magister tavernicorum nostrorum, quod ipse in dominium possessionarie porcionis in possessione Pomaz vocata habite quam sibi . . sanctioniales de Insula Leporum in concambium possessionum Kethetes et Papy vocatarum tradidissent, legitime vellet introire. Super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Demetrius filius Stephani de Moglod vel Nicolaus de Kartal aut Benedictus de Wathy aliis absentibus homo noster, predictum magistrum Cyko in dominium predictae possessionarie porcionis in possessione Pomaz vocata habite . . introducat, et eandem . . reambulando statuat predicto magistro Cyko premissis iure concambiali perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet contra eundem magistrum Cyko ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem omnium premissorum nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum beati Mathei apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio. Nos igitur . . cum predicto Demetrio filio Stephani de Moglod homine regio, nostrum hominem fidedignum Lucam sacerdotem de choro ecclesie nostre ad premissa fideliter exequenda pro testimonio duximus destinandum, qui . . retulerunt, quod ipsi secunda feria proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste proxime prete-

ritum, ad faciem prenotate possessionarie porcionis in possessione Pomaz vocata habite, quam religiose domine sanctimoniales de Insula Leporum in concambium possessionum Kethetes et Papy vocatarum magistro Cyko tradidissent, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accessissent, et ipsam per veteres suas metas et antiquas reambulando, excepto quodam monte pro vineis apto infra declarando, quem prenotate sanctimoniales pro se reservassent, nullo penitus contradictore apparente, predicto magistro Cyko cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis statuissent perpetuo possidendam, ipsum in dominium eiusdem predicto iure concambiali legitime introducendo. Mete autem, quibus prenotatus mons, pro dictis sanctimonialibus reservatus, ab aliis partibus eiusdem possessionarie porcionis distingitur, ut iidem regius et noster homines nobis retulerunt, isto modo distinguerentur: primo inciperet a parte orientali circa metam possessionis Zenthe vocate, iuxta quandam viam magnam prope vineam magistri Cyko, inde tenderet a partem occidentalem ad quandam montem et ibi esset . . una meta terrea circa quandam viam prope vineam magistri Cyko, inde iret versus occidentem ad montem, et ibi esset una meta terrea, inde flecteretur versus aquilonem supra vineas et ibi esset una meta terrea, inde ad planiciem eiusdem montis versus aquilonem, et ibi circa quandam magnum lapidem esset una meta terrea; inde eundo ad eandem partem, descendendo ad vallem, esset una meta terrea; inde eundo ad eandem partem aquilonalem descenderet ad vallem et ibi in quodam angulo esset una meta terrea, deinde iret versus orientem et ibi in valle esset una meta terrea et angularis; inde procedendo de inferiori parte vinearum tenderet ad meridiem et ibi circa quandam viam prope vineas esset una meta terrea; inde tenderet parum ad montem ad angulum vinee magistri Cyko, et ibi esset meta terrea, in qua esset arbor piri, et inde iret ad primam metam. Hoc etiam declarato, quod in dicto monte prenotate domine sanctimoniales, preter vineas, nullum aliud opus vel edificium faciendi haberent facultatem, et quod super vineas magistri Cyko in facie eiusdem montis existentes et habendas in futurum nunquam decimas exigere possent . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris

ecclesie nostre in octavis festi beati Andree apostoli, anno domini supradicto, presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Petro, Michaelle, Cosma, Johanne et aliis canonicis . .

A pecsét szederjes színi selyemsodrton függ; a chyrographum az alsó szélen van; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Veter. Budens. 31. 23. dipl. oszt. 4389. Közli: Kovács N. Ugyanott megvan a budai káptalannak szintén a fõntebbi napon kelt bizonyáglevelle, hogy viszont a margitszigeti apáczákat 1353. oct. 3-án Kéthetes és Papy nevű Bodrogvármegyei birtokokba beiktatta; dipl. oszt. 4390.

## 93.

1353. Buda. dec. 7. Tamás országbíró a szepesi káptalant megkeresi, hogy Berzeviczi Mihályt Daróczi János fia János ellen idéztesse meg.

. . capitulo ecclesie Scepusiensis comes Thomas iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie comitatusque de Thuruch tenens honorem . . vestram amiciciam . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio . . quo presente Ladislaus filius Pauli de Olsowyche vel Hericus filius Detrici de Bethlemfolua aut Demetrius filius Damiani sive Nicolaus filius Ambrosii de Hysfalua aliis absentibus homo regius, citet magistrum Michaellem filium Johannis filii Ricolphi de Brezeuiche contra magistrum Johannem filium ipsius Johannis de Dorouch, in regiam presenciam ad terminum competentem; et post hec diem et locum citacionis ac nomen citati cum termino assignato dicto domino nostro regi . . rescribatis. Datum Bude, secundo die festi beati Nicolai confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

A szepesi káptalannak 1354-ben kelt jelentésébõl, mely szerint «magister Michael in ipsa possessione Brezeviche» megidézttetett; a káptalan jelentése megvan eredetiben a N. Múzeumban a Máriássy cs. letéteményében; ugyanott megvan a nevezett káptalannak «feria secunda ante festum conversionis sancti Pauli apostoli» 1353-ban kelt bizonyáglevelle, hogy «Laurencius filius Johannis de Hysfalua pro Johanne de Dorouch ab una ac Thomas et Pouch filii Mathius de Rozkowan» peres ügyök elintézését választott bírakra bizták.

## 94.

1353. Buda, dec. 17. I. Lajos király, Szatmár vármegye ispánjait és szolgabiráit, a Semjéni Lengyel János fiának jobbágyain Kállai András által elkövetett hatalmaskodás megvizsgálására kiküldi.

Lodovicus . . rex . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zathmariensis . . Dicitur nobis in persona Leukus filii Johannis dicti Lengel de Symien, quod cum ipse feria quarta proxima post festum beati Martini confessoris nunc proxime preteritum, ad possessionariam porcionem suam in possessione Philip vocata habitam, ad exigendam (igy) decimas porcorum ex parte iobagionum suorum sibi provenientes accessisset, Andreas filius Iwan de Gallo (igy) Nicolaum filium Thome de Pozab consobrinum, Johannem de Makra, Stephanum de Erdel dictum famulos ac universos iobagiones suos de Beluk et de eadem Philip malicia preconcepta manibus armatis super ipsum destinasset, qui ipsum interficere hospiciumque suum comburere volentes equos suos et famulorum suorum abstulissent, quamdiu voluissent apud se conservassent, culpis suis non requirentibus; quare . . mandamus, quatenus unum aut duos ex vobis viros idoneos transmittatis, qui . . inquirans . . de eisdem omnimodam veritatem, et post hec . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, feria tertia proxima post festum beate Lucie virginis anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.

Zárlatán pecsét nyomásával; eredetije a Kállay cs. ltárában a N. Muzeumban.

## 95.

1353. dec. 18. Simon mester, Pozsony- s Győr vármegyék és a Bakony főispánja I. Lajos király parancsára, a Hainburgi hospeseknek Dévény városa határában fekvő szőlőikre nyert szabadságaikat és tartozásaikat rendezi.

Nos magister Simon Posoniensis, Jauriensis, Boconiensis comes . . significamus . . quod cum . . dominus noster . . Lodovicus rex . . per magistrum Lewkus aule sue militem reverendum Tot Laurencii filium nobis demandasset, quatenus cunctis

hospitibus de Hamburga super iuribus ipsorum de vineis suis in Teben porrigendis, prout domino meo regi in registro suo presentassent, et cives de Teben pociores coram domino rege Hungarie fidelitatenus confirmassent, literas nostras in confirmationis titulum donare dignaremur. Ne igitur gestarum rerum memoria procedente tempore simul evanescat et pereat, discretorum virorum prudentia consuevit acciones legitimas voce testium ac scripti testimonii confirmare, proinde universorum noticiam . . . harum serie volumus pervenire, quod hospites de Hamburga circa hereditates ipsorum in Teben et iuribus ipsorum ibidem porrigendis, iuxta registrum ipsorum et civium in Teben in hunc modum pacifice duximus libertare, ut primo tempore putacionis seu rastracionis vinearum quilibet post vreceum unum debeat dare quadraginta denarios et non plus; tempore vero colleccionis vinearum, videlicet in vindemio quilibet post unum vreceum debeat dare octuaginta denarios et non plus, quod donum hospitem vulgo nuncupatur. Vineis autem ipsorum collectis volentes expedire terragium, quod vulgariter peregrecht dicitur, tunc quitquam in propria cultura ipsis ex creverit, illud expediend (. . . .) prebeant, quod eciam collectores terragii reicere non presummant, et iterum quilibet post vreceum tenetur dare octo denarios et non plus, et quantumcunque quis tenetur expedire de terragio debet superaddere duos denarios, et non plus. Preterea quantum quis ducere voluerit de vino ad Austriam, tenetur dare semper de decem urnis vini unam urnam et non plus pro decimis, quam videlicet decimam ipsis decimatoribus de sua vera cultura ad doleum tenetur presentare, nec eandem decimatores quicumque fuerint, reicere vel recusare presummant. Item de una tunella cuiuscunque quantitatis fuerit, quilibet tenetur dare quatuor denarios sigillares, et non plus. Item quicumque voluerit ducere vina de Teben, tenetur dare decem et octo denarios in tributo de una carrata vini, et non plus. Item de una tunella ad viginti quatuor urnas, duodecim denarios, et non plus in tributo. Item de uno trinario vini similiter duodecim denarios in tributo, et non plus. Item de duodecim urnis duodecim denarios in tributo. Circa vero duodecim urnas, de qualibet urna unum denarium, et non plus. Item quicumque unam vineam emere vel



vendere voluerit, nulli quitquam dare obligatur, nisi villico de Teben suam iusticiam, prout ab antiquo dare consveverunt. Item in vendicione vel emcione vinearum nullus hominum ipsis resistat, sive ausu temerario ipsos presummat impedire. Volumus eciam et strictissime precipimus, ut predicti hospites Hamburgienses in eorum culturis et in tempore putacionis seu colleccionis procul omni impedimento et contradiccione tam in terris, quam in aquis omnes utilitates et profectus eorum libere facere possint et exercere. Ut igitur huius donacionis series salva semper et inconcussa permaneat, nec per quem nostrum in irritum valeat retractari, nostras concessimus literas nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio, feria quarta in quatuor temporibus ante festum nativitatís Christi.

I. Lajos kir. megerősíti és átírja 1360. april 26-án. Ezt átírja a pozsonyi káptalan 1387. sept. 25. s végül ezt ugyan e káptalan 1424. nov. 2-án; melynek eredetije megvan az Őrsz. Ltárban. N. R. A. 1509. 21. dipl. oszt. 4402. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

## 96.

1353. *Kálló falu részére nyugtatvány, hogy a kamarai hasznót megfizette.*

Nota, quod in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio, villam Callo vocatam in comitatu Zabolch existentem, super facto solucionis lucri camere penitus duximus expeditum. Thome.

Kis papírszeleten, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kállay cs. ltárában a N. Muzeumban, ugyanott még több ily jegyzék található.

## 97.

1354. *Buda, jan. 13. Tamás országbíró a vasvári káptalannak meghagyja, hogy Németh János és fiúere Gergely kérésére, kik a szentgotthárdi apáttal egy vitás föld miatt perben állottak, Bezeréd és Sebehadnagy nevű birtokok közt a határ megjárását eszközölje.*

..capitulo ecclesie Castriferrei comes Thomas iudex curie.. comitatusque de Turuch tenens honorem.. Noveritis, quod ma-

gister Johannes dictus Nemeth et Gregorius frater suus, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi Epiphaniarum domini, ad nostram accedentes presenciam, contra . . Petrum abbatem de Sancto Gothardo . . quasdam literas vestras reambulatorias simul et citatorias dicto domino nostro regi rescriptionales . . nobis presentavit, in quibus habebatur . . quod cum predictus magister Johannes dictus Nemeth regio et vestro hominibus acceptis, feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini proxime preterita ad faciem possessionis Sebehogfeulde (*igy*) vocate in comitatu Zaladiensi existentis, sibi per predictum dominum nostrum regem pro suis fidelibus serviciis date et collate, accessisset, ac eandem . . reambulari, reambulataque . . sibi et dicto Gregorio fratri suo statui facere voluisset, quidam officialis predicti domini abbatis de Sancto Gothardo in persona eiusdem in facie ipsius possessionis comparendo, non reambulacioni sed statucioni contradixisset prohibendo, cuius prohibicionis racionem scire vellet a domino abbate prenotato; quibus auditis . . Laurentius filius Demetrii . . pro predicto . . abbate . . exurgendo respondit eo modo, ut tempore premissae possessionarie reambulacionis, predictus magister Johannes et Gregorius frater suus quandam particulam terre ecclesie de Perno ad possessionem Bezered pertinentem, in vicinitate predictae possessionis Sebehodnogfeulde existentem ad eandem possessionem Sebehodnogfeulde reambulare et sibi statui facere voluisset, et quia prefata abbacia seu ecclesia de Perno ad ipsum . . abbatem de Sancto Gothardo spectaret et sub abbacia ipsius ecclesie de Sancto Gothardo existeret, pro eo in sua persona tempore prescriptae reambulacionis contradiccionem fecisset prenotatam, asserens, ut eadem particula terre intra metas ipsius possessionis Bezered adiaceret, ac idem abbas super facto eiusdem possessionis Bezered instrumenta haberet efficacia, que exhibere promptus esset et paratus, et ibidem quoddam privilegium Bartholomei episcopi ecclesie Vesprimiensis suo et aliorum in eodem privilegio nominatorum sigillis consignatum in anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>mo</sup> tricesimo sexto emanatum nobis presentavit, in quo habebatur: quod cum ipse dominus episcopus ecclesie Vesprimiensis (*stb. l. Zalavármegye Torténete I. köt. 10. l.*) Quo quidem privilegio exhibito et perlecto,

quia nobis et baronibus regni que nobilibus in iudicio nobiscum sedentibus pretacte possessiones Sebehodnogfeulde et Bezerec vocate ab invicem per metas et cursus metarum in prefixo privilegio domini episcopi Vesprimiensis seriose contentarum modo inferius declarando separari et distingui debere videbantur, ideo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestros mittatis homines.. coram quibus Georgius filius Salamonis vel Stephanus de Sythke aut Johannes filius Nicolai sive Bothka de Zanthou pro parte predictorum magistri Johannis et Gregorii fratris sui actorum, item Laurencius filius Stephani de Nadasd vel Johannes filius Marcy de Halastow aut Stephanus filius Oliverii de Zenthgyurgh sive Johannes filius Thome de Koppan pro parte predicti domini abbatis de Sancto Gothardo.. homines domini nostri regis, secundo die octavarum festi Pasche domini proxime venturo, ad facies predictarum possessionum Sebehodnogfeulde et Bezerec vocatarum ipsis partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus, convocatis etiam vicinis et commetaneis earumdem.. accedant, ac ibidem ipsam possessionem Bezerec per.. cursus metales in prefixo privilegio.. contentas., si ipse mete.. inveniri poterunt a prescripta possessione Sebehodnogfeulde vocata reambulent, et si ipse partes in huiusmodi reambulacione concordet fuerint, extunc cuique parcium suam possessionem statuunt pacifice possidendam.. si vero inter easdem possessiones aliqua particula terre litigiosa remanserit, tunc eandem visa eius qualitate, quantitate, utilitate et valore, deum ferendo pre oculis, regali mensura mensurando vel si mensurari nequiret visu considerando estiment regni consuetudine requirente, et post hec ipsius possessionarie reambulacionis et statucionis seriem.. domino nostro regi ad octavas festi beati Georgii.. rescribatis. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredelije a N. Muzeuumban. Ugyanott megvan Tamás országbirónak egy másik szintén 1354. kelt oklevele, mely szerint Rumi Németh János és Gergely Herthnid kapornaki apáttal is perben álltak, ki akkor midőn a Rumiak Sebehadnagyfölde nevű birtokba beiktattattak, szintén ellentmondott, mert a határjárás alkalmával a Rumiak Sebehadnagyfölde nevű birtokukhoz a kapornaki convent birtokából egy részt szintén hozzá foglalni akartak. V. ő. Zalavármegye Tört. I. köt. 35. l. Bezerédi László fia Pálnak is

pere volt a fõntnevezett Rumiakkal, kik a fõnt irt alkalommal Bezerédi Pálnak Bezdred nevű birtokából egy részt szintén elfoglaltak; I. Tamás országbíró levelét 1354-bõl ugyanott.

## 98.

*1354. jan. 18. A szepesi káptalan bizonyítja, hogy Peréni Miklós fiaí Pál, Istrán és Vincze, Vitéz Lõrincz ellen bizonyos hatalmaskodásért hamis vádat emeltek s azt mint valót megvizsgáltatták.*

.. Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . literas excellencie vestre . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . Dicitur nobis in persona magistri Laurencii de Wytez, quod Paulus, Stephanus et Vincencius filii comitis Nicolai de Peren tacita veritate huiusmodi inquisitiones contra ipsum facere procurassent, quod ipse in festo Inventionis sancte crucis nunc preterito, quendam iobagionem ipsorum Paulum nomine de Jardanfalsa in fine eiusdem repertum duobus letalibus vulneribus vulnerando semivivum relinquissent, lite pendente inter ipsos, cum tamen, prout idem Laurencius assereret, ipse in omnibus premissis innocens esset penitus et immunis. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Anda vel Michael filius Hermani, aut Johannes filius Beke de Bayor, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus decet, diligenter de premissis investigando, sciat et inquirat omnimodam veritatem, et post hec, prout vobis exinde veritas constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo sancte Lucie virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio. Nos igitur preceptis serenitatis vestre humiliter, ut tene mur, obedientes, nostrum misimus hominem pro testimonio fide dignum, videlicet Paulum presbiterum chori nostri una cum Michaelae filio Hermani homine vestro predicto ad premissa exsequenda. Qui demum . . retulerunt, quod feria tertia proxime preterita idem homo vester, dicto testimonio nostro presente, ab omnibus nobilibus et ignobilibus, quibus decuisset et licuisset, talem scivisset veritatem de premissis, quod predicti Paulus,

Stephanus et Vincencius tacita veritate huiusmodi inquisitiones contra ipsum Laurencium facere procurassent, quod ipse in dicto festo Inventionis sancte crucis quendam iobagionem ipsorum, Paulum nomine, de dicta Jordanfalva in fine eiusdem repertum duobus letalibus vulneribus vulnerando semivivum reliquisset, lite pendente inter ipsos, in quibus omnibus et singulis premissis ipse Laurencius innocens esset penitus et immunis. Datum sabbato proximo post octavas festi Epiphanie domini, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 99.

*1354. Buda, jan. 20. László császári prépost és titkos cancellár bizonyítja, hogy Annus, más néven Anglys, Tellyesprunner Otto leánya, Celen János neje, a Wel és Jensul fivérei által husz márkáért zálogba adott Kiscsütörtök nevű csallóközi birtokot Cseklézi Lököstől visszaváltotta s miután az őt illető harmadrészt megkapta, a másik két rész a két fivérnek fűntartatott.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . regis memorie commendamus . . quod Leukus filius Abrae de Cheklez personaliter coram nobis comparendo exstitit confessus . . ut ipse possessionem Kyschturtuk vocatam in comitatu Posoniensi in districtu de Chollokuz habitam, sibi iuxta seriem literarum capituli Posoniensis per Wel et Jensul filios Otthonis de Tellyesprunner pro viginti talentis denariorum latorum viennensium impignoratam cum omnibus suis utilitatibus, de voluntate dictorum filiorum Otthonis coram nobis personaliter astancium et permittencium, nobili domine sorori predictorum Wel et Jensul, filie predicti Otthonis et consorti magistri Johannis filii Alexandri filii Celen militis aule regie, Annus alio nomine Anglys vocate ab ipso redimenti pro ipsis viginti talentis denariorum promotorum latorum, scilicet viennensium, sibi, ut asseruit, per ipsum magistrum Johannem filium Alexandri in persona eiusdem domine plene persolutis ab eadem impignoratione resignasset et remisit ac resignavit coram nobis, nil iuris sibi exinde amodo

in posterum reservando. Qui quidem filii Otthonis terciam partem dicte possessionis Kyschuturtuk cum suis utilitatibus predictae domine eo modo, quo sibi iuxta series literarum regalium . . et Thome iudicis curie regie, necnon capitulo ecclesie Strigoniensis pertineret, reliquerunt coram nobis habendam et possidendam, duas vero partes eiusdem possessionis Kyschuturtuk residuas, similiter cum suis utilitatibus, predictae domine pro predictis viginti talentis denariorum suorum, predicto Leukus per ipsum magistrum Johannem filium Alexandri in persona prefate domine in redemcionem dicte possessionis Kyschuturtuk persolutorum, commiserunt titulo pignoris iuxta seriem predictarum literarum impignoratuarum ipsius capitulo Posoniensis, quibus mediantibus eadem possessio olim dicto Leukus, ut prefertur, impignorata fuisset, possidendas, eo usque donec per ipsos filios Otthonis in eisdem viginti talentis promtorum latorum viennensium redimeretur ab eodem, ut assumserunt filii Otthonis prenotati coram nobis; prefatus vero magister Johannes filius Alexandri similiter nostri in presencia in persona dicte domine sororis sue astando, quantameunque pecunie promtorum denariorum latorum viennensium quantitatem dicti filii Otthonis in numerum dictorum viginti talentorum et ad predictam rationem redemcionis ipsius possessionis Kyschuturtuk quandocunque eidem domine persolvere possent, ipsa domina recipere velle spondit ad eandem rationem ab eisdem . . Datum Bude, in quindenis festi Epiphanie domini, anno eiusdem M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> (quingagesimo) quarto.

A pecsét elveszett; eredetiye az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1889. 6. dipl. oszt. 4406. Közli: Kovács N.

100.

*1354. jan. 22. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Bátori Bereczk három fia ágán leszármazottak között, ezek bihar-, szabolcs s szatmárvármegyei birtokait három részre felosztotta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . Literas . . Thome iudicis curie vestre . . recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus hominem nostrum pro tribus

partibus infra nominatis pro testimonio fide dignum, coram quo et cum quo Ladislaus filius Blasii de Bok homo vester de curia vestra transmissus ad videndum quamdam divisionem in universis possessionibus et porcionibus possessionariis magistri Petri filii Leukus filii Briccii de Batur, Nicolai filii eiusdem Briccii, Ladislai, Georgii et Stephani filiorum Johannis, filii eiusdem Briccii de predicta Batur ubilibet existentibus et quocunque nomine vocitatis, exceptis quibusdam possessionibus Horvath, Though, Kyraltelke, Nogfolu et Sywegd nuncupatis, que per eundem magistrum Ladislaum mediantibus suis fidelissimis serviciis pro se acquisite fore dicuntur et invente, in die festi beati Thome apostoli et aliis sequentibus diebus ad hoc sufficientibus inter easdem tres partes iuxta adiudicacionem dicti comitis Thome iudicis parcium ordinarii et aliarum literarum suarum exinde confectarum continenciam fieri debendam, ad quem quidem scilicet terminum et ipsius possessionarie divisionis et aliorum negotiorum in dictis aliis literis ipsius comitis Thome sufficienter specificatorum perfeccio rationabilibus causis intervenientibus extitit protelata, unacum eisdem partibus vel ipsarum parcium legitimis procuratoribus primo ad faciem prenominate possessionis ipsarum parcium Batur principalem et capitalem, demumque ad facies prelibatarum aliarum possessionum earundem accederent et visa earum qualitate, quantitate, fructuositate, utilitate ac valore, quas ex eisdem ipse tres partes mallent ad predia seu loca habitacionum ipsarum trium parcium iuxta ultroneam voluntatem eorum, et residuas possessiones ac porciones possessionarias ipsorum cum tributo in villa Pooch vocata exigi consveto ac equacia eorum maiori, exclusa equacia Olahaly in tres dividerent partes coequales, et sic easdem possessiones ad predia et eciam alias in tres partes simul cum predicto tributo et equacia divisas, sorte posita, stratuere et committeret cuilibet parti sua predia et possessionem seu possessiones perpetuo possidendas sine preiudicio nihilominus iuris alieni, hoc specialiter declarato, quod si aliquae possessiones vel porciones possessionarie iam, ut partes coram dicto comite Thoma retulissent, in iudicium adducte vel in posterum adducende iuris de rigore ab aliqua parcium alienarentur vel alienaretur, pars vel partes in suis porcionibus quiete remanens seu rema-

nentes, si tempore litis pretextu dictarum possessionum, vel porcionum possessionariarum in iudicium, quo supra, deductarum aut in posterum deducendarum partem ad causam attractam laboribus, fatigiis et communibus expensis defendere non possent, sicque aliqua possessio vel porcio possessionaria casu accidente, quod deus avertat, alienaretur, extunc pars vel partes in quiete remanentes parti lese, et defectum patienti equivalentem possessionem vel possessionariam porcionem de suis possessionibus dare et assignare tenerentur, absque strepitu cuiusdam iudicii et sine litis altercacione, prout hec et alia in dictis prioribus literis ipsius comitis Thome parcium iudicis ordinarii modum et formam iudicarie sue deliberacionis exprimentibus, plenius et lucidius continentur, et post hec nos sepedicte possessionarie divisionis et aliorum negociorum seriem ad octavas festi Epiphanie domini tunc sequentes vestre fideliter rescriberemus maiestati. Nos igitur legitimis et congruis postulacionibus eiusdem comitis Thome ac iusticie annuentes, cum prefato Ladislao filio Blasii, homine vestro, nostrum hominem virum idoneum videlicet dominum Nicolaum sacerdotem, magistrum altaris sancte Anne matris Marie de eadem ecclesia nostra, transmissimus pro testimonio ad premissa exequenda, qui quidem homo vester tandem ad nos reversus. presente et audiente dicto testimonio nostro, nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro in predicto festo sancti Thome apostoli et alijs diebus ad id congruentibus primo accessissent ad faciem possessionis parcium Batwr prenominatae, in comitatu scilicet Zathmariensi existentis, eandemque in locis sessionalibus presentibus annotatis partibus in tres partes coequales dividentes, una pars eiusdem prout maior platea ipsius Thotzugh vocata, usque ad curiam Nicolai filii Moyus hospitis de eadem se versus septemtrionem extenderet, simul cum duabus plateis de dicta corporali platea Thotzugh derivatis, Chobeulcha inibi et Bogathulcha nuncupatis, cum universis utilitatibus iamdictarum platearum prescripto Petro filio Leukus actori, a dictaque curia annotati Nicolai filii Moyus et cum eadem similiter corporalis platea ipsius possessionis Batur supra versus septemtrionem unacum vico Pothyulcha, deindeque per quemdam alium vicum ad secundam corporalem plateam se extendentem regirando et



cum dicto vico in ipsa secunda corporali platea a plaga orientali adiacenti usque ad locum fori transiens et dimidia parte vici Wosvaryulcha nuncupati, simul cum integro vico Marheyk appellato, absque tamen uno viculo seu platea Nemesulcha vocitato, usque ad faciem eiusdem ultimi vici, pretacto magistro Nicolao filio Briccii, item alia dimidietas iamdicte platee Wasvaryulcha prout eadem ad dictum locum fori regirat, simul cum corporali platea Thotzugh prenotata, usque ad finem infra se extendens ac cum integro vico Theglasulcha nominato, preallegatis Georgio, Ladislao et Stephano filiis Johannis et parcium heredibus, facta ipsa divisione et sorte posita, cessissent perennaliter possidende. Item una particula ipsius viculi seu plateuncule Nemesulcha a fine eiusdem et a parte septemtrionis incipiendo, usque ad domum Pauli dicti Kusded, prememorato Petro filio Leukus, abindeque et cum eadem domo Pauli Kusded usque ad exitum eiusdem platee, memoratis filiis Johannis filii Briccii, alia vero linea ipsius vici a parte occidentis adiacens usque ad curiam rectoris ecclesie eiusdem ville, prelibato magistro Nicolao remansissent possidende, dictam autem curiam eiusdem rectoris ecclesie simul cum patronatu dicte ecclesie beati Georgii martyris in eadem constructe, ad communem utilitatem reliquissent. Item sex sedes maccelline in loco dicti fori et a parte porcionis ipsius Petri adiacentes annotato Petro, item quinque sedes a parte porcionis sepedicti magistri Nicolai habite cum sexta sede de porcione ipsius Petri a fine eliminata seu separata, memorato Nicolao filio Briccii, et totidem sedes maccelline similiter a parte porcionis ipsius Nicolai adiacentes, prenominate filiis Johannis filii Briccii remansissent possidende; hoc specialiter declarato, quod si tempore progressivo in loco ipsius fori aliquae reales prohibiciones vel hominum captivaciones fieri contigerint, talium prohibicionum vel captivacionum iudicatus et eciam litera birsagiorum vel quorumlibet iudiciorum ipsas tres partes communiter tangere deberent et tenerentur, si vero pretaxate reales prohibiciones vel hominum captivaciones in propriis porcionibus earundem parcium accidentaliter contigerint fieri, extunc proventus seu redditus talium prohibicionum vel captivacionum solummodo illius partis esse deberent, in cuius porcione premissa fieri contingerent modo

supradicto. Item hortos et pomeria sua eedem partes taliter inter se divisissent, quod pomerium annotati Johannis filii Briccii iam defuncti, simul cum loco sessionali Cheke condicionalis iam defuncti, annotatis filiis Johannis, pomerium vero ipsius Leukus eidem Petro filio suo, pomerium autem per dictum Nicolaum, ut dicitur, preparatum simul cum vitibus et palmitibus uvarum inibi existencium, ipsimet Nicolao habende remansissent; item ex tribus possessionibus ipsorum equaliter inter se divisiss Leuelek, Feiertho et Poch vocatis una, videlicet dicta possessio Leuelek eidem Petro et alia, utpote Feyertho filiis Johannis, tertia vero scilicet Poch, excepta quarta parte unius integri loci sessionalis circa quendam pontem a plaga septentrionali, ut refertur, adiacentis, unacum quadam particula terre impignoraticie Kazasreeth nuncupate, memorato Nicolao sub suis antiquis et novis metis remansissent possidende; ita tamen, quod duas partes tributi inibi exigi consveti de consensu atque bona voluntate dicti magistri Petri iidem filii Johannis in dicta curia, terciam vero partem ipsius tributi prelibatus magister Nicolaus ac heredes parcium perennaliter exigendi haberent facultatem; prenominatum autem locum sessionalem sic divisissent, quod de anteriori porta usque ad exitum posterioris porte in dicta curia recta dimidietas, scilicet in horto quarta pars dicti loci, ut premissum est, a plaga meridionali per signa metalia ab invicem separata remansisset filiis Johannis supradictis. Item totalem porcionem ipsorum possessionariam in possessione Rakomaz vocata in comitatu de Zabouch iuxta fluvium Thycie, ut dicitur, adiacenti, simul cum quibusdam vacuis terris Cracomaz, Dedach, que impignoraticia esset, et cum recta dimidietate Aiokteluk nuncupata pari voto et per modum pacificum cum earum utilitatibus quibuslibet et pertinentiis ac sub suis antiquis et novis metis sepedicto magistro Nicolao; e converso autem annotatus magister Nicolaus quamdam possessionem ipsorum Thyamar vocatam in eodem comitatu existentem, similiter cum quadam vacua terra Woythe nuncupata et alia dimidietate ipsius terre Aiokteluk cum universis utilitatibus et pertinentiis earumdem spetialiterque foro in eadem possessione Thyamar celebrari consveto et loco castri ac piscinis ad easdem spectantibus, necnon sub metis suis novis

et antiquis reliquisset Petro filio Leukus et filiis Johannis supradictis in filios filiorum parcium et heredum per heredes perpetuo possidendas, tali tamen condicione mediante, quod si idem magister Nicolaus tractu temporis fortassis per quempiam vel quospiam racione dicte porcionis possessionarie in Rakomas habite ad causam attraheretur, ipseque cum tribus locis sessionalibus similiter in eadem porcione existentibus ab impetitoribus expedire non valeret, sicque aliquem defectum in ipsa porcione sua in Rakomas, quo supra, habita, quod absit, ipsum pati contingeret, extunc talem defectum prescripti Petrus filius Leukus et filii Johannis de aliis porcionibus ipsorum propriis sub equali numero vel quantitate prelibato Nicolao et suis heredibus sine strepitu cuiuslibet iudicii tenerentur adimplere, sed postmodum, si ita fieri contingeret, extunc preallegata dimidietas iamdicte terre Aiekteluk in tres partes dividi deberet inter tres partes supradictas, annotati autem filii Johannis et Petrus filius Leukus annotatam possessionem Thymar in locis sessionalibus solummodo in duas partes inter se dividentes una pars eiusdem a parte orientis dictis filiis Johannis, alia autem pars seu dimidietas a parte occidentis eidem Petro filio Leukus et parcium heredibus remansissent possidenda, ita tamen, quod dictus Petrus in fine eiusdem possessionis in loco vacuo circa piscinam Feyer-mortua et a parte porcionis prelibatorum filiorum Johannis hospites in simplici platea, e converso vero iidem filii Johannis ex opposito a parte meridiei in loco vacuo hospites similiter in simplici platea pro se locandi et congregandi haberent facultatem, quadam via, in villam Zabouch ducens, partibus communiter remanente. In dicto autem loco castrum dictus magister Petrus filius Leukus a parte occidentis, prenominati vero filii Johannis a parte orientis, quando voluerint, pro se domos locabunt et ordinabunt, sed quamdam particulam terre Zanthoteluk vocatam, pro iobagionibus suis in eisdem possessionibus Tymar et Rakomaz commorantibus, dicte tres partes ad communem usum reliquissent. Item tres possessiones ipsorum ad monasterium Saruar pertinentes et in dicto comitatu Zathmariensi existentes taliter divisissent, quod possessio Kamand vocata eidem Petro, possessio vero Waley nuncupata magistro Nicolao, possessio autem Zenmartun appellata prenominatis filiis Johannis et

parcium heredibus sub suis metis antiquis et cum earum utilitatibus universis cessissent possidende. Et quia contra dictas partes pretextu earundem possessionum nunc per quosdam nobiles materia litis, ut dixerunt, mota haberetur, ideo pars, que suam possessionem in toto vel in parte ab impetitoribus per formam iuris vel quomodolibet aliter defendere non valeret, per se suum damnum pateretur et defleret, nec defectum eiusdem possessionis sue a partibus in quiete remanentibus repetere posset quoquomodo. Item possessionem ipsorum Wosvary nuncupatam et in prescripto comitatu Zathmariensi existentem in tres partes divisissent isto modo, quod una pars eiusdem in linea a plaga meridionali adiacenti a curia Nicolai filii Chemethe hospitis et cum eadem finaliter ad partem occidentalem se extendens prenominato Petro, item alia pars in linea a plaga septemtrionali adiacenti a curia Zeuke hospitis et cum eadem curia similiter ad partem occidentis se extendens, annotato magistro Nicolao, sed tertia pars eiusdem possessionis a curiis prelibatorum Nicolai filii Chemethe et Zeuke hospitem in ambabus lineis seu plateis a parte orientis simili modo se finaliter extendentibus, pretactis filiis Johannis filii Briccii sub signis metalibus et sorte posita cessissent possidende ipsis et eorum heredibus perenniter et irrevocabiliter. Item quamdam possessionem eorum Fabianhaza in pretaxato comitatu Zathmariensi, ut refertur, habitam similiter in tres partes dividentes, una pars seu porcio ipsius a curia Michaelis filii Petri dicti Selus hospitis et cum eadem in linea a parte occidentis versus meridiem similiter se extendens, et ad secundam lineam ad partem orientis girando usque ad quamdam arborem ilicis, ex opposito sanctuarii ecclesie beati Benedicti abbatis in eadem fundate stantem et existentem, dicto Petro filio Leukus, alia vero pars a dicta arbore incipiens in eadem linea a parte occidentali adiacenti versus septemtrionem finaliter se extendens, sepedictis filiis Johannis, tertia vero pars iamdicte possessionis in eadem linea a parte occidentis a fine usque ad curiam prenominati Michaelis filii Petri se extendens, prelibato magistro Nicolao et per eum heredibus cessisset possidenda. Item possessionem eorum Euchud (*igy*) vocatam rursus in tres partes dividentes una pars ipsius in linea a parte meridiei existens, a curia Nicolai dicti Kalamar et

cum eadem finaliter ad partem occidentis se extendens, pre-  
 memorato Petro filio Leukus, secunda vero pars eiusdem in  
 linea a parte septemtrionis habita, a fine usque curiam Johannis  
 filii Boxa hospitis, annotato magistro Nicolao, tertia autem pars  
 a dicta curia Johannis filii Boxa et cum eadem usque ad finem  
 eiusdem lineae a parte septemtrionis regirandoque seu ad aliam  
 lineam saliendo, a parte meridiei ipsa alia linea usque ad curiam  
 prescripti Nicolai dicti Kalamar memoratis filiis Johannis et  
 parcium heredibus cessissent possidende; castrum vero ipsorum  
 similiter Echud nuncupatum communiter pro se reliquissent  
 habendum et possidendum. Item possessionem eorum Bankney-  
 tereme vocitatum similiter in tres partes divisissent, quarum  
 una in linea a parte septemtrionis adiacenti a curia Pauli  
 carpentarii hospitis et cum eadem versus plagam occidentalem  
 similiter se extendens, dicto Petro filio Leukus, altera vero pars  
 ab eadem curia et in dicta linea ad partem orientis similiter se  
 extendens et ad aliam lineam a parte meridiei adiacentem sub-  
 intrans cum uno vacuo loco sessionali usque ad quamdam me-  
 tam ligneam inibi subterrata, prenominatis filiis Johannis, sed  
 tertia pars ab eadem lignea meta et curia vacua in linea a parte  
 meridiei, quo supra adiacenti, versus plagam occidentis se fina-  
 liter extendens, antedicto Nicolao cessisset perennaliter possi-  
 denda, terras vero arabiles, prata, silvas, nemora, fluvios, pisci-  
 nas et quoslibet alios ususfructus et utilitates necnon patro-  
 natus ecclesie in eisdem possessionibus, et porcionibus possessio-  
 nariis perennaliter, ut premissum est, inter partes in tres partes  
 divisissent et distinctis tam pro se ipsis quam pro iobagionibus  
 suis prorsus et per omnia ad communem usum reliquissent, hoc  
 specialiter declarato, quod quelibet parcium in propriis porcio-  
 nibus suis loca sessionalia pro advenientibus hospitibus ampli-  
 andi et vias ubi necessarium fieret aperiendi dictosque hospites  
 locandi facultatem haberent, contradiccione aliarum parcium  
 non obstante. Ordinatum eciam extitit per partes supradictas,  
 quod si que porciones possessionarie, nunc apud ipsos habite,  
 temporis in processu per quempiam vel quospiam, quorum  
 dicte porciones fore dignoscuntur, ab ipsis communiter vel  
 divisim redimerentur, extunc redemcionis pecunia equaliter inter  
 ipsos dividi deberet sine longa et fatiga aliquali, patronatum

autem monasterii beate virginis de Adon, videlicet locum sepulture generacionis Guthkeled, simulcum porcione eorum in possessione similiter Adon vocata et circa idem monasterium existenti, similiter ad communem usum reliquissent partes supradicte, porciones autem ipsorum possessionarie in novem possessionibus ipsorum Abram, Kenez, Kokath, Enchench, Wencheleu, Leta, Lugas, Bud et Nyreghaz vocatis in comitatibus Zabouch et Zathmar ac Bihor, ut refertur, existentibus habitas, non perennaliter sed adhuc usualiter sepedicte partes in tres partes divisissent istomodo, quod dicta possessio Kokath cum porcionibus possessionariis in eisdem possessionibus Abram et Kenez habitis prenominato Petro, annotata vero possessio Wencheleu cum porcionibus possessionariis in eisdem possessionibus Letha et Enchench existentibus dicto Nicolao, sed possessiones Bud et Lugas cum porcione in dicta possessione Nyreghaz habita prelibatis filiis Johannis sub distincionibus metarum et cum earum utilitatibus universis prelibatis filiis Johannis et parcium heredibus cessissent possidende, silvas tamen dictarum possessionum Lugas et Enchench ipse partes de necessitate pro se et iobagionibus ipsorum ubilibet existentibus ad communem usum reliquissent; et quia prenominate possessiones et porciones possessionarie sic usualiter divide adhuc mobiles haberentur et quidam nobiles de generacione ipsarum parcium iura in eisdem se habere allegantes, suas porciones requirere intenderent ac per formam litis investigare, ideo si qua pars contra impetitores racione porcionum suarum per formam iuris defendere se non valens in dictis suis porcionibus aliquem defectum pateretur, extunc altera pars vel partes dicte parti defectum et damnum patienti de ipsorum porcionibus equivalenter dictum defectum supplere tenerentur, sed tamen quamprimum aliqua parcium simili modo per formam iuris vel quomodolibet aliter suos impetitores vel licium motores evadere posset et dictas porciones suas in toto vel in parte valeret exhonerare, extunc talis pars prelibatam suam porcionem exhoneratam mox a die ipsius exhoneracionis vel evasionis, usque ad quindenas eiusdem diei absque strepitu cuiuslibet iudicii et sine omni altercacione perennali divisioni apponi deberet communiter et equaliter inter partes, ita videlicet, quod huiuscemodi

divisionem in tali exonerata porcione vel porcionibus, quo supra, fiendam nec literis regalibus, nec reginalibus, nec ducatus, nec eciam occasione exercitus vel aliquo alio colore quesito prorogare vel prorogari faceret pars aliqualis. Datum in die festi sancti Vincencii martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 841. 16. dipl. oszt. 4407. Közli: Kovács N.

## 101.

*1354. Buda, jan. 25. I. Lajos király a jászói conventnek megparancsolja, hogy Felsőasguthi Moch fídt Miklóst Alsóasguthi Bud fia László ellen, ennek jobbágyain elkövetett hatalmaskodásért, a megejtett vizsgálat után a király elé idézze meg.*

Lodovicus . . rex . . conventui de Jazow . . Dicitur nobis in persona Ladislai filii Bud de Asguth inferiori, quod Nicolaus filius Moch de Asguth superiori, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris in anno proximo elapso preteritum potencialiter ad domum Laurencii filii Egidii famuli sui veniendo, ipsum Laurencium famulum suum graviter verberari et vulnerari fecisset nullis culpis suis requirentibus. Super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Simon filius Agustini vel Ladislaus filius Kendyz aut Michael filius Nicolai de Nyra sive Nicolaus filius Simonis aliis absentibus homo noster, scita et inquisita super premissis omnimoda veritate, citet predictum Nicolaum filium Moch contra predictos Ladislaum filium Bud et Laurencium famulum suum in nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius inquisitionis et citacionis nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Csicsery ca. ltárában. Közli: Márki S.

## 102.

1354. jan. 27. I. Lajos király, anyja kérésére a budai káptalan ama privilegialis oklevelét, mely Gerse, Alsár és Sárfinizdo vasvármegyei és Derze nevű verőczevármegyei birtokoknak az ó-budai klarissák részére történt adományozására vonatkozik, helybenhagyja és megerősíti.

Lodovicus.. rex.. ad universorum noticiam.. volumus pervenire, quod.. Elizabet.. regina.. nostra genitrix.. quasdam literas privilegiales.. capituli ecclesie Budensis super legatione et donacione quarumdam possessionum, Gelsa, Olsar, Sarfeumezadow in Castriferrei et Derze in Vereuche comitatibus existencium, per nobilem dominam Margareta nuncupatam filiam Ladislai filii Andree filii Chapou, consortem scilicet magistri Pauli dicti Magyar, pro sue et parentum suorum animarum salute, sororibus sanctimonialibus ordinis beate Clare virginis de claustro virginis gloriose per eandem dominam reginam de novo in Veteri Buda constructo (. . . .) emanatas tenoribus infrascripti, nostre maiestati presentavit, petens nos pro eisdem maternali pio cum fervore, ut ipsas acceptare, approbare et ratificare ac pro eisdem sororibus sanctimonialibus nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est: Capitulum Budensis ecclesie (*l. fõntebb 83. sz. a.*). Nos igitur maternis petitionibus in hac parte filialiter inclinati, predictas literas privilegiales dicti capituli Budensis, super lega(liter d)onatis possessionibus premissis, dicto claustro et sororibus sanctimonialibus in eodem deo iugiter famulantibus factis, emanatis, invenientes ipsas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum presentibus insertas, simulcum toto tenore earundem acceptamus, approbamus et ratificamus, ac de regie potestatis plenitudine, consilioque et continencia omnium prelatorum et baronum nostrorum, ex certa sciencia serenitatis nostre, pro eodem claustro et sororibus sanctimonialibus de eodem perpetuo valere confirmamus, presentis privilegii nostri patrocinio mediante salvis iuribus alienis, imo huiusmodi possessionarie legacioni et donacioni, per prefatam nobilem dominam consortem dicti magistri Pauli premissis modo facte, nostrum regium consensum prebentes adhibuimus et assensum. In cuius rei memoriam firmi-



tatemque perpetuam, presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri et autentici munimine roboratas. Datum per manus . . Nicolai . . episcopi Zagrabienensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto, sexto kalendas Februarii, regni autem nostri anno tredecimo . . Nicolao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Dionisio Colocensi et Dominico Spalatensi archiepiscopis, Nicolao Agriensi, Demetrio Varadiensi, Andrea Transsilvano, Colomano Jauriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Michaelae Vachien-  
 ensi, Johanne Vesprimiensi, Thoma Chanadiensi, fratribus Thoma Sirimiensi, Peregrino Boznensi, Stephano Nitriensi et Blasio Tinniniensi ecclesiarum episcopis . . Nicolao palatino et iudice cumanorum, Cykou magistro tavarnicorum nostrorum, Nicolao voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, comite Thoma iudice curie nostre, Andrea de Machow et Nicolao de Zeurino banis, Oliverio iudice curie reginalis, Nicolao magistro tavarnicorum eiusdem, Dionisio agazonum, Leukus dapiferorum et Thoma ianitorum nostrorum magistris, necnon Simone filio Mauricii comite Posoniensi . .

Hártyán, zöld és veres selyemzsinóron függő félig ép pecséttel; eredetiye a gr. Festetics cs. Itárában Keszthelyen; Castriferrei 37.

---

 103.

*1354. febr. 1. Péter aradi prépost a a káptalan elismerik, hogy Szeri Pósa fia Miklós, Morowa nevű halas-tó használatdért husz forintot megfizetett.*

Petrus prepositus et capitulum ecclesie Orodien-  
 sis, memorie commendamus, quod vir nobilis magister Nicolaus filius Pouse de Zer, de piscina ecclesie nostre Morothua vocata, quam a nobis servat conductive, solvit viginti florenos; unde nos eundem super tali solucione reddidimus liberum et expeditum, vigore presencium mediante. Datum sabbato proximo ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetiye Keszthelyen a gr. Festetics cs. Itárában; Ignota Miscell. 45.

104.

*1354. Buda, febr. 2. I. Lajos király, a magvasszakadt Andich több csallóközi birtokát Kont Miklósnak és testvérének adományozza.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos pensatis fidelitatibus . . magnificorum virorum Nicolai voivode Transilvani et comitis de Zonuk ac Leukus dapiferorum ac pincernarum nostrorum magistris, filiorum scilicet quondam magistri Laurencii sclavi, quibus ipsi . . nostre maiestati studuerunt complacere . . pro quibus quidem suis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis, licet ipsi multo maiora et ampliora a nobis mererentur, ut tamen eorum serviciis et fidelitatibus ad presens aliquantisper respondere videamur, universas possessiones et possessionarias porciones ac alia quelibet iura quondam Anduch filii Petri filii Farcasii hominis sine herede decedentis ubilibet existentes et habita, specialiter possessiones eiusdem Ogya, Tarnuk, Kysaztal, Wyfalu, Reen, Wyvasarhel, Eghazasmagary, Nemetfalu, Abany, Ilka, Wata et aliam Wata, Filkeiakaphaza et Zolgageur vocatas in comitatu Posoniensi in Chollokuz existentes ac molendina et loca molendinorum eiusdem in fluvio Bouldur vocato ante villas Magary et Kukinzor existencia, cum piscinis usonum ipsius in eodem fluvio ante predictam villam Ilka existentibus, que, predicto Anduch volente deo heredum solacio exorbato, manibus nostris regiis, ex comprobatissima regni nostri consuetudine lege requirente, sunt devolute, cum omnibus ipsorum utilitatibus . . nove donacionis nostre titulo eisdem Nicolao voivode et magistro Leukus ac ipsorum heredibus et successoribus universis . . contulimus . . irrevocabiliter possidendas . . sine preiudicio iuris alieni. Non obstantibus aliquibus literis nostris sub quacunque forma, quibuscunque personis super donacione ipsarum possessionum vel aliquarum ex eisdem concessis, per quas effectus huiusmodi donacionis nostre impediri posset quomodolibet vel differi, quas quo ad hoc tenore presencium irritamus, vacuumus et nullius esse decrevimus firmitatis, hoc declarato, quod si nos dictas possessiones pro commodo nostro utiles fore conspexerimus et ab eisdem auferre voluerimus, non aliter nisi datis vel cum propria nostra pecunia comparatis similibus possessionibus pro

eisdem possimus auferre a voivoda et magistro Leukus prenotatis. . Datum Bude, in die Purificacionis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 9. 3. dipl. oszt. 4409. és ugyancsak I. Lajos királynak 1360. mart. 26-ki átíratában is, dipl. oszt. 4908. Közli: Kovács N. Ugyanott megvan I. Lajos király levele 1354. mart. 2-ről, mely szerint Kont Miklós és testvére Lökös, Andich Péter özvegyének hitbér és hozomány fejében ötven márkát megfizettek. Dipl. oszt. 4492.

## 105.

*1354. Buda, febr. 20. Tamás országbíró előtt Bicskei Darabos Péter bán fia Miklós, bicskei birtoka harmadrésze felét adójával együtt, Veres Mihálynak trencsényi várnagynak negyven forintért elzálogosítja.*

Nos comes Thomas iudex curie . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus, quod magistro Michaele rufo castellano de Trenchyn ab una ac Nicolao dicto Darabus filio Petri bani de Bykche parte ab altera personaliter coram nobis constitutis, propositum extitit per eundem Nicolaum dictum Darabus . . quod ipse a magistro Michaele predicto pro sublevandis quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens urgentibus, super possessionariam porcionem suam in dicta possessione Bykche vocata habitam, videlicet super tertia parte medietatis ipsius possessionis Bykche ac tertia parte medietatis tributi in eadem exigere consveti, quam idem magister Michael rufus a nobis velut iudice pro tertia parte septuaginta marcarum per ipsum redemptam fore exhibicione literarum nostrarum patencium, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> emanatarum declaravit, quadraginta florenos bonos aureos recepisset, imo eosdem quadraginta florenos plenarie et integre recepit coram nobis, ab eodem magistro Michaele redimere posset atque valeret, tunc idem magister Michael eandem sibi ad redimendum dare teneretur occasione qualibet pretermota. Datum Bude, feria quinta proxima ante dominicam Estomihi, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Nyitrazerdahelyi cs. Ltárában.

## 106.

*1354. febr. 20. Szombathely város bírája és esküdtjei bizonyítják, hogy Litár János polgármesterük végrendeletileg Erzsébet nejének megengedé, hogy a Gyöngyös-utczában levő földje árából, lelke üdvére egy márkára valót elzlogosíthasson.*

Nos Bartholomeus vilicus et duodecim iurati de Sabaria . . significamus . . quod Johannes dictus Lytar concivis noster fuisset compos sue mentis (. . . . .) sub forma testamenti pro refrigerio sue anime de precio sui fundi in platea Gingus Ulcha existenti, unam marcam legavit et assignavit domine Elizabeth consorti sue karissime tali modo, quod quandocumque predictam dominam necessitas compelleret, extunc eundem fundum pro una marca et non pluribus cuicumque voluerit impignorare habebit facultatem, absque contradiccione aliquali. Datum feria quinta proxima ante dominicam Esto Michi, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján kerekded pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Valamely avatatlan kéz a XVII-ik század végén ezt jegyezte az oklevél hátlapjára: «Apparet, quod Szabar olim fuerat libera villa» a zalavár-megyei Szabar falut értvén alatta.

## 107.

*1354. Buda, mart. 5. Tamás országbíró előtt az egyház és országnagyok bizonyítják, hogy a Guthkeled nemzetségbeli János fiai és Bertalan fia, Omode fia Miklós bán unokájával Jánossal, Felső-Lyndva nevű közös birtokon egy őstől származtak s hogy az utóbbi ezt kizárólag bírja, holott abból amazoknak is egyenlő osztályrészt járna.*

Nos comes Thomas index curie . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem, memorie commendamus, quod nobis unacum . . Nicolao archiepiscopo Strigoniensi, locique eiusdem comite perpetuo, Nicolao episcopo Zagrabiensi, auleque regie vicecancellario . . Nicolao palatino et iudice comanorum, Nicolao voivoda Transilvano comiteque de Zonuk, Andrea bano de Machou, Thoma filio Petri magistro ianitorum regalium, ma-

gistrisque Johanne filio Gelety castellano de Boyumuch, Stephano et Georgio filiis Dominici dicti Bubek comitibus Lyptouiensibus, Dionisio et Nicolao filiis condam Stephani bani filii Lachk, Paulo de Vgal condam bano, nunc vero prothonotario nostro et castellano de Bezterche ac Nicolao de Theremhegh, similiter prothonotario dicti domini Nicolai palatini, nec non Michaelae Rufo vicepalatino aliisque complurimis regni nobilibus, tercia feria proxima post dominicam Invocavit in sede nostra iudiciaria sedentibus, causalesque processus quorumlibet litigancium moderamine iuris discucientibus magistri Omodeus et Stephanus filii Johannis filii Lothardi de genere Guthkeled suis, Lothardi ac Nicolai fratrum ipsorum uterinorum, nec non Stephani filii Bartholomei fratris ipsorum patruelis in personis, ad nostram accedentes presenciam per modum protestacionis nobis significare curaverunt, quod Lothardus, Ompod et Omodeus filii Omodei Nigri de Lyndua fratres fuissent uterini, et in una divisionali generacionis linea extitissent ac de possessione Lyndua predicta primariam propagacionem et originem duxissent, predictusque Lothardus avus ipsorum extitisset, et ipsi nepotes essent Lothardi prenotati, quam quidem possessionem Lyndua cum aliis universis possessionibus et possessionariis porcionibus eorundem, de quibus nunc eis divisio racione premisse linee generacionis et fraternitatis provenire deberet, ipsi Lothardus, Ompod et Omodeus filii Omodei Nigri usque vitam ipsorum unanimiter possedissent et tenuissent, usus fructus et utilitates eorundem conformiter percipiendo, ipsoque Omodeo divino vocante iudicio . . . viam universe carnis ingresso, Nicolaus banus filius eiusdem Omodei propter sue potencie excellenciozem emnenciam vite sue comite existente tenuisset et possedisset, de quibus infinitarum et innumerabilium rerum proventus sumsisset et percepisset, ipsi vero de ipsis rebus et possessionibus, excepta quadam possessione Marzalteu vocata, imparticipes extitissent, nec divisionem ipsis congruentem ab ipso Nicolao bano et demum Nicolao filio eiusdem Nicolai bani habere potuissent, nunc vero ipso Nicolao filio Nicolai bani de medio huius seculi sublato, magister Akus filius Mykeh bani, cui nobilis domina relicta ipsius Nicolai filii Nicolai bani nupsisset, sub nomine Johannis filii eiusdem Nicolai filii Nicolai bani pueri in tenera

etate constituti, indebite et iniuste conservaret, nec de ipso Johanne filio Nicolai filii Nicolai bani, eo quod propter regiam specialem gratiam sibi literis suis mediantibus ob puerilem suam etatem concessam, per magistrum Akus predictum quesitam pro possessionariis iuribus ipsorum conservandis, quedam cautele resisterent et continue obviarent, divisionem obtinere valerent, unde ipsi porciones ipsorum possessionarias in forma divisionis ratione premissae propaginis eisdem proveniendas, ab ipso Johanne filio Nicolai filii Nicolai bani per viam iusticie rehabere vellent consuetudine regni exposcente, petentes nos ipsi magistri Omodeus et Stephanus, ut ipsos prelatos, barones et nobiles regni iuridice requisitos haberemus, ut qualem scirent de ipsorum cognacionis attinencia veritatem consciencie fateantur. Qui quidem prelati, barones et nobiles regni in nostra sede iudiciaria iuris rigorem et iusticie equitatem una nobiscum pandentes, per nos iuridice requisiti hoc, quod predicti Ompod, Lothardus et Omodeus filii fuissent Omodei Nigri et in una extitissent uterina fraternitate, originemque et primariam propagacionem de ipsa possessione Lyndua duxissent et habuissent, predictique Omodeus, Stephanus, Lothardus et Nicolaus filii Johannis et Petrus (*igy*) filius Bartholomei nepotes essent Lothardi pretaxati, ipsamque possessionem Lyndua ac alias eorum possessiones dicti tres fratres uniformiter tenuissent, usus et utilitates eorundem unanimiter percipiendo, ex eoque de ipsa possessione Lyndua et aliis possessionibus dictorum filiorum Omodei Nigri dictis Omodeo, Stephano, Nicolao et Lothardo filiis Johannis, nepotibus dicti Lothardi, equalis divisio provenire deberet, voce unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In quorum assercionis testimonium iidem Omodeus et Stephanus sibi et dictis fratribus ipsorum presentes a nobis conferri postularunt, quas nos eis concessimus communi iusticia exigente. Datum Bude, secundo die termini prenotati, anno domini Millesimo, trecentesimo quinquagesimo quarto.

Pelsőczy Bebek Detre nádornak «magister Johannes dictus Wrdugh filius Stephani de Bews» kérésére 1402. apr. 19. Visegrádon kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 9. 1. dipl. oszt. 4414. Közli: Kovács N.

*1354. mart. 5. A szepesi káptalan előtt Csetneki Benedek fia Péter, ki Püsztoi Domokos fia Istrán megöletésével vádoltatott, ez ügyben költségei fedezésére Csetneki Benedek unokájának Csetneki László fiának Miklósnak három birtokát, bizonyos feltételek mellett kétszáz márkáért zálogba adja.*

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . significamus . . quod magister Petrus filius Benedicti de Chythnik ad nostram personaliter accedens presenciam exstitit confessus . . quod quia causas suas cum magistro Dominico magno de Pastoh occasione interfeccionis Stephani filii eiusdem magistri Dominici, de qua interfeccione ipse magister Petrus fuisset inculpatus, habitas, ad noticiam omnium baronum regni Hungarie in multimodis expensis et solucionibus non nisi in propria pecunia suorum annualium reddituum, verum eciam de pecunia aliunde accomodata de necessitate et ut caput suum redimere potuisset, gerere et expedire opportuisset, idcirco possessionarias suas porciones universas in dicta Chythnik adiacentes ac alias duas possessiones suas Alswoohfalua et Slaushaza vocatas cum omnibus suis utilitatibus . . magistro Nicolao filio Ladislai filii dicti Benedicti de eadem Cythnik, pro ducentis marcis grossorum Budensium numeri in prompta pecunia per ipsum Nicolaam eidem Petro pro expedicione dictarum causarum, redemcione capitis sui et solucionibus predictis accomodatis impignorasset . . eo modo, quod si per divisionem inter ipsos et fratres ipsorum patruales de novo habendam, dictum pignus ab ipso magistro Petro alienari contingerent, extunc in qualitate, quantitate et valore dictarum possessionariarum porcionum et possessionum alias possessionarias porciones et possessiones ad ipsum de novo devolvendas, idem magister Petrus eidem magistro Nicolao pro dictis ducentis marcis statuere et assignare teneretur, imo idem magister Nicolaus se de eisdem intromittendi liberam haberet facultatem eo ipso, contradiccione ipsius magistri Petri et aliorum quorumlibet non obstante; nihilominusque idem magister Petrus ac sui liberi, ipsas possessionarias porciones in dicta Cythnik in dictas duas possessiones pro dictis ducentis marcis in prompta pecunia nulla intermixta estima-

cione redimere vellent atque possent, redimendi liberam haberent facultatem. Si vero ante decessum ipsius magistri Petri ipse possessionarie porciones et possessiones casu accedente non redimerentur, extunc fratres sui patruales ipsas non aliter nec pro ducentis marcis in parata et prompta pecunia, ut ipse haberit, redimere optinereque possint atque sufferre a dicto magistro Nicolao et successoribus eiusdem. Datum feria quarta ante dominicam Reminiscere, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban 1537. 79. dipl. oszt. 4412. Közli: Kovács N.

## 109.

*1354. mart. 14. Egyed bozói prépost, a lakosaiból kipusztult Bozok helységét benépesítendő, a leteleplőknek előnyös föltételeket szab és nekik terjedelmes szabadságot biztosít.*

Nos . . Egidius divina miseratione prepositus conventusque fratrum ordinis premonstratensis ecclesie de Bozouch beatissimi regis Stephani . . ad universorum noticiam . . cupimus devenire . . quod cum nos videntes desolationem predictae ville nostre Bozouch carentemque multitudine populorum, eidem animo prebuimus compassivum, ipsamque villam ad statum et valorem reformare et revocare summopere cupientes, eam quoque multitudine hominum volentes decorare, ut ex eo divine laudis preconia in prefata ecclesia feliciter auferentur, de nostro universali consilio ac matura deliberacione nostrorumque superiorum prelatorum de consensu et voluntate, singulis et universis hominibus in predicta villa Bozouch nobiscum manere volentibus, tales nostras infrascriptas conferimus libertates iuxta ritum et consuetudinem ac tenorem antiquarum literarum (. . . .) um. Videlicet quicumque noviciorum hominum sive iobagionum ad dictam villam Bozouch venirent causa commorandi in eadem, integrum terragium videlicet sexaginta iugera mensurati possidebit unusquisque iobagionum, tali condicione interiecta, quod ii, qui ad areas sive ad fundos, id est ad domos non edificatas et ad incultos agros se locaverint, sex plenorum annorum liberta-



tem a nobis obtinebunt pacifice et quiete, ii vero, qui ad edificatas domos et cultos agros se locaverint, unum integrum annum libertatis a nobis obtinebunt quolibet scrupulo fraudis ac doli procul moto; his vero utrisque libertatibus expiratis, unusquisque ipsorum in dicta villa Bozouch considencium unum integrum terragium seu sexaginta iugera possidens solvet nobis unum fertonem argenti communis ratione consveti census, singulis festis sancti Michaelis. Item in tribus festivitibus, videlicet in Nativitate domini et in Pascha et in Pentecosten tota villa universaliter tenebit dare consveta munera, iuxta exigenciam sue facultatis. Item ii, qui sine solacio heredum decederent seu morentur, disponendi sive legandi de rebus ipsorum universis liberam habebunt facultatem. Preterea dicti iobagiones de predicta villa Bozouch recedere volentes, venditis rebus suis pro ipsorum velle recedant clara luce. Item villicum seu iudicem tota villa divites eque et pauperes eligendo ordinabunt, qui omnes causas ipsorum iudicabit, preter furta, homicidia, incendia, que nostre iurisdictioni cedant iudicanda, due partes istorum trium iudiciorum nostre cedant iurisdictioni, tertia vero ad iudicem pertinebit. Item si contigerit . . sive intra regnum seu extra regnum mores et ritus hospitem provincialium nostrorum observabunt in solvendo. Ut autem pretacta libertas (. . . .) tates rato grato robore perpetue muniatur, nostri appensi sigilli, cum appensione sigilli civitatis Corpone, presentes literas fecimus roborari. Acta et data sunt hec in presencia Cristiani dicti Farkas iudicis in Corpona, Johannis antiqui iudicis, Cristani, Henrici, Pognicei i(urat)orum ac aliorum virorum fidedignorum in predicta civitate plurimorum, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, feria sexta proxima ante dominicam in quadragesima, qua cantatur Oculi.

Két pecsét nyomaival, az egyik zöld selyemszállakon függött, fakó, alig olvasható eredetije az Orsz. Ltárban. Coll. Tyr. 14. 55. dipl. oszt. 25117. Közli: Kovács N.

## 110.

1354. Buda, mart 19. I. Lajos király, Körmend városa polgárait és vendéglakóit, Vas- és Zalavármegyékben régi szabadságaik alapján, minden vámfizetéstől menteseknek nyilváníta.

Lodovicus.. rex.. comitibus comitatum Castriferrei et Zaladiensis necnon vicecomitibus eorumdem presentibus et futuris quibus presentes ostendentur salutem et gratiam. In literis privilegialibus.. Karoli.. regis.. per Jacobum filium Ostorman ac Dominicum filium Emerici iuratos de Kwrmend nobis exhibitis vidimus contineri, quod cives seu hospites nostri de predicta Kurmend hanc habeant libertatem, quod in predictis comitatibus Castriferrei et Zaladiensi de eorum rebus nullum tributum solvere teneantur, et ut nobis fertur per eosdem, quod vos parvipendentes easdem literas contra libertatem eandem tributum seu thelonium ab ipsis et a rebus ipsorum exigitis et exigi facitis contra libertatem prenotatam. Quapropter fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus a predictis civibus seu hospitibus nostris de Kurmend ac de rebus ipsorum nullum tributum seu thelonium exigere vel exigi facere presummatis, sed eosdem prout libertas eorum requirit, pacifice et absque exaccione alicuius tributi transire liberos et procedere permittatis, et aliud pro nostra gracia non facturi in premissis; hoc idem iniungimus castellanis vel vice-castellanis in predictis comitatibus constitutis et existentibus, dantes eis firmis sub preceptis prout eciam omnia premissa in literis domine regine genitricis nostre karissime annulari sigillo suo consignatis expresse vidimus contineri. Datum Bude, feria quarta proxima ante dominicam Letare, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hártyán, hátlapján gyűrűs pecséttel, alatta e szavak: «relacio Thome filii Petri»; eredetije a gr. Erdődy- cs. galgóczi ltárában. 83. 6. 5. Közli: Öváry Lipót.

## 111.

*1354. mart. 25. Az egri káptalan előtt Katalin, néhai Abrami Márk leánya, Geley Demencs fia Vörös András özvegye, saját és édesanyja lednynegyedi illetőségét Miklós, János és Péter fiaira ruházza át.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod nobilis domina relictæ Andree Rufi filii Demencs de Geley et filia Mark condam de Abram villa nobilium, Katerina vocata, in die festi Annunciacionis beate virginis, anno videlicet Nativitatis domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto in nostri presencia personaliter comparendo dixit. . . quod quia Nicolaus, Johannes et Petrus filii sui sibi pre ceteris natis suis complacere negociaque sua humiliter et sagaciter ac cura pervigili subportare studuissent et nunc subportarent indesinenter, ob hoc ipsa tum in tot et tantorum beneficiorum recompensacionem et tum pro dileccione filiali et sue proprie quarte filialis et eciam quarte filialis condam nobilis domine matris sue filie Wechkulyn de Gezth requisiciones, quas ipsa iure nature et de huius regni consvetudine de universis possessionibus et porcionibus possessionariis Laurencii et Nicolai filiorum Johannis filii eiusdem Wechkulyn ac Petri filii Nicolai filii predicti Mark habere posset et optinere, prenominatis filiis suis presencium vigore faciendas, requisitasque et reoptentas pro se ipsis et heredibus eorundem perennaliter retinere posse et debere commisisset et commisit coram nobis, tali tamen condicione interiecta, quod preallegati filii sui communiter et divisim sibi usque ad vitam suam in victu et amictu condecenter providere, et tandem post obitum suum pro refrigerio anime sue elemosynarum distribuciones facere deberent et tenerentur de suis bonis et dictis rebus requisitis, ubi prenominati Nicolaus et Petrus filii Andree suis et memorati Johannis fratris ipsorum in personis petitionem et voluntatem dicte nobilis domine matris eorum animo benivolo se facturos sponponderunt. Datum die et anno prenotatis.

Hátlapján pecsét nyomaival, eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1537. 81. dipl. oszt. 4416. Közli: Kovács N.

*1354. Buda, mart. 29. Tamás országbíró, Úröm pilismegyei birtokot a budai káptalan ellenében, hosszabb perlekedés után Erzsébet királynénak ítéli.*

Nos comes Thomas iudex curie . . regis . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod nobis in octavis festi beati Martini confessoris in anno proxime elapso preteritis, unacum baronibus regnique nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus et causales processus quorumlibet litigancium iusto iuris tramite discucientibus, magister Jacobus curie regie notarius pro . . Elizabet regina . . ad nostram accedens presenciam, quasdam duas literas nostras iudiciales contra capitulum ecclesie Budensis nobis presentarat, in quibus habebatur evidenter, quod primo ipsum capitulum ecclesie Budensis ad octavas diei Cinerum tunc proxime preteritas et demum ad octavas festivitatis Omnium Sanctorum similiter tunc elapsas, contra ipsam dominam nostram reginam in facto contradiccionis statucionis possessionis Ewren vocate sine crastinacione responsurum, in nostram presenciam non venisset nec misisset, se in iudiciis aggravari permittendo; et ibidem eciam alias literas nostras, modum et formam iudicii nostri exprimentes ac . . Ladislai prepositi ecclesie Chazmensis comitis capelle et secretarii cancellarii . . regis rescripcionales demonstrarat expresse declarantes, quod cum domina nostra reginã Albrecht civem Budensem et capitulum ecclesie de Veteri Buda, ob contradictoriam inhibicionem statucionis cuiusdam possessionis Ewren vocate in comitatu Pilisiensi existentis, tempore recaptivacionis eiusdem nomine iuris reginalis maiestatis, mediantibus regio et dicti capituli Budensis hominibus iuris ordine recaptivate, per eosdem factam, legitime citacionis modum observando contra se in regiam presenciam in causam attraxisset ipsaque causa inter partes diversis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, ad feriam secundam proximam post vicesimum secundum diem festi Pasche domini proxime tunc preteriti dilative devenisset, ipso tandem termino occurente Jacobo literato pro domina nostra regina . . astante, racionemque premissa prohibicionis per eosdem Albrecht et capitulum Budense assignari

postulante, predictus Albrecht nostri in presencia personaliter comparendo dictam possessionem Ewreen totam suam vigorosorum instrumentorum robore fore et esse, sicque in pleno dominio eiusdem a tempore, quo ipsa ad eum de iure devenisset pacifice et sine motu aliquali et neminem alium in eadem extitisse referens, ibidem quedam duo paria privilegiorum, unum scilicet . . Karoli olim regis . . et aliud dicti capituli ecclesie Budensis nobis demonstrarat, in quibus dictam possessionem Euren reginalem in comitatu Pilisiensi existentem, certis metis in eisdem privilegialibus literis domini Karoli regis contentis, a vicinariis possessionibus undique distinctam, primum per predictum dominum Karolum regem Tese, condam magistro ianitorum suorum, pro suis fidelibus serviciis de voluntate et beneplacito prefate domine nostre regine consortis sue, mediantibus dictis literis suis privilegialibus perpetuo collatam fuisse, et demum ipso magistro Tese, volente domino, viam universe carnis ingresso, prememoratum possessionem Eureen per dominam Elisabeth relictam ipsius Tese, nunc vero consortem prefati Albrecht, duobus filiis suis Andree, scilicet et Ladislao, a predicto magistro Tese procreatis, in presencia memorati capituli Budensis personaliter astantibus volentibusque et omnino permittentibus in dotem mutui contractus matrimonii cum ipso Albrecht habiti, tempore confederacionis nupciarum prefato Albrecht marito suo perennali iure traditam extitisse comperieramus evidenter. In quarum contrarium magister Johannes custos dicte ecclesie Budensis, pro eodem capitulo ecclesie Budensis cum procuratoriis literis eiusdem exurgens, ipsum capitulum Budense ius possessionarium in dicta possessione Euren de iure habere, in eiusdemque dominio a longinqui temporis spacio usquemodo ad scitum omnium comprovincialium suorum esse et existere allegans, ibidem quasdam literas privilegiales Herrici condam bani et magistri tavernicorum posterioris Andree regis ac viceiudicis eiusdem et conventus de Calidis Aquis nobis presentarat, in quibus quosdam vinidatores, ut dixerat, de Eureen, cum suis vineis dum iidem per ipsum capitulum ad presenciam ipsius Herrici bani, non ipsius cause iudicem, in causam attracti extitissent, testimoniali produccione super premissis, per idem capitulum contra eosdem in dicto conventu de Calidis Aquis facta, iidem

recognoscendo se ad servicia vinidatorie huic ecclesie Budensi facienda annexos fuisse comperieramus manifeste. Quarum literarum exhibicionibus factis et earum perlectis continenciis, cum nos predictum magistrum Johannem custodem dicte ecclesie Budensis procuratorem eiusdem de eo, utrum idem capitulum super facto iuris eiusdem possessionarii in dicta possessione Euren, ut dicitur, existentis habiti, aliqua alia instrumenta exceptis premissis literis privilegialibus coram nobis in specie exhibitis haberet vel ne, ut nostro iudiciario inest officio, iuridice requisitum habuissemus, idem magister Johannes custos et procurator dicte ecclesie Budensis iamdictum capitulum nulla aliqua alia instrumenta preter predictas literas privilegiales habere, nec ad presens nec in futurum exhibere posse valere, sed instrumenta dicte ecclesie Budensis, quorum vigore ipsa ecclesia Budensis premissum ius possessionarium in predicta possessione Euren habere] dinosceretur, per inopinabilis ignis exuscionem tempore impacato in eadem ecclesia Budensi concremata extitisse, solum simplicium verborum suorum prolatione allegarat, et quia predictae litere privilegiales ad conservationem iuris capituli prenotati nobis et regni baronibus nobiscum in iudicio presidentibus insufficientes fore videbantur, et ex eo premissa causa possessionaria ad modum regnicolarum et nobilium habita per predictum Herricum banum, non ipsius cause iudicem, iuxta sui magisterii tavernicatus et banatus officium minime de iure diffiniri et adiudicari valuerit, cum sententia, non a suo iudice lata, de iure tenere nequeat, ipsamque sententiam non de iuris equitate, imo omni prorsus exclusa iusticia protulerit, ideo ex causis premissis ipsas literas predicti Herrici bani et viceiudicis sui, ac conventus sancte Trinitatis de Calidis Aquis nullius vigorositatis, ac verissime dicendo, tacita veritate emanatas fore recensentes, ipsam sententiam ipsius Herrici bani vanam, cassam, frivolam et irritam commiseramus auctoritate presencium mediante; unde cum de eo qualis, quanta, ubi et quibus metis distincta ipsa possessionaria porcio prefato magistro Tese per regiam maiestatem collata, a quibus metis et distincionibus metalibus a vicinariis possessionibus separata ac ubi, qualis et quanta ipsa porcio possessionaria, quam predictus procurator dicti capituli ecclesie Budensis

ipsam ecclesiam Budensem attingere dicebat, existeret, et si aliquo tempore in dominio eiusdem possessionarie porcionis idem capitulum fuerit vel ne, nobis veritas non constabat, de hisque communi inquisitione mediante rigor equitatis nos sciscitari inducebat, ideo predicto domino Ladislao preposito ecclesie Chazmensis comiti capelle et secretario cancellario eiusdem domini nostri regis literatorie scribendo eius amicitiam pecieramus diligenter, quatenus suum mitteret hominem pro testimonio utique fidedignum, in cuius presencia magistri Teuteus, magister ianitorum regalium, et Paulus de Vgal, condam banus, prothonotarius noster homines regie maiestatis de curia regia pro maioris iusticie observacione ad hoc specialiter transmissi, feria tertia proxima post festum Penthecostes tunc venturum ad faciem dicte possessionis Euren, vicinis et commetaneis eiusdem legitime inibi convocatis et partibus vel earum procuratoribus presentibus accedendo, eandem prius per metas, in dictis literis privilegialibus dicti domini Karoli regis per eundem Albrecht tunc inibi et in facie dicte possessionis Euren in specie presentandis, contentas reambularent, sicque per metales distinciones predictas eandem reambulando, ab eisdem vicinis et commetaneis suis ac ab aliis omnibus, a quibus decens fieret et opportunum de eo, qualis, quanta, ubi et quibus metis distincta ipsa porcio possessionaria prenominato magistro Tese per regiam maiestatem collata, a quibus metis et distincionibus metalibus et vicinariis possessionibus separata, ac ubi, qualis et quanta ipsa porcio possessionaria, quam predictus procurator dicti capituli ecclesie Budensis ipsam ecclesiam Budensem attingere dicebat, existeret, et si aliquo tempore in dominio eiusdem possessionarie porcionis idem capitulum fuerit vel ne, deum et eius iusticiam ferendo pre oculis, diligenti et fideli inquisitione prehabita, scirent et investigarent omnimodam veritatem; facta siquidem huiusmodi inquisitione porciones parcium, si inveniri possent metali distincione ab invicem sequestrando, visa qualitate, quantitate, utilitate et fructuositate earundem per se et distinctim conscienciose estimarent iuxta valorem earundem, universis eciam literis eiusdem capituli metas terre sue in eadem possessione Euren habite continentibus, si quas haberent similiter per procuratorem eiusdem inibi in specie exhibendis, et

post hec seriem . . . tocius facti . . . ad feriam quintam proximam tunc sequentem sine crastinacione regie fideliter rescribere debuissent maiestati comes capelle sue prenotatus. Tandem idem comes capelle regie maiestatis eidem regie maiestati in suis literis rescripserat in hunc modum, quod ipse receptis literis nostris formam iudicarie commissionis nostre exprimentibus, unacum magistris Teuteus, magistro ianitorum regalium, et Paulo de Vgal, quondam bano, prothonotario nostro, hominibus regie serenitatis ad ea exsequenda, que in eisdem literis nostris seriose exprimebantur specialiter destinatis . . . Johannem canonicum ecclesie Quinqueecclesiensis vices eiusdem comitis capelle regie gerentem pro execucione premissorum in testimonium transmississet. Tandem iidem ad ipsum simul redeuntes, eidem consona voce retulissent, quod ipsi feria tertia proxima post festum Penthecostes proxime tunc preteritum, iuxta iudiciariam nostram commissionem et literarum nostrarum continenciam ad faciem possessionis Euren vocate, in comitatu Pilisiensi existentis, inter partes infrascriptas litigiose, universis vicinis et commetaneis eiusdem inibi convocatis et presentibus, Jacobo literato pro domina nostra regina actrice . . . ab una, ac Albreht cive Budensi personaliter et magistro Michaeli canonico ecclesie Budensis pro capitulo loci eiusdem similiter . . . inibi comparentibus accedendo, eandem per metales distinciones in privilegialibus literis . . . Karoli quondam regis . . . per ipsum Albreht tunc inibi et in facie eiusdem in specie exhibitis contentas et apparenter inventas reambulassent; facta siquidem huiusmodi reambulacione procurator ipsius capituli Budensis ipsum capitulum Budense in dicta possessione Euren porcionem habere et habuisse affirmans, sed ubi vel qualis aut quanta existeret ad ipsorum requisicionem certitudinaliter indicare nequisset et cum iidem regie serenitatis et prenotati comitis capelle dicti domini nostri regis homines eosdem vicinos et commetaneos dicte possessionis omnes presencialiter adherentes, ad eorum fidem et fidelitatem deo et sacre corone regie debitam de eo ubi, qualem et quantam porcionem ipsum capitulum Budense in predicta possessione Euren habere et habuisse scirent, eis responsivam dari petivissent, ubi iidem vicini et commetanei dicte possessionis se ad partem retrahentes, inito consilio ad eos



reversi respondissent et eisdem arbores nucum in una congerie ostendissent dicentes, quod olim dicta villa Euren circa easdem arbores nucum resedisset et dictum capitulum se a suis patribus et prioribus porcionem in eadem habere audivisse, sed ubi vel qualis aut quanta et in quo loco existeret, vel quibus metis ab aliis partibus eiusdem distincta fieret penitus ignorasse affirmarent, procuratore dicti capituli Budensis non aliquas literas metas porcionis eiusdem exprimentes ad requisicionem procuratoris prefate domine regine tunc inibi exhibente et hac racione estimacio porcionum parcium predictarum fieri nequisset. Quarum literarum exhibicionibus factis prefatus magister Jacobus procurator predictae domine nostre regine reginali maiestati ex parte ipsius capituli ecclesie Budensis iuxta premissarum literarum nostrarum continencias, super facto predictae possessionis Euren vocatae iusticie complementum impertiri postularat; et quia nobis et baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus ipsum capitulum Budense contra predictam dominam nostram reginam, ad reddendum racionem sue contradictorie inhibicionis in facto pretacte possessionis Euren, ut est prehabitu, facte, per hominem regium presente dicti comitis capelle regie testimonio evocari debere videbatur, igitur amicitiam annotati comitis capelle regie literatorie scribendo pecieramus diligenter, quatenus suum mitteret hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Emericus filius Viliam vel Jacobus dictus Zenas, altero absente, homo regius, de curia regia ad hoc specialiter transmissus, ipsum capitulum ad octavas diei Strennarum nunc proxime preteritas contra prefatam dominam nostram reginam super premissa sua contradictoria inhibicione in facto dicte possessionis Euren facta, racionem redditurum ac de dictis iudiciis satisfacturum evocaret in presentiam regie maiestatis, insinuando ibidem, ut si veniret et super ipsa contradictoria inhibicione dicte possessionis racionem redderet et de premissis iudiciis satisfaceret, bene quidem, alioquin premissae cause finem debitum, prout exegerit ordo iuris, imponeremus, et post hec ipsius evocacionis seriem, prout fieret conveniens, dicto domino nostro regi ad predictas octavas diei Strennarum fideliter rescriberet comes capelle sue regie prenotatus. Tandem prelibatus comes capelle regie maiestatis ipsi

regie excellencie in suis literis rescripserat tali modo, quod ipse iuxta seriem literarum nostrarum in facto subscripto eidem comiti capelle regie directarum .. una cum Emerico filio Wyl-liam, homine regio, de curia regia ad hoc specialiter transmissio, Paulum filium Oliverii hominem suum pro testimonio ad idem factum prosequendum destinasset, qui demum .. retulissent, ut idem homo regius presente dicto testimonio ipsius comitis capelle regie, feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis .. capitulum ecclesie Budensis super sua contradictoria inhibicione, in facto possessionis Euren vocate, facta, rationem redditurum ac de quibusdam iudiciis in eisdem literis nostris expressis satisfacturam, in presenciam regie maiestatis contra .. Elizabet .. reginam .. ibidem scilicet aliquibus ex eodem capitulo Budensi apud ecclesiam ipsorum de Veteri Buda, aliquibus vero apud domos ipsorum de eadem facie ad faciem repertis, in personis dicti tocus capituli Budensis insinuando, ut si veniret et super ipsa contradictoria inhibicione dicte possessionis rationem in termino infrascripto redderet ac de ipsis iudiciis satisfaceret, bene quidem, alioquin nos finem debitum premisse cause imponemus iure observato, ad octavas diei Strennarum proxime tunc venturas evocasset, quod quidem capitulum ecclesie Budensis ad predictas octavas diei Strennarum maiora iudicialia gravamina in se accumulari non formidans, in nostram presenciam venire vel mittere non curasset, per prefatum magistrum Jacobum procuratorem prelibate domine nostre regine in persona eiusdem et pro eadem .. viginti duobus diebus continuis legitime coram nobis expectatum, hisque habitis ipsa domina nostra regina in dominium dicte possessionis Euren per viam iusticie volens introire .. Ladislao preposito ecclesie Chazmen-sis comiti capelle et secretario cancellario eiusdem domini nostri regis literatorie scribendo, suam amicitiam requisieramus diligenter, quatenus suum mitteret hominem pro testimonio fide-dignum, quo presente Emericus filius Villiam homo regie maiestatis de curia regia ad hoc specialiter transmissus, ad faciem dicte possessionis Euren vicinis et commetaneis suis universis, specialiter autem predicto capitulo Budensi vel eius procuratore legitime inibi convocatis accedendo, eandemque per veras suas metas et antiquas, novis metis secus veteres in

locis necessariis erectis reambulando, statueret prefate domine regine iure, quo ad ipsam dinosceretur pertinere, perpetuo possidendam, si per ipsum capitulum Budense vel alios non fieret contradictum, contradictores autem, si qui fierent, cum eorum instrumentis, si que super ipsa possessione Euren habere dinoscerentur, in regiam evocaret presenciam ad quindenas diei evocacionis huiusmodi sine crastinacione racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec seriem premissae possessionarie statucionis cum tocius peracti negocii processu ad dictum terminum regie fideliter rescribere debuisset maiestati comes capelle sue regie prelibatus. Tandem cum nos feria secunda proxima post dominicam Oculi proxime nunc preteritam in sede nostra iudiciaria sedissemus causalesque processus quorumlibet coram nobis litigancium iusto iuris tramite partiri cepissemus, annotatus magister Jacobus in persona prefate domine nostre regine . . . ad nostrum iudicarium accedens conspectum, literas pretitulati comitis capelle regie dicto domino nostro regi rescripcionales nobis presentavit, in quibus vidimus contineri, quod idem comes capelle regie . . . unacum predicto Emerico filio Villiam, homine regie serenitatis, Eliam filium Nicolai domus sue familiarem hominem suum ad ea fideliter exsequenda, que in dictis literis nostris continebantur, pro testimonio duxisset destinandum, qui demum . . . retulissent, quod ipsi in dominica Invocavit proxime preterita ad faciem dicte possessionis Euren vocate, vicinis et commetaneis suis universis, specialiter vero capitulo ecclesie Budensis legitime inibi convocatis et presentibus, nec non Michaele presbytero pro predicto capitulo Budensi et in eius persona tunc coram ipsis et inibi astante et presente accedendo, eandem possessionem Euren sub suis veris metis et antiquis, nullo contradictore penitus apparente cum omnibus suis . . . pertinenciis statuisset prefate domine regine . . . eo iure, quo ad ipsam dinosceretur pertinere perpetuo possidendam. Verum quia predictum capitulum ecclesie Budensis ex serie preexhibitarum literarum in statucione predictae possessionis Euren vocate prefate domine nostre regine modo prehabito fiende contradiccionem fecisse, tandemque ipsum capitulum super eo, ut sibi eadem possessio aliquo iure et titulo legitime attinuerit nullam efficacem racionem preter preexhibita instru-

menta, que nobis et regni baronibus ad conservacionem ipsius possessionis Euren insufficiencia visa fore extiterunt, preten- disse, imo eciam idem capitulum his habitis legitime citatum et eciam evocatum ad reddendum rationem premissis sue contra- ditorie inhibicionis in facto predictae possessionis facte, contra predictam dominam nostram reginam non venisse nec misisse, postremoque per predictum hominem regium et testimonium dicti comitis capelle regie memorata possessio Euren prescripte domine nostre regine nemine contradictore apparente, convoca- tis vicinis et commetaneis eiusdem universis statuta fuisse repe- riebatur, ideo premissam possessionem Euren vocatam preno- minate domine nostre regine eo iure, prout ad ius eiusdem regi- nale pertinere dinoscitur auctoritate nostra iudiciaria commisi- mus perpetuo . . possidendam . . sine preiudicio iuris alieni; predicto capitulo Budensi perpetuum silentium exnunc impo- nentes ab eadem . . Datum Bude, tredecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

Hamvaskék selyem-sodraton függő pecséttel; eredetije az Orsz. Ltár- ban, Monial. Vet. Budens. 7. 7. dipl. oszt. 4411. Ugyanott megvan I. Lajos királynak 1360. febr. 24-én kiadott s 1364. dec. 28-án újabb pe- cséttel ellátott oklevele is, melyben a király, anyja Erzsébet királyné kérésére az ez által alapított apáca-kolostor számára az ítéletet átírja s megerősíti. Monial. Vet. Budens. 7. 10. dipl. oszt. 4910. Közli: Kovács N.

## 113.

*1354. Vári, apr. 17. Marochuk beregi ispán előtt Nyiri István fia Ist- rán, Bodoló nevű birtokáról elhajtott négyszáz darab sertése dolgában Pesko mesterrel a királyné tisztjével, valamint Vári nevű helység ren- dégnépeirel megegyez.*

Nos Marochuk magister agazonum regine Hungarie et comes de Bereg ac magister Nicolaus notarius et famulus eius- dem regine per eandem in causa subscripta pro homine suo deputatus, memorie commendamus, quod licet inter magistrum Stephanum filium Stephani Nyri dictum aule regie militem, ex una, et magistrum Peskonem officialem de Wary ac populos seu hospites de eadem, parte ex altera, super ablacione quatringen- torum porcorum ipsius magistri Stephani ac iobagionum suo-

rum de villa Bodulo per ipsum Peskonem et populos de dicta Wary, ut refertur, ablatorum lis et contencio non modica fuisset inter ipsos et exorta, tandem tamen, ut omnis litis et contencionis materia de medio ipsorum radicitus evelleretur et mutuo inter se et pacis tranquillitate amplius permanere valerent, propter bonum ipsius pacis ac concordie unionem, intervenientibus . . . quamplurimorum proborum virorum nobilium, taliter inter se concordassent . . . quod prenomínatus magister Pesko et universi populi de iam dicta Wary pro omnimoda expedicione ipsorum racione ablacionis dictorum porcorum . . . ipsi magistro Stephano assumsissent . . . solvere sabbato proximo post festum beati Georgii martyris iam proxime venturum coram nobis, coram vicecomite nostro et iudicibus nobilium dicti comitatus de Bereg, in civitate Luppzechza et coram nobis nostri in presencia assumserunt viginti quinque marcas omnino in prompta pecunia cum grossis videlicet bonis aut florenis ita videlicet, quod dictus magister Pesk (*тгы*), solus in persona primo iurabit, quantum ipse de dictis porcis habuisset porcionem, et demum ipse ipsi magistro Stephano quo ad porcionem suam solvere deberent ad numerum seu quantitatem pecuniarum supradictarum, duplum incurrerent si secus fieret in premissis; dicimus eciám quod dictus magister Stephanus factum devastacionis . . . possessionis sue antedictæ videlicet Bodulo ac damna et iniurias alias, si quas ipsi populi de Wary sibi irrogassent, in ipsius regine presenciam discuciendam transtulit et prorogavit coram nobis. Datum in dicta villa Wary, feria quinta proxima post festum Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay-cs. Itárában.

## 114.

1354. Buda, apr. 20. Miklós nádor előtt pelsüezi Bebek Domokos fiai István, Domokos és György egyrésztől, topluczai Kun Miklós és fiai Ákos, Domokos, György és László másrésztől, Krasznahorka várán, melyet Batyz utódaitól visszanyertek, s az ahhoz tartozó Szalóczháza és Szénégető vagy Rakonczás nevű birtokokon megosztóznak.

Nos Nicolaus . . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod magister Stephanus filius Dominici dicti

Bubek de Pelseuch comes Liptoviensis pro se personaliter, pro discreto autem viro Dominico preposito ecclesie sancti Thome martyris de Strigonio cum magistro Georgio, cum eo similiter Liptoviensi comite, fratribus suis uterinis . . . item Akus filius magistri Nicolai dicti Kun de Toplycha, similiter personaliter, Nicolaus vero filius Lachk de Lazou, pro eodem magistro Nicolao dicto Kun . . . idem eciam procurator ipsius magistri Nicolai, pro Dominico, Georgio et Ladislao filiis eiusdem magistri Nicolai dicti Kun . . . parte ex altera coram nobis constituti proposuerunt . . . quod eedem partes ob sincere fraternitatis dileccionem et . . . unionem, ut tam ipsi quam eorum successores in sempiternae pacis pulcritudine persistere valerent . . . per ordinationem et compositionem plurimorum proborum virorum utrarumque partium, proximorum et amicorum in castro eorum Karaznahurka nuncupato in comitatu Gumuriensi habito, iuxta seriem privilegii eorum, aurea bulla vallati, hereditario iuris titulo eis attinenti, quod proximis preteritis temporibus a magistro Johanne filio Nicolai filii Batyz et Nicolao filio Jacobi filii eiusdem Nicolai filii Batyz de Gumur diu cum eisdem in lite procedendo, et demum ex nostra licencia iudiciaria concordantes cum eisdem, in forma compositionis per humanitatem et sagacem procuracionem eorundem filiorum Dominici dicti Bubek nostri in presencia reoptinuissent, et ad idem castrum Karaznahurka vocatum pertinentibus universis talem inter se perpetuam et irrevocabilem fecissent divisionem, quod predictum castrum Karaznahurka nominatum, exceptis duabus possessionibus seu villis in presentibus infra declarandis, cum omnibus aliis possessionibus, villis et silvis ac quibuslibet ceteris suis utilitatibus quovis nomine vocitatis, cessissent . . . annotatis magistris Stephano, Dominico preposito et Georgio filiis Dominici dicti Bubek eorundemque magistrorum Stephani et Georgii heredibus . . . irrevocabiliter possidendum . . . nullum ius nullamque dominii proprietatem iidem magister Nicolaus et filii sui de predicto castro et pertinentiis eiusdem exceptis duabus possessionibus, ut premittitur infranominandis, sibi reservando, sed omne ius et dominium . . . ad ipsos filios Dominici dicti Bubek eorumque successores plenarie transtulissent. E converso autem possessiones Zalouchhaza et Zeenegetheu alio nomine Rokunchas vocate,

que hactenus ad idem castrum pertinuissent, iamdictis magistro Nicolao dicto Kun et filiis suis simul cum . . omnibus . . pertinenciis . . in facie earundem duarum possessionum adiacentibus . . modo consimili cessissent . . in filios filiorum eorundem . . ac successores . . irrevocabiliter . . possidende. Quia autem prefatus procurator ipsius magistri Nicolai dicti Kun pro memoratis Dominico, Georgio et Ladislao filiis eiusdem magistri Nicolai absque literis procuratoriis astabat, ideo eundem magistrum Nicolaum auctoritate procuratoria supradicta ad hoc obligavit coram nobis, quod dum annotati filii Dominici dicti Bubek ipsum magistrum Nicolaum dictum Kun legitime ammonendo evocarent, tunc idem magister Nicolaus iamdictos filios suos nunc absentes vel procuratorem eorundem legitimum in presencia ecclesie capituli Agriensis adducere et premissam divisionem per eosdem modo omnino prenotato teneretur facere confiteri, penam succubitus duelli facti potencialis idem magister Nicolaus incururus, si predictos Dominicum, Georgium et Ladislaum filios suos ad premissam confessionem faciendam non adduceret vel adducere non valeret, premissa vero divisio possessionaria salva semper statuque omnino in eodem remaneret perennaliter inter eos observanda. Ceterum quia ipsi cum Nicolao et Ladislao filiis Ladislai de Chytnuk mediantibus literis dicti capituli Agriensis ecclesie se sic obligassent, ut iidem filii Ladislai de dicto castro et ad idem pertinentibus ius ipsorum usque excipere et rehabere non valerent, donec prius pecuniam, quam unus dictorum filiorum Dominici et prefatus magister Nicolaus Kun, iuramento eorum mediante, pro ipsorum expensa in requisicionem dicti castri consumpta recipere auderent, plenarie eis persolverent, pro eo quantam pecuniam unus prefatorum filiorum Dominici dicti Bubek pro eorum expensa prenotata iuramento suo reciperet, eodem die ac tempore et loco iamdicti iuramenti, tantam et idem magister Nicolaus vel eo de medio sublato, quod absit, dictus Akus filius eius recipere teneretur, sed mox ipsa pecunia per dictum magistrum Nicolaum vel suum filium sic iuramento recepta in toto persolveretur filiis Dominici dicti Bubek annotatis, eo quod ipsi filii Dominici dicti Bubek quandam possessionem eiusdem magistri Nicolai Sebuspataka vocatam, erga dominum archiepiscopum Strigoniensem

titulo impignoracionis in magna summa pecunie quantitate tunc habitam et aggravatam, ab eodem domino archiepiscopo cum eorum propria pecunia redemissent . . magistro Nicolao dicto Kun annotato. Preterea si dicti filii Ladislai de Chytnuk de prescriptis castro et ad ipsum pertinentibus specialiterque de dictis duabus possessionibus Zalouchhaza et Zeenegeteu alio nomine Rokunchas vocatis, nunc predictis magistro Nicolao et filiis suis, ut premittitur devolutis, ius eorum proseguendo excipere . . intenderent, tunc iamdicti filii Dominici Bubek dicti ipsum magistrum Nicolaum et filios suos racione dictarum duarum possessionum in moderna divisione . . eis devolutarum ab eisdem filiis Ladislai expedire tenerentur, si vero expedire non valerent, et de eisdem possessionibus iidem filii Ladislai quicumque seu aliquam porcionem pro se recipere valerent et habere, extunc iidem filii Dominici pro eadem ablata porcione possessionaria eodem die et tempore, quo ipsa porcio possessionaria de dictis duabus possessionibus per regium et capituli vel conventus homines prenominatis filiis Ladislai de Chytnuk statueretur coram eisdem regio et capituli vel conventus hominibus, tantam et consimilem porcionem possessionariam . . ipsi ablatae porcioni possessionarie equipollentem de possessionibus hereditariis eorundem filiorum Dominici dicti Bubek pretacto magistro Nicolao et suis filiis dare tenerentur . . Datum Bude, in octavis festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival, eredetiye az Orsz. Ltárban N. R. A. 1547. 90. dipl. oszt. 4422. Közli: Kovács N.

---

115.

*1354. apr. 20. A budai káptalan előtt, Szántói Domokos fiai Mihály s János és András fivérök özvegye Ilona, úgy Ürömi Miklós fia János, budaváraljai kocsigyártó és neje Katalin, valamint ugyancsak Ürömi Jakab fia Péter, az ürömi határban a királyné szőlőjével határos fél-fél szőlőjüket, az ó-budai klarissáknak eladják.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Michael et Johannes filii Dominici ac domina relicta Andree fratris eorundem de Zanto,



item Johannes filius Nicolai carpentarii de subcastro Budensi, una cum domina Catherina uxore sua ac Jacobus filius Petri de Ewren, ab una, et Nicolaus filius Corardi aule reginalis iuvenis vice et nominibus . . sanctimonialium de claustro beate Clare virginis de Veteri Buda, parte ab altera, coram nobis constituti, iidem Michael et Johannes filii Dominici, ac domina Elena quamdam mediam vineam ipsorum in territorio ville Ewren in vicinitate vinee domine regine viginti florenis, item predictus Johannes filius Nicolai carpentarii similiter mediam vineam suam cum predicta Katherina uxore sua ritu nupciarum habitam, presente eadem domina consenciente et permittente, in territorio dicte ville Ewren similiter in vicinitate vinee domine regine quindecim florenis, item Jacobus filius Petri de Ewren similiter mediam vineam suam, in territorio eiusdem ville Ewren in vicinitate vinee domine regine existentes, pro viginti florenis cum omnibus earum . . pertinenciis universis, locis scilicet torcularium, viis et aliis quibuslibet iuribus undique ad eosdem de iure spectantibus, salvo iure alieno, specialiter ecclesie nostre, predictis sanctimonialibus et per consequens ecclesie sancte Clare prenotate . . irrevocabiliter confessi sunt . . vendidisse . . et vendiderunt coram nobis . . possidendas . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre in octavis festi Pasche domini, anno eiusdem millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto, presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Petro, Michaelae, Cosma, Johanne et aliis canonicis. .

A zacskóba varrott ép pecsét zöld s piros selyemszálakon függ; felül chyrographummal; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Vet. Budens. 20. 7. dipl. oszt. 4421. Közli: Kovács N.

## 116.

1354. Buda, apr. 20. I. Lajos király előtt, Thomp utódai Pető és István birtokaikat megosztják, s Kürth nevű birtokban Pető az ősi udvarhelyet megtartja és ezért Istvánnak egy másikat tartozik átadni.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod Peteu filio Nicolai filii Thomp de Gereb, ab una, et Stephano filio

Nicolai filii eiusdem Nicolai filii Thomp, parte ex altera, coram nobis constitutis propositum extitit per eosdem . . quod licet lis et contencio magna inter eosdem exorta extitisset, tamen ut fraternalis dileccionis unio perpetua stabilitate vigeri posset inter ipsos . . talem inter se possessionariam divisionem fecissent . . quod recta et equalis medietas universarum possessionum suarum . . cum quibuslibet suis . . pertinenciis . . predicto Peteu et suis heredibus . . devolvi deberet, alia recta . . medietate earumdem similiter cum omnibus suis utilitatibus . . eidem Stephano et suis heredibus remanente, ita tamen, ut terciam partem possessionum dicti Peteu, que ratione iudicialium gravaminum, in quibus idem contra prefatum Stephanum legitime convictus extitisset, dictus Stephanus eidem pro condigna redemptione, sicut moris est, nullo iure sibi in eadem reservato, remittere . . teneretur. Curia eciam sessionalis in possessione Kyurt habita, in qua dictus Peteu residenciam facere dicitur, sibimet ipsi remaneret, pro qua sessionali curia eidem Stephano aliam quamcunque in dicta possessione Kyurt prefatus Stephanus eligerit, idem Peteu dari assummendo; universasque literas contra se se . . emanari procuratas cassas . . reliquerunt partes prenotate tali obligacione, si qua parcium . . in premissis perseverare non curaret, pars illa contra partem alteram . . in eisdem per omnia perseverantem, in succubitu duelli potencialis convinceretur . . Datum Bude, in octavis Pasche, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>no</sup> quarto.

Hártyán, hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival: eredetije a M. T. Akadémia könyvtárában.

## 117.

*1354. Gömör, apr. 21. Gömörvármegye alispánja s négy szolgabirája, Vrka fia Miklós fia Péter perbesi nemes birtokát összes vetésével együtt, Sanchi Poch fia részére végrehajtásilag lefoglaltatják.*

Nos magister Nicolaus filius Petri de Derenchen magistri Konya vicecomes in provincia Gumuriensi ac quatuor iudices nobilium de eadem damus pro memoria, quod in nostra congregacione generali per literatorium preceptum domini nostri

regis Lodovici, coram magistro Valentino homine venerabilis capituli ecclesie Agriensis ac Johanne filio Coraldi de Kalsa homine regio, universitati nobilium et ignobilium dicti comitatus feria tertia proxima post festum Pasche domini proxime preteritum in villa Gumur celebrata, Benedictus filius Poch, nobilis de villa Sanch, literas suas sub nostris sigillis emanatas exhibuit coram nobis, in qua vidimus contineri, quod Petrus filius Nicolai filii Vrka, nobilis de possessione Perbes vocata, legitime citatus ad unum terminum contra eundem Benedictum non comparuisset, ob hoc birsagio trium marcarum convictus extitisset, prout etiam in nostro registro fore reperimus, et cum propter sui absentiam idem Petrus super prenominato birsagio nullam impendisset satisfactionem, Nicolaum filium Johannis, nobilem de Kalsa, unacum predictis magistro Valentino homine venerabilis capituli ecclesie Agriensis ac Johanne filio Corardi, nobili de Kalsa, homine regio necnon uno ex quatuor iudicibus ad faciem predictae possessionis Perbes dimisimus premissum birsagium extorquere, qui quidem illic accedentes, advocatis vicinis et commetaneis predictae possessionis Perbes, particulam possessionariam prescripti Petri in ipsa possessione Perbes existentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, utpote segetibus super eandem seminatis et aliis quibuslibet pro tribus marcis estimassent, estimatam autem in duabus partibus cum omnibus utilitatibus eiusdem et segetibus super eandem existentibus ad nostras manus iudiciales, in tertia vero parte sine frugibus predicto Benedicto filio Poch statuissent possidendam . . tam diu donec idem Petrus vel ex suis proximis, cui magis condeceret, a nobis et ab ipso Benedicto redimeretur. Quo audito Nicolaus filius Joannis, Lucasius filius Pauli, rectam partem dicte particule possessionarie alteram dimidiam marcam solventes, residue autem partis eiusdem particule possessionarie dimidietatem Petrus filius prefati Benedicti solvendo tres fertones, et dimidietatem eiusdem secunde partis Nicolaus filius Johannis, Anthonius filius Beke, necnon Simon filius Nicolai filiorum Juahun nigri, nobiles de dicta possessione Sanchfalva, similiter tres fertones solventes, prelibatam particulam possessionariam Petri filii Nicolai cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eiusdem prenominatis, a nobis et a dicto Benedicto redimerunt . . possi-

dendam tam diu usque quo sepedictus Petrus filius Nicolai filii Vrka persoluta pecunia premissorum nobilium eandem partem possessionariam a dictis nobilibus posset redimere. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post dominicam Quasimodo, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján öt pecsét nyomaival; eredetije két példányban az Orsz. Ltárban, N. R. A. 851. 11. és 1035. 9. dipl. oszt. 4423. Közli: Kovács N.

## 118.

*1354. apr. 23. A somogyvári convent bizonyítja, hogy Tatamér fehérvári prépostnak és a margitszigeti apáczaknak Ozlar és Banya nevű birtokai közt, a határt megjáratta.*

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum condam . . Thome iudicis curie . . regis . . forman iudicarie deliberacionis eiusdem explicancium inter . . sanctimoniales claustrum de Insula Leporum et dominum Thatamerium Albensis ecclesie prepositum in facto scilicet distincionis et separacionis metarum possessionum parcium predictarum Ozlar et Banya vocatarum emanatarum, iuxta continenciam earundem literarum ad exequendum ea, que in serie predictarum literarum continentur, unacum Nicolao filio Stephani de Beren pro parte predictarum . . sanctimonialium, item Johanne de Anduch pro parte iamdicti domini Thatamerii prepositi, aliis absentibus, hominibus eiusdem domini nostri regis . . Gregorium unum ex nobis et Ladislaum chori nostri clericum homines nostros pro ambabus partibus pro testimoniis transmissemus . . tandem iidem . . redeuntes nobis . . . retulerunt, quod ipsi in octavis festi Pasche domini ad faciem dicte possessionis Ozlar vocate iuxta continenciam et seriem iamdictarum literarum predicti iudicis curie regie presentibus . . Georgio converso dicti claustrum de Insula Leporum et Benedicto filio Simonis de Rakus officialibus predictarum dominarum in personis earundem . . item Andrea presbytero procuratore domus eiusdem domini prepositi et Gregorio dicto Zarka, officiale ipsius domini prepositi . . accessissent et predictas possessiones Ozlar et Banya vocatas, pro-

curatores dictarum parcium bona et spontanea voluntate, presentibus predictis hominibus regis et nostris ac vicinis universis his metis ab invicem separassent et distinxissent, quod sicut in privilegio domini Ladislai regis contineretur, inciperetur primo a parte occidentis iuxta quandam viam de Lappa exeuntem, circa septem metas antiquas, circa quas ibidem duas metas de novo erexissent, deinde directe ad partem orientis per continuas novas metas veniret usque ad montem, ubi duas metas de novo erexissent, inde per eandem plagam orientis parum currens perveniret ad duas metas similiter de novo erectas, et abhinc per eandem plagam iret usque magnam viam ad duas novas metas positas circa viam prenotatam, abhincque in predicta via ad partem meridiei declinando et parum in ipsa via currendo perveniret ad duas novas metas circa ipsam viam positas a parte orientis; et deinde ad eandem partem orientis iret ad alias duas metas positas in declinatu cuiusdam vallis et abhinc ad duas metas antiquas in eadem plaga currendo perveniret ibique terminaretur. Que mete ad partem meridionalem iamdictis . . . sanctimonialibus et possessioni earum Ozlar vocate, et ad partem australem dicto domino preposito et possessioni sue Banya vocate semper distinguerent et separarent. Datum feria quarta proxima post octavas festi Pasche domini prenotatas, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel, eredetije az Orsz. Ltárban Mon. Poson. 48. 9. dipl. oszt. 4424. Közli: Kovács N.

---

119.

*1354, Buda, apr. 24. Drugeth Miklós országbíró, Synka fiának Péter mesternek. Soos Péter fiai elleni ügyeben, bizonyos sóskut jövedelme és használata dolgában ítéletileg intézkedik.*

Nos comes Nicolaus filius domini Johannis Drugeth quondam palatini iudex curie . . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . . significamus . . . quod cum magister Petrus filius Synka legitime citacionis modum observando, Nicolaum, Georgium, Johannem et Ladislaum filios Petri dicti Sows racione

non extradacionis porcionis sue de proventibus salis putei in villa Sowar habiti, iuxta continenciam literarum privilegialium capituli ecclesie Strigoniensis sibi provenire debentis in regiam presenciam in causam attraxisset, ac ipsa causa primo in presenciam quondam comitis Thome iudicis curie regie predecessoris nostri . . diucius ventillata, ultimoque predicto comite Thoma . . viam universe carnis ingresso ac . . domino nostro rege honore iudicatus curie sue nostram personam sublimante, in nostram presenciam deventa extitisset, tandem eisdem magistro Petro filio Synka personaliter ab una, ac Nicolao filio Petri dicti Sows similiter personaliter neenon Ladislao filio Petew de Hassagh pro predictis Georgio et Johanne filiis eiusdem Petri dicti Sows . . et pro Ladislao simili modo filio ipsius Petri dicti Sows . . parte ab altera coram nobis constitutis confessum extitit per eosdem . . quod ipsi obtenta prius nostra iudicaria licencia . . per reformationem, compositionem et ordinacionem baronum et nobilium regni . . taliter super premissis se dixerunt concordasse . . quod licet ipsi videlicet filii Petri dicti Sows . . Petro filio Synka quousque fructum de ipso salso puteo percipere valerent, singulis diebus sabbati in qualibet ebdomada unam marcam et fertonem cum denariis pro tempore currentibus ad numerum ipsorum ac medium cubulum salis pro coquina dare et ibidem in Sowar eidem Petro et per eum suis heredibus perpetuo amministrari facere deberent et debuerint, tamen quia omnia premissa per nimiam fatigacionem laborum et expensarum consumcione ambarum parcium fieri per partes dicebantur, ideo ipsi Nicolaus filius Petri in sua ac Ladislaus filius Petew procurator dictorum Georgii et Johannis . . in eorumdem ac Ladislai . . personis, predictam pecuniam singulis sabbatis in qualibet ebdomada per ipsos eidem Petro filio Synka et per eum suis heredibus solvere debentem, in quolibet anno in tribus terminis infrascriptis, et post se se subsequentibus, videlicet in octavis festi Penthecostes viginti duas marcas, in octavis festi beati Michaelis archangeli similiter duas marcas, ac in octavis diei Strennarum viginti et unam marcas ab emanacione presencium literarum in quolibet anno post se se venturis libere et absque decime et none parcium recepcione . . cum promptis denariis pro tempore currentibus ad numerum

ipsorum in capitulo ecclesie Scepsiensis eidem Petro filio Synka . . perpetuo dare et solvere assumssissent . . preterea medium cubulum salis similiter singulis diebus sabbati in qualibet ebdomada eidem Petro filio Synka . . perpetuo pro coquina sua per ipsos filios . . Petri dicti Sows amministrari debens, similiter in quolibet anno in duobus terminis infrascriptis et post se se subsequentibus scilicet octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste sedecim cubulos ac in octavis festi sancti Martini confessoris similiter sedecim cubulos et medium . . in quolibet anno . . presente testimonio prescripti capituli ecclesie Scepsiensis per ipsum Petrum filium Synka . . adducendo . . ibidem in Sowar prefato Petro filio Synka pro sua coquina . . amministrare . . assumserunt, tali condicione mediante, quod si ipsi . . filii Petri dicti Sows premissam pecuniam ac amministrationem cubulorum salis . . facere negligenter, contra Petrum filium Synka . . in potenciaria conservacione predictae pecunie et salis, pro quorumlibet dierum terminorum obmissione convincerentur eo facto . . Datum Bude, in festo beati Georgii martyris, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Ugyancsak Drugeth Miklós országbírónak 1355-ben Budán «sabbato post festum Purificacionis beate virginis» kiállított átiratából; melynek eredetijét a N. Muzeumban a sóvári Soós cs. ltárában őrzik.

## 120.

*1354. apr. 26. A somogyári convent előtt, Katich Oasztopáni Petőnek és Chalka Trepk fia Istvánnak özvegyei, néhai Egudei János leányai a Erzsébet Legi Márk leánya, Szakácsi Miklós nejének Erzsébetnek és György fiának Gegőnek kisleludi birtokrészét Somogyvármegyében Inke mellett, tizennyolcz márkáért megvezzik.*

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . significamus . . quod cum secundum continenciam literarum compositionum . . Ladislai prepositi ecclesie Chasmensis comitis capelle regie et secretarii cancellarii . . regis, nobiles domine Katich, consors Peteu filii Petri de Wztupan, filia condam magistri Johannis de Egude et Elizabet, filia Mark filii Stephani dicti Leg, nec non Chalka, filia eiusdem Johannis, relicta Ste-

phani filii Trepk, domine Elizabet consorti Nicolai filii Johannis de Zakach et Gegew filio Georgio (*igy*) decem et octo marcas, marcam quamlibet cum quinque pensis latorum viennensium promtorum computando, in festo beati Georgii martyris in nostro conventu solvere et iidem Gegew et domina consors Nicolai filii Johannis habita dicta solucione quandam particulam possessionariam . . Kysfalud vocatam in comitatu Simigiensi habitam, a parte occidentis circa villam Inkee vocatam usque fluvium Churgata vocatum existentem cum sessionibus ville, molendinis factis et fiendis in fluvio antedicto et cum . . utilitatibus ad ipsam particulam possessionariam Kysfalud pertinentibus, tempore eiusdem solucionis eisdem dominabus perpetuare debuissent, ipso termino adveniente predictae nobiles domine filie scilicet magistri Johannis et filia Mark predictorum, iamdictas decem et octo marcas modo quo supra marcam cum quinque pensis computando eisdem Gegew et domine consorti dicti Nicolai filii Johannis personaliter recipientibus plene persolverunt coram nobis, quibus . . receptis dicti Gegew et domina consors Nicolai iamdictam possessionariam particulam vel portionem Kysfalud vocatam cum omnibus . . utilitatibus prefatis nobilibus dominabus filiabus magistri Johannis et filie Mark predictorum ac ipsorum heredibus perpetuarunt coram nobis . . Datum sabbato proximo post festum beati Georgii martyris, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Eredetiye az Orsz. Ltárban. N. R. A. 17. 76. dipl. oszt. 4426. Közl.: Kovács N.

## 121.

1354. Kálló, apr. 26. Szabolcsvármegye ispánja és szolgabirái előtt, Biri Tamás Apagyí Péter fíával Jánossal, a köztük fíntforgó ellenségeskedések és az ezekből támadt perköltség iránt kiegyeznek.

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii comitis Briccii comes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum sabbato proximo post festum beati Georgii martyris magister Thomas de Byri contra Johannem filium Petri de Apagy testimonium produccionis adducere debebat, sed per



petitionibus (*igy*) virorum nobilium in talium (*igy*) pacis unionem dixerunt se devenisse, quod omnia rixa et sonita, que exortabatur, movebatur et ventilabatur inter ipsos, omnino contra se se relaxassent et relaxaverunt coram nobis ita tamen, quod de birsagione iudicis voluntatem (*igy*) cum duabus partis idem magister Thomas complacabit de tertia vero parte predictus Johannes placare tenebitur in quindenis datarum presencium, isto modo, ut in quindenis nobiles provincie predicti comitatus super gravamine ipsorum arbitrabunt. Datum in Kallo, termino prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay-ca. ltárában.

---

122.

*1354. Vasvár, apr. 29. Vasvármegye alispánja és szolgabirái, Egerrári Kalmer fia Mihály kérésére, Péter szentgothárdi apát ellen több rendbeli hatalmaskodás dolgában vizsgálatot teljesítetnek.*

Nos magister Johannes de Solyagh vicecomes.. Oliverii comitis Castriferrei ac iudices nobilium comitatus eiusdem memorie commendamus, quod cum nos ad instantem petitionem comitis Michaelis filii Kalmerii de Eguruar unum ex nobis, videlicet Petrum filium Herrici de Vnyan de sede nostra iudiciaria ad infrascripta negocia prosequenda misissemus, demum idem comes Petrus ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris accedendo, sicut a nobilibus et innobilibus ac cuiusvis status et condicionis provincie hominibus diligenti inquisitione palam et occulte habita scire potuisset, sic scivisset, quod quemdam unum iobagionem predicti comitis Michaelis Paulum nomine, dominus abbas de sancto Gothardo feria tertia ante festum Nativitatis domini in anno proxime elapso potencialiter abduxisset, iobagiones eiusdem domini abbatis de villa Bodugazonfalua hoc asseruissent, ut super ipsa potenciarum abduccione predicto comiti Michaeli satisfacere assumisset et non fecisset; item idem dominus Petrus abbas die dominica proxima post festum beati Georgii martyris clausuram molendini ipsius comitis Michaelis super fluvio Sar vocati existentis demactari et destrui

ipsamque aquam a meatu suo fossario ad magnum spacium educi et pro se molendinum fieri et ipsum molendinum dicti comitis Michaelis annihilari propria sua potencia fecisset, ubi in fodendo fossarium pro ipso domino Petro abbate iobagiones eiusdem invenisset et cum ipsos interrogasset, quare tam manifestam potentiam facerent, taliter respondissent, quod ipsi non libenter facerent, sed dominus ipsorum propria in persona ibi fuisset et ipsos facere compulisset. . . Datum in Castroferreo, secunda die termini supradicti, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján öt pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 25. 56. dipl. oszt. 4427. Közli: Kovács N.

---

123.

*1354. Buda, máj. 1. Drugeth Miklós országbiró bizonyítja, hogy Telyesprunneri Oth comes gyermekei Somogy nevű abaujvármegyei birtokot maguk között felosztották.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie . . regis . . comitatus-que de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod magister Johannes filius Alexandri filii Chleti comes Changradiensis pro nobili domina filia comitis Oth consorte sua, ab una, et Wel ac Jenslinus filii dicti comitis Oth de Telyesprunnar personaliter, parte ex altera, ut per literas prescripti comitis Thome coram nobis per ipsum magistrum Johannem filium Alexandri in specie exhibitas informabamur, coram ipso comite Thoma constituti confessi extitissent . . quod ipsi super facto possessionarie divisionis modo inferius expresso inter ipsos fiende, ordinacione proborum virorum . . ut unusquisque ipsorum in suis iuribus quiecuis et commodosius valeret gratulari, taliter concordassent coram comite Thoma prenotato, quod possessionem ipsorum Somogy vocatam in comitatu Abawyvariensi existentem, ipsos communiter et equaliter tangentem, ut alterius litere ipsius comitis Thome privilegialis exprimeret continencia, presentibus Petro filio Mykocha vel Paulo fratre suo de Kazmyr aut magistro Johanne filio Nicolai de Gumur sive Michaeli filio Nicolai de Zuba seu Johanne filio Nicolai de Kata pro parte eiusdem

nobilis domine, item Georgio de Peder vel Desew de Kata aut Lucachio filio Furtus sive Georgio filio Mochola, seu Petro filio Michaelis de Gogh, pro parte prefatorum Wel et Jenslini, aliis absentibus hominibus regiis et testimoniis conventus de Jazou, que per ipsum idem comes Thomas ad id amicabilem transmitti postulasset, in die Medii Quadragesime feria scilicet quarta nunc proxime preterita in tres dividerent non perpetuo sed modo usuali partes coequales, quarum due partes predictis Wel et Jenslino ac tertia pars eiusdem cum universis . . . pertinenciis quibuslibet predictae domine consorti magistri Johannis cedere deberent possidende, tali obligatione mediante, quod si qua parcium ad ipsam divisionem faciendam accedere non curaret, vel ipsam divisionem non acceptaret, tunc in triginta marcis, ante litis ingressum deponendis, contra partem alteram ipsam divisionem facere volentem et acceptantem gravaretur eo facto . . . seriem autem ipsius divisionis ad octavas festi Pasche domini eidem comiti Thome partes prenominate in literis dicti conventus de Jazou assumssissent reportare. Tandem ipsis octavis festi Pasche domini advenientibus, medioque tempore ipso comite Thoma . . . viam universe carnis ingresso, ac salvatoris clemencia et regie pietatis benevolencia honore iudicatus curie sue nostram personam sublimante, prefatus magister Johannes filius Alexandri pro eadem nobili domina consorte sua . . . ab una et prenominate Wel pro se personaliter et pro ipso Jenslino fratre suo . . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam, literas predicti conventus de Jazou memoriales nobis presentarunt, in quibus inter cetera habebatur, (quod) prefatus conventus de Jazow . . . unacum predicto Petro filio Mykocha homine regio fratrem Fridricum hominem ipsorum pro testimonio transmississet . . . tandem iidem . . . retulissent, quod ipsi in dicta feria quarta ad faciem predictae possessionis Somogy accedendo, eandem non perpetuo sed modo usuali in tres partes divisissent coequales tali modo, quod tertia pars ipsius possessionis Somogy a parte meridionali, scilicet a platea, ubi tributum exigere consueverunt supra versus partem orientalem usque ad mediam curiam seu sessionem inter curias Martini et Nicolai filiorum Folkus existentis cum omnibus . . . pertinenciis cum tertia parte predictae medie curie ac sessione Martini prenotati, item tertia

pars ecclesie in eadem constructe, nec non castri et tributí prenotati nobili domine Annus vocate, consorti ipsius magistri Johannis, cessisset; item duo molendina in medio ville Somogi existencia, similiter eidem nobili domine cessissent, relique vero due partes ipsius possessionis Somogy cum duabus partibus ipsius tributí et castri, ac aliis omnibus utilitatibus ad eadem spectantibus Wel et Jenslino prenominatis similiter cessissent tenende.. universas autem utilitates eiusdem possessionis.. iuxta formam divisionariam, prout ipsos divisio tangeret, iobagiones ipsorum communiter uti et possidere tenerentur. Quorum literarum exhibicionibus factis.. cum nos prenominatum magistrum Johannem filium Alexandri in persona eiusdem nobilis domine consortis sue, nec non ipsum Wel in sua et eiusdem Jenslini fratris sui personis super eo, si in prefata possessionaria divisione modo superius expresso in literis iamdicti conventus de Jazou contenta.. perseverare.. velint vel aliquid obicere habeant nec ne, ternario numero, ut nostri iudicatus incumbit officio, legitime requisitos habuissemus, sepedictus magister Johannes filius Alexandri in persona eiusdem domine consortis sue.. idem Wel similiter in sua et dicti Jenslini fratris sui in eadem possessionaria divisione modo superius specificato in literis dicti conventus de Jazou.. expressa.. persistere velle allegarunt.. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Pasche domini predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Vörös selyem-sodraton függő pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 4429. Közli: Kovács N.

## 124.

*1354. Buda, máj. 1. Drugeth Miklós országbíró, Kisfalud nevű borsodvármegyei birtokot, Wyliam János fia elleneben, Kisfaludi Salamon fiának Farkas Mihálynak ítéli.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie.. Lodovici.. regis.. comitatusque de Thuruch tenens honorem.. significamus.. quod cum nos in octavis festi Pasche.. unacum baronibus et nobilibus regni in nostra sede iudiciaria sedissemus..

Michael dictus Farkas filius Salamonis de Kysfalud .. quasdam duas literas, unam .. Thome quondam iudicis curie regie predecessoris nostri pie memorie .. duodecimo die octavarum festi Purificacionis gloriose, aliam vero memorialem super facto stationis eiusdem possessionis .. capituli ecclesie Agriensis sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum anno in presenti .. emanatas .. presentavit, in quarum unius videlicet ipsius comitis Thome litere tenore comperimus .. haberi hoc modo, quod cum Michael dictus Farkas filius Salamonis de Kysfalud ad ipsius domini nostri regis accedendo presenciam, eidem querulose significare eo modo curasset, ut cum ipse in exsecutione cause sue in facto eiusdem possessionis Kysfalud vocate, contra Nicolaum filium Dionisii per aliquot tempus in curia eiusdem regie maiestatis perstitisset, Johannes filius Wyliam, predictam possessionem suam Kysfalud vocatam ipso Michaele hic in curia regia existente et penitus ignorante, sibi statui faciendo, universa bona eiusdem in eadem possessione habita penitus abstulisset, quam scilicet possessionem ipse recapere et sibi statui facere vellet, regni consuetudine requirente; super quo idem dominus rex .. capitulo ecclesie Agriensis .. mandasset, quatenus eorum mitterent hominem .. quo presente Nicolaus filius Johannis de Cheb, homo sue regie maiestatis, predictam possessionem .. legitime recaperet et statueret ipsam eidem Michaeli .. si non fieret contradictum, contradictores vero .. evocaret .. in suam regiam presenciam .. committeret nihilominus eisdem contradictoribus, ut universa bona eiusdem Michaelis .. restituerent Michaeli .. prenotato .. Ipsumque capitulum ecclesie Agriensis .. rescripsisset .. ut ipsi .. cum prefato .. homine regio .. Johannem sacerdotem magistri altaris sancti Ladislai regis de eadem ecclesia transmisissent, qui quidem homo regius .. audiente dicto testimonio ipsius capituli ipsis retulisset .. quod ipsi unacum eodem testimonio .. capituli .. in octavis festi Epiphanie domini accessissent ad faciem possessionis Kysfalud .. et cum ipsi eandem .. recaptivare eidemque Michaeli dicto Farkas filio Salamonis ut suum ius restatuere et relinquere voluissent, tandem Johannes filius Michaelis famulus et officialis memorati Johannis filii Vilyam, in persona dicti domini sui, ipsos a recaptivacione et statione

dicte possessionis Kysfalud prelibato Michaeli quo supra faci-  
 enda prohibuisset; quem quidem Johannem filium Vyliam ipsi  
 eodem die et loco contra prenominatum Michaellem dictum  
 Farkas ad regiam evocassent presenciam, octavas festi Purifica-  
 tionis beate virginis eidem pro termino coram regia maiestate  
 comparendi assignando. Tandem ipsis octavis festi Purificacio-  
 nis beate virginis advenientibus predictus Michael dictus Far-  
 kas.. ad ipsius comitis Thome iudicariam veniendo presenciam,  
 premisse contradictorie inhibicionis racionem per eundem Jo-  
 hannem filium Viliam assignari postulasset.. quibus sic per-  
 ceptis prefatus Johannes.. respondisset ex adverso.. quod..  
 Lodovicus rex.. predictam possessionem Kysfalud vocatam,  
 nomine possessionis Mauricii hominis sine herede decedentis  
 pro fidelissimis serviciis suis sibi.. contulisset, et super hoc  
 efficacia haberet instrumenta.. et in instanti quasdam duas  
 literas unam.. eiusdem domini Lodovici regis patentem, feria  
 tertia proxima ante festum beati Dominici confessoris in anno  
 domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> nono et aliam capituli ecclesie Agrien-  
 sis eidem domino nostro regi rescripcionalem feria (.....)  
 Lucie virginis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio.. emanatas  
 iudiciario examini dicti comitis Petri presentasset, que sua serie  
 eundem comitem Thomam informabat.. quod predictus..  
 Lodovicus rex.. predictam possessionem Kysfalud vocatam in  
 comitatu Borsodiensi existentem (nomine possessionis) Mauricii  
 hominis sine herede decedentis, prout sue regie collacioni per-  
 tinuisset cum.. pertinenciis universis.. sub eisdem metis et  
 terminis, quibus per eundem Mauricium habita extitisset et  
 possessa, pro fidelibus serviciis.. Johannis filii Vilyam, eidem  
 et per eum suis heredibus.. omni eo iure, quo ad ipsam rega-  
 lem collacionem pertinuisset, de plenitudine regie potestatis..  
 contulisset iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam.. sine  
 preiudicio iuris alieni (..... tempore pro)cedente prefatus  
 Johannes filius Vyliam, accepto Johanne filio Pauli de Kisbarch  
 homine regio et testimonio eiusdem capituli Agriensis, feria  
 secunda proxima post festum conceptionis beate Marie virginis  
 proxime preteritum eandem possessionem Kysfalud vocatam,  
 facta convocacione vicinorum et commetaneorum suorum (per  
 predictum) regium et dicti capituli ecclesie Agriensis homines,

per suas veras metas et antiquas reambulando nemine contradictore apparente sibi statui facere procurasset. In quarum contrarium prefatus Michael dictus Farkas, quasdam duas literas domini Wylermi Drugeth condam palatini regni Hungarie, unam tempore sui magistratus anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> vigesimo septimo, et aliam tempore sui palatinatus in anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>o</sup> tricesimo sexto emanatas, annotato comiti Thome presentasset; in quarum unius tenore (. . . . .) comes Thomas ipsomodo reperisset, quod idem dominus Vilermus quondam palatinus tempore sui magistratus Salamonem filium (Va)lteri et possessionem suam Kysfalud vocatam, iuxta fluvium Sayow existentem, ad suam specialem accepisset proteccionem, sicut in literis karissimi fratris sui Filippi condam palatini predictam possessionem ipsius fore intellexisset; universis ad ipsum pertinentibus et specialiter Jacobo parvo castellano suo de Gewr firmiter et districte mediantibus predictis literis suis precepisset, ut predictum Salamonem et possessionem suam predictam in nullo deberent molestare, sed ab omnibus molestantibus vice sue persone protegerent et defenderent. In alterius, vero litere tenore ipse comes Thomas vidisset haberi expresse, quod dictus dominus Wylermus palatinus tempore sui palatinatus, magistro Zonk vicecomiti suo vel ipso absente Petro dicto Somogy vices suas gerenti, quatuor iudicibus nobilium de Borsod, Nicolao de Machala et Johanni filio Nicolai exactoribus iudiciorum suorum in eodem comitatu constitutis firmiter precipiendo mandasset, quatenus statim visis literis suis iudicia seu gravamina iudiciorum, in quibus Salamonkeral nobilis de Kysfalud propter negligenciam redemcionis et reportacionis sigillorum ipsius domini palatini in sua congregacione convictus extitisset, eidem relaxare deberent, nec eundem racione iudiciorum predictorum aggravare seu molestare presumerent, sed eundem haberent expeditum de iudicio supradicto, et aliud nullatenus facere presumerent. Quarum literarum exhibicionibus factis, cum dictus comes Thomas, iuxta preexhibitarum literarum continencias, inter easdem partes in premissa causa finem decisivum facere voluisset, tandem prefatus Michael dictus Farkas, quasdam literas magistri Nicolai de Rechk vicecomitis magistri Cykou comitis Borsodiensis et quatuor iudicum nobilium

eiusdem comitatus feria quinta proxima ante festum beate Margarete virginis et martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio preterita emanatas ipsi comiti Thome curavisset exhibere, in quibus idem comes Thomas invenisset eo modo, quod nobiles et ignobiles in congregacione generali eorumdem magistri Nicolai de Rechk et iudicum nobilium in predicta feria quinta ante festum beate Margarete virginis et martyris de regio literatorio mandato prope villam Vamus celebrata, per diligentem inquisitionem prefatorum magistri Nicolai et nobilium taliter fassi fuissent, quod predicta possessio Kysfalud vocata in dicto comitatu Borsodiensi existens ipsius Michaelis dicti Farkas filii Salamonis fuisset.. ac iure hereditario sibi deberet pertinere, predictusque Mauricius nullum honorem nullumque dominium habuisset in eadem. Unde quia prenominatum Salamonem, patrem.. ipsius Michaelis.. in dominio dicte possessionis.. a multis temporibus retroactis fuisse ac predictum dominum Vylermum palatinum eundem Salamonem cum predicta possessione.. in suam proteccionem mediantibus literis suis recepisse et postmodum universos nobiles et ignobiles predicti comitatus Borsodiensis.. predictam possessionem Kysfalud vocatam ipsi Michaeli dicto Farkas hereditarii iuris titulo pertinuisse.. unanimiter affirmasse, predictumque magistrum Johannem filium Vyliam, eodem Michaele dicto Farkas, hic in curia regia existente et ignorante, ipsamque possessionem Kysfalud vocatam.. sibi statui facere procurasse, ex serie predictarum literarum domini Vylermi Drugeth condam palatini et vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Borsodiensis, necnon predicti capituli Agriensis sepedictus comes Thomas manifeste reperisset; ideo ipse comes Thomas cum baronibus et nobilibus regni cum eodem in iudicio adsedentibus adiudicando commississet eo modo, ut Nicolaus filius Mathyus vel Johannes filius Petri de Berenche aut Nicolaus filius Johannis de Cheb.. homo regius presente testimonio dicti capituli.. in quindenis diei Medii Quadragesime nunc preteritis, scilicet feria quarta ad faciem dicte possessionis Kysfalud vocate.. accederet et eandem eidem Michaeli.. eo iure, quo ad ipsum dignosceretur pertinere, statueret possidendam, contradiccione predicti magistri Johannis.. non obstante; facta autem ipsa statucione, idem magister



Johannes . . eandem possessionem . . nomine possessionis Mauricii, hominis, ut diceretur, sine herede decedentis, sub cuius nomine idem dominus noster rex pro suis serviciis eandem, ut ipse comes Thomas premisisset, dedisset et contulisset, dum ab ipsi Michaelē . . ordine iudiciario requirere vellet, si previa ratione sibi spectaret pertinere, requirendi liberam haberet facultatem; et post hec seriem omnium premissorum . . ad octavas festi Pasche domini similiter proxime tunc venturas in literis dicti capituli Agriensis per partes ipse comes Thomas suo iudiciario examini voluisset reportari. In continencia siquidem literarum prescripti capituli ecclesie Agriensis inter cetera reperimus contineri isto modo, quod ipsum capitulum Agriense . . cum predicto Nicolao filio Mathins de Kondo homine ipsius domini nostri regis . . Johannem sacerdotem magistrum altaris beati Ladislai regis de eadem ecclesia eorum pro testimonio, ad videndum reambulacionem et statucionem eiusdem possessionis Kysfalud vocate in comitatu Borsodiensi, ut diceretur, existentis destinasset; tandem preallegati . . homo regius et . . testimonium eorum ad ipsum capitulum reversi, ipsis concorditer retulissent isto modo, quod ipsi in dictis quindenis diei Medii Quadragesime iam preteritis accessissent ad faciem possessionis Kysfalud prenotate, eandemque vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis, per suas veras metas et antiquas reambulantes, cum suis utilitatibus quibuslibet . . ac eo iure, quo ad ipsum Michaelē . . pertinere dinosceretur, statuisset memorato Michaeli dicto Farkas perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore apparente. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, quia prefata possessio Kysfalud vocata per ipsum Michaelē dictum Farkas ab ipso magistro Johanne filio Vyliam in figura iudiciaria ipsius comitis Thome nomine sui iuris reoptenta, per prefatum hominem regium, presente testimonio prescripti capituli ecclesie Agriensis . . nullo penitus contradictore apparente, eidem Michaeli dicto Farkas filio Salomonis, iuxta formam iudicarie commissionis eiusdem comitis Thome ex serie prefatarum literarum predicti capituli Agriensis perpetuo statuta fore manifeste reperiabatur, ideo nos unacum eisdem baronibus et nobilibus regni tribunal iudiciale nobiscum assedentibus eandem

possessionem Kysfalud vocatam ipsi Michaeli dicto Farkas et suis heredibus eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere, nostra iudiciali auctoritate adiudicavimus, commisimus et reliquimus perpetuo possidendam.. sine preiudicio iuris alieni.. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Pasche domini predictarum, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hártyán lila színű selyemzsinóron függő félig ép pecséttel, a paiza czimere már nem látható; eredetije a N. Múzeumban a Kysfaludy családában.

## 125.

*1354. máj. 2. Péter Mortunus fia, Ujhely község bírdja s lakos-társai bizonyítják, hogy Czulak Lőrincz azon szántóföldjét, melyet János Ivánka fia szent Egyed egyházától per útján visszazerezett, nevezett egyháznak hat garasért előörökítette.*

Nos Petrus filius Mortunus iudex de Vyhel, Paulus Dorgo et alter Paulus de Zemlyn ac universi hospites de eadem memorie commendamus, quod Laurencius dictus Chulak ab una parte, ab altera vero vir religiosus Nicolaus prior ecclesie beati Egidii coram nobis personaliter constituti extitit propositum et relatam per Laurencium predictum viva voce, quod quamdam terram suam in sulco sitam, quam terram Johannes filius Iwanca de predicta ecclesia ordine iuris mediante reobtinuisset, videlicet superius terre Ivachini, illam terram ab eodem priore receptis sex grossos (*így*) ecclesie beati Egidii dedisset et coram nobis dedit, donavit in perpetuum et irrevocabiliter possidendam, tenendam a nulla persona contradictore, ita quod si qui racione terre predictae causam aliquam movere intenderent, tunc calumnia pervincerentur eo facto. In cuius rei presenciam (*így*) presentes patentes sigilli nostri fecimus communiri. Datum feria sexta proxima post festum Filippi et Jacobi apostolorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Kivül: Fratrum heremitarum super quamdam terram arabilem. Hátlapján meglehetősen ép pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban. 14. 2. dipl. oszt. 4430. Közli: Kovács N.

126.

*1354. máj. 3. I. Lajos király adománylevele Monaki Mihály és testvérei Simon, László és János részére, Golup nevű abaujvármegyei és Csabai nevű szabolcsvármegyei birtokokról.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Michael filius Ladislai de Monak fidelis noster in nostre serenitatis presenciam accedendo suas fidelitates et servicia nostre maiestati per eundem exhibitas et impensa proponens et declarans ac in nostram memoriam reducens, quasdam possessiones quondam Johannis et Mathei filiorum Stephani filii Mathei hominum, ut dicitur, sine herede decedencium, Goluph in Abawyvar et Choboy in Zaboulch comitatibus existentes, asserens ipsas dictis Johanne et Matheo sine herede decessis ex probatissima regni nostri consvetudine requirente nostris regis manibus devolutas extitisse, a nobis sibi, item Simoni, Ladislao et Johanni fratribus suis uterinis perpetuo dari et conferri postulavit. Nos itaque recordatis fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis predicti magistri Michaelis, quibus ipse cum omni fidelitatis constancia, laudabilique virtute in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis indefesse studuit complacere nostre maiestati, predictas possessiones quondam dictorum Johannis et Mathey filiorum Stephani hominum, ut premittitur, sine herede decedencium, Goluph in Abawyvariensi et Choboy in Zabolch comitatibus predictis existentes cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub eisdem metis et terminis, quibus eodem hactenus habite extiterunt et possesse omni eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, novo donacionis nostre titulo eidem magistro Michaeli et per eum Simoni, Ladislao et Johanni fratribus suis antedictis ipsorumque heredibus . . donavimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas . . salvis iuribus alienis. Datum Bude, in festo Invencionis sancte crucis, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

I. Lajos királynak 1355. 4. kal. Augusti kiadott megerősítő átiratából, melyben a jászói conventnek 1355. jul. 1-én a véghezvitt beiktatásról szóló jelentése is át van írva. A király privilegiuma megvan eredetben az Orsz. Ltárban N. R. A. 1537. 84. dipl. oszt. 4431. Közli: Kovács N.

## 127.

*1354. Kálló, máj. 3. Szabolcsvármegye alispánja és szolgabírói bizonyítják, hogy Visi Domokos fia János, Szabolcsi Feldrik elleni ügyében, betegsége miatt meg nem jelenhetett.*

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii comitis Bricci comes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum sabbato, videlicet in festo Inventionis sancte crucis, Johannes filius Dominici de Wys contra Feldricum de Zabolch sexto se sibi similibus in iuramento se expurgare debebat coram nobis super eo, ut dominica die proxima ante Septuagesimam nunc preterita equos suos equaciales ad predictam possessionem suam Wys non pepulisset et unum equum pey coloris de ipsis equis equacialibus extra non captivasset, ipso termino adveniente idem Feldricus comparuit, pro Johanne vero predicto Stephanus suus frater uterinus cum sufficientibus litteris procuratoriis conventus de Lelez coram nobis comparendo dixit nobis in hunc modum, quod idem frater suus predictus Johannes filius Dominici Vacie in lecto egritudinis decumberet. Datum in Kallo, termino prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán három pecsét töredékeivel; eredetije a Csicseri ca. ltárában. Közli: Kovács N.

## 128.

*1354. máj. 4. A lelezi convent előtt több lezteméri nemes kijelenti, hogy miután Ruszkaí Jakab és János az idegen kéznél levő birtokaik kiváltására negyven forinttal segítségokra voltak, ők azon okleveleket, melyek a köztök folyó perben Nagydobró nevű beregmegyei birtok adományozására vonatkoznak, semmiseknek s érvényteleneknek nyilváníják.*

Nos Blasius prepositus et conventus monasterii sancte crucis de Lelez . . significamus . . quod Valentinus, Johannes, Petrus, Briccius et Paulus filii Nicolai, Benedictus et Petrus filii Ladislai, Petheu et Matheus filii Alberti et Donch filius Dominici nobiles de Leztemer ab una, parte vero ex altera Jacobus

filius Dabou et Johannes dictus Bator nobiles de Ruzka coram nobis . . comparendo . . confessi extiterunt nobiles de Leztemer prenotati, quod quia predicti Jacobus et Johannes de Ruzka antedicta nuperrime, ut dixerunt, ad requirendum possessiones eorum, que pro nunc apud manus alienas dicuntur haberi, quadraginta florenos denariorum ipsis dedissent, idcirco ipsi in recompensam huius benefacti universa literalia eorum instrumenta seu privilegia . . que duntaxat factum seu collacionem cuiusdam possessionis Nogdobron vocate in comitatu de Beregh existentis tangere dinoscerentur, caasa, vana, irrita et mortua viribusque . . caritura . . reddidissent, imo eciam coram nobis reddiderunt auctoritate presencium mediante. Datum secundo die festi Invencionis sancte crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 93. 41. dipl. oszt. 4432. Közli: Kovács N.

---

129.

*1354. máj. 6. A budai káptalan előtt, Lytold fia Miklós, óbudai leépitett telkét negyven márkáért Erzsébet királynénak eladja.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad noticiam . . volumus pervenire, quod Nicolaus filius Lytoldi hospes de Veteri Buda, ab una, et Johannes dictus Nemeth aule reginalis miles, vice et nomine eiusdem domine Elizabeth . . regine . . parte ab altera, coram nobis constituti, idem Nicolaus filius Lytoldi quandam sessionem suam a suo patre sibi devolutam in Veteribuda in vicinitatibus sessionum quondam Andree filii Thome ab una parte, et Georgii dicti Byrow ex alia existentem, cum omnibus edificiis ligneis et lapideis in facie eiusdem existentibus et aliis suis pertinenciis ad eandem undique de iure et sine preiudicio iuris alieni spectantibus predicte domine Elizabeth regine pro quadraginta marcis Budensibus, ut dixit, plene ab eadem receptis et habitis confessus est . . vendidisse . . et vendidit coram nobis . . possidendam ac secundum nutum sue voluntatis disponendam . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, tertia feria proxima ante festum translacionis sancti

Nicolai confessoris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto ; presentibus . . Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Ladislao fratre Vgrini, Petro, Michaelae, Cosma, Johanne et aliis canonicis . .

Hártyán szederjes selyemsodrton függő ép pecséttel, a felső szélén chyrographummal; eredetije az Orsz. Ltárban. Mon. V. Bud. 18. 12. dipl. oszt. 4436. Közli: Kovács N.

---

130.

*1354. máj. 6. A váradi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn az erdélyi káptalan Mirozlou nevű birtok határát megjáratta, egyszersmind Tamás néhai országbíró lapádi tisztje és az összes lapádi lakosokat, a nevezett birtok bitorklásától és használatától tiltatta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Varadiensis . . Vestra nosse velit excellencia, quod cum receptis literis vestre sublimitatis nobis directis pro . . capitulo ecclesie Albensis Transsilvane per anni circulum generaliter datis ad faciendum citaciones, inquisitiones, prohibiciones et possessionum propriarum apud manus ipsorum existencium reambulaciones et ad alia exequenda, que in eisdem vidimus plenius contineri, mandatis vestre celsitudinis obedire cupientes, ut tenemur, unacum Andrea filio Herbordi homine vestre maiestatis in eisdem literis vestris inserto et expresso, nostrum hominem videlicet Stephanum clericum chori ecclesie nostre trasmissemus . . qui tandem . . nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominico proximo, videlicet in quindenis festi ( . . . . . ) proxime preteritis ad faciem possessionis predicti capituli ecclesie Transsilvane Myros-lou vocate pariter accessissent, quam convocatis vicinis et com-metaneis . . hoc modo reambulassent: nam primo incipientes a quadam valle seu aque meatu secus quandam silvam versus occidentem ad quoddam ( . . . . . ) escendissent, inde ad prata seu fenilia pergentes, abhinc ad viam publicam pervenissent; facta igitur buiuscemodi reambulacione ipsi eodem die in facie pre-scripte possessionis officialem quondam . . Thome iudicis curie vestre serenitatis de villa Lapaad ac universos hospites de eadem ab indebita percepcione usufructuum et utilitatum eiusdem

possessionis Myroslov intra predictos cursus metales existencium prohibuissent . . Datum in festo beati Johannis apostoli et evangeliste ante portam Latinam, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az Orsz. Ltárban. dipl. oszt. 30659. Közli: Kovács N.

## 131.

*1354. Buda, máj. 6. I. Lajos király, Ugrin fiának Pongrácznak és testvérének Bén nevű birtokot visszaadja, Kandy nevű pilismegyei birtokra nézve azonban az óbudai clarusák ellen hereseti jogukat megtagadja.*

Nos Ludovicus . . rex . . significamus . . quod quamquam condam Pancracio filio Ugrini quamdam possessionem suam Been vocatam et quasdam alias nunc apud fratrem eiusdem existentes restituerimus gratiam sibi faciendo, illas tamen, quas de suis possessionibus quondam . . Karolus rex . . et nos quibuscunque fidelibus nostris contulisset et contulissemus nequam annuimus requirendas per eundem et suos successores, quapropter vobis palatino, iudici curie nostre et aliis quibuslibet iudicibus et iusticiariis regni nostri, nunc et pro tempore constitutis, firmis damus regis sub preceptis, quatenus dum frater vel successores dicti Pancracii . . sanctimoniales ordinis sancte Clare virginis de Veteri Buda pretextu cuiusdam possessionis Kandy vocate in comitatu Pilisiensi existentis alicuius temporis in eventu in vestri presenciam in causam attraherint, nullo modo iudicare presumatis, sed semper prefatas dominas in dominio iamdicte possessionis Kandy pacifice permittatis gratulari . . Datum Bude, in festo beati Johannis ante portam Latinam, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>o</sup> quarto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Vet. Budens. 24. 7. dipl. oszt. 4434. Közli: Kovács N.

## 132.

*1354. máj. 6. A budai káptalan előtt, Erzsébet királyné Ó-Budán egy egyházat tartozandóságaival együtt az óbudai clarissáknak adományoz.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magister Johannes dictus Nemeth aule reginalis miles pro . . Elisabeth . . regina . . coram nobis constitutus dixit eo modo, quod predicta domina Elisabeth regina, quamdam domum suam emticiam in Veteri Buda in vicinitatibus domorum quondam Andree filii Thome ab una parte et Georgii dicti Byro ex altera existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . scilicet sessione, horto et aliis quibuslibet iuribus undique ad eandem de iure et sine preiudicio iuris alieni, specialiter ecclesie nostre cum plenitudine sui iuris et dominii . . sanctimonialibus ordinis beate Clare virginis et monasterio virginis gloriose in Veteri Buda et per consequens eidem monasterio perpetuo et irrevocabiliter, dum ipsam dominam reginam deo vocante mori contingeret, per formam testamentalem legasset.. possidendam . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, tertia feria proxima ante festum translacionis beati Nicolai confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto, presentibus . . Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Ladislao fratre Vgrini, Petro, Michaelle, Cosma, Johanne et aliis canonicis . .

A pecsét szederjes e vörös selyemszálakon függ, felül chyrographummal; eredetiye az Orsz. Ltárban Monial. Vet. Budens. 18. 13. dipl. oszt. 4435. Közli: Kovács N.

## 133.

*1354. Buda, máj. 8. Drugeth Miklós országbíró, szentlázslai Bas fainak a Bezered nevű birtokra és Sebehadnagyföldre nevű földrészecskére vonatkozó okleveleik előmutatására, Német János és fiére ellen folyt perben halasztást ad.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod instrumentalem exhibicionem, quam Basou et Egidius filii Bas de



sancto Ladislao in causam attracti, contra magistrum Johannem dictum Nemeth et Gregorium fratrem suum iuxta continenciam literarum comitis Thome quondam iudicis curie regie, predecessoris nostri pie memorie, modum et formam iudicii sui exprimencium, in octavis festi beati Georgii martyris in facto possessionis Bezdred et particule terre in possessione Sebehodnogfeulde vocata existenti facere tenebantur coram nobis, ob regium preceptum nobis literatorie impositum, ad quindenias residence exercitus regii nunc proxime movendi statu in eodem, quo nunc existunt (*igy*), duximus peremptorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzumban; ugyanott megvan Tamás országbirónak 1354. Vízkereszt nyolczadainak nyolczadik napján kelt halasztó levele, Rumi Németh Jánosnak és testvérének Bezdred nevű birtok iránt folytatott perében «contra Irnued et Johannem filios Ogmand de Wossyan.»

## 134.

*1354. Buda, máj. 10. Miklós nádor, a Rozgonyi János fia László és László fia Péter, továbbá Mikch bán fia Loránd közt fenforgott peres ügyben halasztást ad.*

Nos Nicolaus.. palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod discussionem cuiusdam cause, quam inter magistros Ladislaum filium Johannis et Petrum filium Ladislai de Rozgon actores, ab una, pro quibus Demetrius filius Johannis.. astitit, et inter magistrum Lorandum filium Mykeh condam bani in causam attractum, parte ab altera, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Georgii martyris in factis in eisdem prioribus literis nostris contentis facere tenebamur, ob regium preceptum literatorie nobis impositum ad quindenias residence exercitus eiusdem domini nostri regis statu in eodem duximus prorogandam. Datum Bude, decimo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1909. 46. dipl. oszt. 4439. Közli: Kovács N.

## 135.

*1354. máj. 18. László egri prépost és püspöki helyettes bizonyítja, hogy Gerges fia István özvegye Ilona s leánya Margit, Bubul fia Miklós özvegye Ilona és fia Tamás által leánynegyedi illetőségre nézve, tíz márka készpénzfizetéssel s bizonyos feltételek mellett Toth- s Magyar Razlarichai birtokrészek átadásával kielégítették.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Agriensis venerabilisque . . domini Nicolai . . Agriensis ecclesie episcopi . . vicarius . . damus pro memoria, quod nobilis domina relictæ Stephani filii Gerges Elena vocata pro se personaliter et pro domina Margareta filia sua . . ut actrix, ex una, item Michael pugil cum literis procuratoris Cosme sacerdotis de Sebus pro nobili domina Elena nominata, relictæ Nicolai filii Bubul, et Thomæ filio eiusdem Nicolai, ut in causam attractis, parte ex altera, coram nobis constituti per eosdem propositum extitit . . in hunc modum, quod ipsi in causa, quam prefata domina relictæ Stephani et predicta domina Margareta filia sua super facto quarte filialis earum contra ipsam dominam relictam Nicolai filii Bubul et Thomam filium eiusdem coram nobis ordine iuris movere habebant . . per compositionem proborum virorum ex nostra iudiciaria . . permissione taliter . . concordarunt coram nobis, quod prefatus Thomas filius Nicolai filii Bubul pro omnimoda expedicione prefate quarte puellaris dominarum predictarum eisdem dominabus videlicet relictæ et filie predicti Stephani in octavis festi beati Michaelis archangeli quinque marcas computi Cassensis, et in octavis diei Medii Quadragesime proxime consequenter affuturis similiter quinque marcas coram nobis . . persolvere tenerentur, tali modo, quod si idem Thomas filius Nicolai primum terminum preteriret insolutum, iudicii, si vero secundum terminum postponeret, penam dupli incurreret ipso facto, et in vigilia earundem octavarum sancti Michaelis idem Thomas duos boves et unam vaccam eisdem relictæ et filie Stephani filii Gerges in presencia Cosme de Sebus et Johannis de Cybinio ecclesiarum sacerdotum dare et assignare teneretur; preterea in octavis festi Penthecostes proxime venturis duo iugera tritici, duo iugera de siligine, duo de avena et unum iuger hordei coram eisdem Cosma et Johanne sacerdotibus idem Thomas eisdem dominabus similiter daret . .

et quod in possessione sua Magyarrazlauicha vocata tria loca sessionalia populosa integra, duo videlicet infra domos et curiam sacerdotis et tertium inter fluvium iuxta sessionem predicti Michaelis pugilis iacencia, item similiter tria loca sessionalia similiter populosa in possessione Tothrazlauicha nominata, ubi ipse domine elegerint et voluerint, cum omnibus earumdem . . . pertinenciis idem Thomas filius Nicolai presentibus prenomina- tis Cosma et Johanne presbyteris in octavis festi Ascensionis domini proxime preteritis dominabus (. . . . .) tali modo tenerentur, ut prelibate domine relicta et filia Stephani filii Gerges ipsas sessiones usque (. . . . .) possiderent, et post mortem earumdem dicte sessiones in ius et proprietatem domini Thome devolverentur in perpetuum possidende; hoc adiecto, quod si filii Thome filii Thyba possessionem ipsorum Geralthfolva nominatam redimerent, ipsa possessione Tothrazlauicha eisdem filiis Thome revolveretur, extunc idem Thomas filius Nicolai de porcione sua in possessione Geralthfolva sibi cessa eisdem dominabus similiter tria loca sessionalia populosa ubi voluerint et elegerint pro ipsis tribus locis sessionalibus in ipsa possessione Tothrazlauicha postpositis similiter dare . . . teneretur; (partes autem) utpote iudicem de iudicio pacis communiter placare assumserunt. Datum Agrie, in dominica proxima ante festum Ascensionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Pecsét nyomaival; eredetije az Oorsz. Ltárban. N. R. A. 1537. 82. dipl. oszt. 4440. Közli: Kovács N.

---

136.

*1354. jun. 6. A szepei káptalan előtt, Sórári Sós Péter fia János, test- réreit és Synka fiát Pétert, sórári birtoka és sóskútja s ezek tartozékai elidegenítésétől tiltja.*

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus memorie commendamus, quod magister Johannes filius Petri dicti Sous de Sowar coram nobis comparendo, Nicolaum et Georgium fratres suos carnales ac Ladislaum filium Petew et Andream dictum Safar procuratores suos et fratrum suorum necnon alios

quoslibet per modum protestacionis prohibuit tali modo, ut ipsi porciones possessionarias in dicta possessione Sovar in comitatu de Sarus in pertinenciis suis ac omnibus aliis possessionibus et putei salis de eadem Sowar et aliis utilitatibus ipsos filios Petri ubilibet quovis modo contingentes nullo modo alternare et a se alienare, metis novis magis quam hactenus fuissent innovare, immutare ac Petro filio Synka et filiis suis ac aliis quibusvis obligare, perpetuare vel alienare deberent et ex nunc nostri in presencia prohibuit, nihil de proventibus dicti putei salis aut possessionibus eorumdem cuiquam dandi, et si qui dedissent vel obligassent quovismodo ex eisdem iuribus eorumdem, dictus Johannes, nomine quo supra, eos prohibuit in hac parte protestando; et ut dicti Nicolaus et Georgius ac procuratores eorumdem et alii quilibet instrumenta literalia ipsos in facto predictorum putei salis et iurium ac possessionum eorum quorumlibet inter predecessores eorum et ipsum Petrum filium Synka olim confecta, aliququaliter cassare facere non auderint, nec possint ac dictum Johannem filium Petri contra prefatum Petrum filium Synka vel alios nullo modo honerare, aggravare et nunquam ac nusquam quovismodo in possessionibus, persona et rebus suis obligare vel obligari faciendi habeant auctoritatem, eo quod in his omnibus dictus Johannes predictos fratres et procuratores suos et alios quoslibet protestando, coram nobis prohibuit ne aliqui iurium suorum inter eos et predecessores parcium ambarum stabilitum valeat mutari aliqua racione. Datum feria sexta proxima post festum Penthecosten, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredeti je a N. Muzeumban a Soós cs. Itárában.

---

137.

*1354. jun. 9. A budai káptalan bizonyítja, hogy Erzsébet királyné egy óbudai telkes közházát tartozmányaival együtt, halála után az óbudai apáczáknak adományozta.*

Capitulum Budensis ecclesie . . harum serie volumus pervenire, quod . . Thoma filio Petri, magistro pincernarum regalium pro . . Elizabet regina . . coram nobis constituto in per-

sona ipsius domine regine relatum extitit per eundem organo vive vocis et confessum, ut ipsa domina regina fundum curie sue seu domum lapideam quondam Georgii dicti Zakalus in civitate Veteris Bude in vicinitate domus domine relicte Emerici existentem, per ipsam dominam reginam a Seydel carpentario filio Gussul, hospite de ipsa Veteri Buda, genero scilicet magistri Emerici carpentarii ipsius domine regine et Stephano filio Helmygh de eadem, fratre patrueli dicti magistri Emerici, aliis nostris privilegialibus mediantibus precio comparatam, eo fundo curie per ipsam dominam reginam usque tempus vite sue pro se reservato, post suum decessum . . cum omnibus . . pentinenciis . . claustro virginis gloriose per ipsam dominam reginam in Veteri Buda ob firmam spem et sincere devocionis affectum, quem in ipsa memorata virgine gloriosa gereret in honorem eiusdem virginis gloriose divinitus fundato et per consequens sororibus sanctimonialium in eodem iugiter deo famulantibus . . contulisset, imo idem magister Thomas in persona prefate domine regine . . contulit perpetuo . . possidendam . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris dicte ecclesie nostre, secundo die festi sancte Trinitatis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto; presentibus . . Petro cantore, Johanne custode, Emerico, Michaele, Ladislao fratre Vgrini, altero Ladislao, Cosma ceterisque canonicis . .

A pecsét vörös és zöld selyemsodraton függ, felül chyrographummal; eredetije az Orsz. Ltárban Monial. Vet. Budena. 18. 23. dipl. oszt. 5175. Közli: Kovács N. U. o. megvan az a bizonyáglevela a budai káptalannak 1354. jun. 7-ről, a mely szerint a föntirt házat a királyné megvásárolta; dipl. oszt. 4441.

## 138.

*1354. jun. 11. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenté, hogy a teljesített határjárás után Dehter nevű biharvármegyei birtokba, Szász Lőrincz fiát Istránt beiktatta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . literas vestre celsitudinis . . recepimus in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Agrien-

sis salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Laurencii filii Stephani de Zaz, quod predicta possessio eiusdem Dehteer vocata in comitatu Bihariensi existens, apud manus suas habita, reambulacione . . indigeret, super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petew de Ragyolch vel Cosmas filius Gregorii de Zomayun aut Stephanus de Ayka sive Katur de Mysseche an Ladislaus filius Thobak de eadem, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis Deher (*igy*) accedendo . . reambulet eandem . . reambulatumque . . relinquat ipsam eidem Laurencio eo iure, quo ad ipsum dignoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero . . citet . . contra ipsum ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec tocius facti seriem . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto. Nos igitur mandatis vestris obedire cupientes, ut tenemur, cum prefato Stephano filio Petri de Ayka homine vestro nostrum hominem . . Michaellem magistrum altaris sancti Emerici confessoris de eadem ecclesia nostra transmisimus . . qui quidem homo vester tandem ad nos reversus, presente . . dicto testimonio nostro nobis retulit istomodo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro sabbato proximo ante festum Ascensionis domini iam preteritum accessisset ad faciem possessionis Dehter prenotate, eandemque vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et eisdem presentibus per suas veras metas et antiquas reambulasset, reambulatumque et a vicinariis possessionibus separatam, specialiterque a possessione Sarusbolch nuncupata, per duas antiquas et evidentes metas, quas idem Laurencius in quodam dumb iuxta fluvium Beregyo in circulacione cuiusdam rivuli ibidem ex eodem fluvio derivantis et in quodam spineto directe ex opposito ecclesie beati Dionisii martyris, ab alia parte ipsius fluvii Beregyo adiacentis, ac etiam in quodam loco sessionali Valinttheleke vocato presentibus, videntibus et consencientibus Thoma de Buhch (*igy*) et villico ac hospitibus de eadem Bolch ipsis demonstrasset, separatam et distinctam reliquisset memorato Laurencio eo iure, quo ad ipsum dignosceretur pertinere perpetuo possidendam, nemine

penitus contradictore apparente . . Datum in die festi sancti Barnabe apostoli, anno prenotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 28732. Közli: Kovács N.

## 139.

*1354. Zemplén, június 12. I. Lajos király, a magbanszakadt Sándor unokájának Péter fiának Sándornak, két Szécsen, valamint Várad és Perlep nevű barsvármegyei s Vezekyn nevű nyitra vármegyei birtokait, Mochk fiának Domokosnak adományozza.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos rememoratis et in memoriam nostre maiestatis reductis immensissimis serviciis et fidelitatibus magistri Dominici filii Mochk, fidelis militis nostri, quibus ipse continue et sine intermissione in cunctis nostris et regni nostri negociis et expeditionibus prosperis et adversis immitando vestigia nostre maiestatis studuit complacere et se reddere graciosum utique et acceptum, volentes eidem pro tot et tantis serviciis suorū gratuitis meritis regio occurrere cum favore, ut hoc viso ceteri ad fidelitatis sacre regie corone exhibendis constanciam solercius intenderent, discantque sub principe graciosio devocius famulari, in quandam particularem retributionem suorū serviciis et fidelitatis eiusdem magistri Dominici, possessiones condam Alexandri filii Petri filii Alexandri, hominis videlicet heredum solacio exorbati, videlicet duas Zechen, item Warad et Perlep in Borsiensi iuxta fluvium Goron, ac Wezekyn vocatas in Nitriensi comitatibus habitas, in quarum dominio ipse Alexander filius Petri vita sibi comite existente usque tempus sui obitus pacificus dicitur extitisse, que dicto Alexandro sine herede decesso ex approbatissima regni nostri consuetudinaria lege requirente manibus nostris regis sunt devolute, eidem magistro Dominico et per eum suis heredibus, heredumque suorū successoribus, cum omnibus suis . . pertinenciis earumdem . . omni eo iure et titulo, quibus nostre collacioni dinoscuntur pertinere . . contulimus titulo nove donacionis nostre, imo . . conferimus perpetuo . . possidendas . . Datum in Zemlinio, in festo corporis Christi, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Ugyancsak I. Lajos királynak 1363. febr. 9. kelt «magister Dominicus filius Bochk aule nostre miles» kérésére kiadott és 1364. máj. 13. újabb pecséttel megerősített átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 795. 8. dipl. oszt. 4443. Közli: Kovács N.

## 140.

*1354. jun. 13. A váradi káptalan bizonyítja, hogy Rozsáli Gergely fia György, Atyai Tyba fia Péter és Gathali Elley fia Burch, ugocsavár-megyei Lipót nevű vitás birtok iránt, Kirali Csepán fia Zovárd és Ujhelyi Miklós fia István ellen, a nekik ítélt esküt letették.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum compositionum viri nobiles magistri Georgius filius Gregorii de Rosal et Petrus filius Tyba de Atya ac Burch filius Elley de Gathal, ab una, parte ex altera vero Zovard filius Chepani de Kerali et Stephanus filius Nicolai de Uyhel, in octavis festi Penthecostis proxime preteritis propriis eorum in personis aut per legitimos procuratores nostrum hominem pro testimonio ad faciem cuiusdam terre litigiose Lipou vocate in comitatu de Vgacha iuxta fluvium Zemerdek dictum existentis, commetaneae possessioni Vruzy adducere debuissent, ubi convocatis vicinis et commetaneis eiusdem legitime universis, exceptis nobilibus de Lapy, iidem magistri Georgius filius Gregorii, Petrus filius Tyba et Borch filius Elley sexto se nobilibus, ex quibus unus debebat esse commetaneus, presente eodem nostro testimonio iuxta regni consuetudinem iurare debuissent super eo videlicet, quod eadem terra litigiosa Lipou vocata eorum esset hereditaria et ab avo ipsorum ad eos devoluta, quo iuramento deposito metas eiusdem terre litigiose ubicunque voluissent erigendi liberam habuissent facultatem, et ipso iuramento prestito prefati Zovard filius Chepani et Stephanus filius Nicolai cum universis fratribus eorum tam patruelibus quam uterinis, eandem terram litigiosam predictis magistris Georgio, Petro et Borch relinquere debuissent perpetuo possidendam pacifice et quiete; ipso itaque termino occurrente nos ad petitionem earumdem parcium . . Paulum sacerdotem chori ecclesie nostre et rectorem altaris



beati Johannis apostoli et evangeliste vice nostra pro testimonio illic duximus transmittendum, qui tandem . . nobis retulit . . quod ipse in termino iam predicto cum prefatis partibus ad faciem predictae terre accessisset, quam convocatis vicinis et commetaneis eiusdem primo reambulassent, factaque ipsa reambulacione super facie eiusdem iidem magistri Georgius filius Gregorii, Petrus filius Tyba et Borch filius Elley sexto se nobilibus, videlicet quilibet eorum secundo se cum uno commetaneo ipsorum, scilicet Rophayun filio Deseu de Vruzy, iuxta regni consuetudinem pedibus discalceatis, cingulis resolutis, terra super caput posita iurassent, ut debebant, factaque ipsa iuramentali deposicione abinde discessissent. Datum in crastino festi preciosissimi corporis Christi, anno eiusdem M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a b. Pereny cs. ltárában III. 9. Közli: Kovács N.

## 141.

*1354. Karlou, jun. 26. Borsodvármegye alispánja és szolgabirdái előtt, Mihály fia Miklós comes, Lampert fiait és unokáit, Sumrák fia Miklós földjének használatától tiltja.*

Nos magister Nicolaus filius Ladislai de Rechk vicecomes magistri Chyko in comitatu Bursudiensi et quatuor iudices nobilium de eodem comitatu de Bursud damus pro memoria, quod comes Nicolaus filius Michaelis de Hangunsyw, coram nobis adstando nostrum postulavit hominem, coram quo prohiberet comitem Gregorium, Lazarum, Dominicum et Nicolaum filios Lamperti, item Thomam filium eiusdem Gregorii et Sebastianum filium ipsius Lazary ab usu et percepcione omnium utilitatum cuiusdam particule terre, videlicet terre Nicolai filii Sumprak, ab angulo altaris ecclesie sancte (*igy*) Nicolai confessoris usque ad fluvium Hangunpataka in eadem Hangun situate. Nos igitur, ut tenemur, iusticia svadente, unum ex nobis virum providum honestum, scilicet comitem Markum unum ex nobis, ad premissam prohibitionem faciendam, de medio nostri duximus transmittendum; qui quidem comes Markus deinde ad nos rediendo retulit nobis isto modo et confessus est, quod ipse ad

faciem predicte terre, et terre Nicolai filii Sumrak accedendo, prohibuisset preallegatos Gregorium, Lazarum, Dominicum et Nicolaum filios Lamperti, item Thomam filium eiusdem Gregorii et Sabastianum filium ipsius Lazari, ab usu, ut dicitur, dicte terre Nicolai, et de angulo ipsius ecclesie usque ad fluvium Hanganpathaka, ut non uterentur nec perciperent . . . prohibuit (. . .) Datum in villa Karlow, feria quinta proxima ante festum beati Petri apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a Hanvay cs. ltárában a N. Muzeuumban.

## 142.

*1354 körül Eger, jun. 27., Miklós egri püspök, Szikszai Imre fia Péter leányegyed iránti keresetében, Pous fia Lökös s Mihály fia Herke, kendi nemesek ellen, kik az egyház itéletének fejet nem hajtanak és az egyházból makacsságuk miatt már kiközösítettek, a világi hatalmat reszi igénybe s az ügyet Miklós nádor elbírálása alá terjeszti.*

. . . Nicolao . . . palatino et iudici comanorum . . . Nicolaus . . . episcopus Agriensis . . . Vestre nobilitatis magnificencie notum facimus per presentes, quod quia ex parte nobilis viri magistri Petri filii Emerici de Zykzou nostre diecesis et iurisdictionis, super requisicione cuiusdam quarte filialis, quam magister Leukus filius Pous et Herke filius Michaelis, nobiles de Kendy, iam a pluribus annis coram nobis requisierunt, iusticie facere complementum non valemus, eo quod pro dolor ecclesiasticam potestatem in sue salutis detrimentum contumaciter vilipendat, et ob id eciam iam dudum fuit et existit sententia excommunicationis non immerito irretitus et omnes ad ipsum pertinentes ecclesiastico interdicto sunt subiecti, idcirco advertentes, quod potestates et iurisdictiones ecclesiastice et seculares ubi (. . .) num fuerit se mutuo tenentur adiuvere, causam ipsam cum omnibus processibus et instrumentis in (. . . .) atis ad vestre magnitudinis presenciam duximus transmittendam, per vestre iurisdictionis potestatem fine debito terminandam, iuribus tamen et privilegiis, libertatibus et consvetudinibus ecclesiastice potestatis salvis semper remanentibus et illesis. Datum Agrie, in festo sancti regis Ladislai.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1537. 90. dipl. oszt. 4444. Közli: Kovács N.

## 143.

*1354. jul. 1. Ujbánya város közönsége bizonyítja, hogy a garamszent-benedeki convent egy két-kerekű malmot hat, és egy házat három és fél arany márkáért tizenkét karattal szdmítva megvásárlott.*

Nos Joannes Raydel iudex totaque iuratorum pluralitas civitatis Chüngsperg . . significamus . . quod Christianus dictus Clainsmit vice ac ex parte conventus sancti Benedicti de iuxta fluvium Gron ab honesto viro Nicolao Thome, nostro iurato concive, duas rotas in dicto fluvio Gron locatas et molendino antiqui Colerii contiguas pro sex marcis auri duodecim karatarum, item ab honesto viro Nicolao Marsilii domum suam, quam inhabitavit in vicinatu Nicolai Pestlini felicis memorie sitam pro tribus marcis auri similiter duodecim karatarum cum dimidia, secundum ius et iusticiam civitatis rite et rationabiliter emendo comparavit tenendas et habendas sub iuribus et conditionibus universis, prout easdem possessiones dicti probi viri hactenus tenuerunt. Ut autem huius emcionis protestacio robur obtineat firmitatis, sigillum dicte civitatis Chüngsperg presentibus est appensum. Actum et datum in octavis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo tercentesimo quinquagesimo quarto.

A meglehetősen ép, vörös viaszba nyomott hosszúkás pecsét, zöld és vörös selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban. Abbat. iuxta Gron. 24. 31. dipl. oszt. 4445. Közli: Kovács N.

## 144.

*1354. jul. 3. A pécsrádi convent bizonyítja, hogy a pécsi püspök és a margitszigeti apácák cselei tisztje és jobbágyai közt föntforgott vitás ügyben, minthogy a püspök a maga és emberei részéről kellő elégtételt nem nyújtott, az elégtételt az apácák tisztje is megtagadta.*

Nos conventus monasterii Varadiensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostra-

rum memorialium et obligatoriarum . . frater Georgius officialis et procurator . . sanctimonialium de Insula Leporum de Chele ex parte Mathie, Stephani sclavi, Clementis parvi, Nicolai filii Erney, Emerici dicti Chorba et Thome Kapas dicti famulorum suorum et aliorum sociorum ipsorum seu hospitem de dicta possessione Chele super causis in prioribus dictis literis nostris contentis . . Nicolao episcopo Quinqueecclesiensi et ad ipsum pertinentibus in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteriti in dicta villa Chele coram homine regio et nostro testimonio iudicium et iusticiam indilatum et sufficiens impendere debuisset, tandem ipso termino adveniente nos unacum Bacha de Mendzenth homine dicti domini nostri regia nostrum hominem videlicet dominum Michaellem sacerdotem ecclesie nostre de Babarch super premissis negotio pro testimoniis duximus transmittendos, qui postmodum . . retulerunt, quod ipsi in predictis octavis festi nativitatis beati Joannis Baptiste ad faciem dicte possessionis Chele vocate accessissent, ubi prefatus homo dicti domini nostri regis presente dicto nostro testimonio ex parte dictorum hominum super causis in dictis prioribus literis nostris . . contentis, ad mandatum . . dicti domini nostri regis iudicium et iusticiam indilatum et sufficiens per eundem impertiri postulasset, qui quidem frater Georgius officialis . . dictarum sanctimonialium de Insula Leporum iudicium et iusticiam prefato domino episcopo et ad ipsum pertinentibus in causis premissis impendere minime curavisset, dicens, quod si prius idem dominus episcopus de se pertinentibus super quibuslibet iniuriis seu iniuriosis factis condignam satisfactionem sibi et iobagionibus dictarum . . sanctimonialium impenderet, ipse postmodum omne iudicium et iusticiam indilatum ipsi domino episcopo et ad ipsum pertinentibus impendere promptus esset et paratus, ubi procurator dicti domini episcopi Quinqueecclesiensis dixisset, quod idem . . episcopus cum ipsis . . sanctimonialibus de Insula Leporum super premissis causis, in quibus ipse . . episcopus cum ipsis . . sanctimonialibus in lite existerent, super hec inter ipsum . . episcopum et easdem . . sanctimoniales iusticia et iudicium in presencia eiusdem iudicis impenderetur, ideo ipse procurator ipsius domini episcopi ex parte dictorum hominum per eundem fratrem Georgium iuxta

mandatum.. regis dicto.. episcopo Quinqueecclesiensi et ad ipsum pertinentibus in premissis causis iusticiam et iudicium impendi postulasset, qui quidem frater Georgius super premissis causis iudicium et iusticiam dicto domino episcopo et ad ipsum pertinentibus impendere minime curavisset. Datum tercio die termini prenotati, anno domini M° CCC° quinquagesimo quarto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Posoniens. 43. 12. dipl. oszt. 4446. Közli: Kovács N.

## 145.

*1354. Kálló, jul. 5. Szabolcsvármegye alispánja és szolgabirái előtt, Kállai Istrán fia Istrán Kállai Demeter fiát Ivánt azzal vádolta, hogy egyik szolgáját bántalmazta.*

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii comitis Briccii comes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Stephani de Kallou in nostram personaliter accedens presenciam nobis significare et protestare curavit in hunc modum, quod feria sexta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, in foro ipsius cum fratribus suis habito, magister Demetrius filius Iwan de predicta Kallo quendam famulum suum Laurencium nomine dictum Zakach verberasset et verberari fecisset et super eundem unum vulnus intulisset, culpis suis nullis exigentibus, et quia suum tributum idem Laurencium (*igy*) exigere non potuit, tres marcas damni sibi intulisset. Datum in Kallo, sabbato proximo post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán három pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay es. ltárában.

## 146.

*1354. jul. 21. A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Drugeth Miklós országbíró meghagyására Ivánczi Ayakas Miklós fiait a szentgothárdi apát ellen megidézette.*

.. Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Castriferrei .. Receptis literis .. comitis Nicolai Drugeth iudicis curie vestre cum Fabiano filio Nicolai filii Folk homine vestro, hominem nostrum Johannem clericum chori ecclesie nostre ad infrascriptam citationem faciendam pro testimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod idem homo vester presente nostro testimonio prescripto, sabbato die proximo ante festum beate Marie Magdalene proxime preterito Nicolaum, Dominicum et Johannem filios Nicolai dicti Ayakas de Iwanch in eadem possessione ipsorum Iwanch contra dominum Petrum abbatem de sancto Gothardo ad quindenas festi beati Jacobi apostoli proxime nunc venturas ad vestram citassent presenciam. Datum tercio die citationis prenotate, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen, a gr. Festetics cs. Itárában; Castriferrei 37. a.

## 147.

*1354. jul. 24. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Saah fiát Egyedet, Vesen fiát Miklóst s Bálint fiút Jánost a bold. szűzről nevezett sági egyház Egegh nevű birtokának használatától tiltatta.*

Lodovico .. regi .. capitulum ecclesie Strigoniensis ... Receptis literis vestris inquisitiones, prohibiciones et citationes generaliter continentibus, nobis in personis religiosi viri domini Stephani prepositi de Saagh exhibitis .. unacum Johanne filio Demetrii de Tuur, homine vestro, in eisdem literis vestris inserto magistrum Ladislaum socium et concanonicum nostrum pro testimonio ad infrascripta exequenda duximus destinandum, qui demum .. retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante festum beate Margarete virginis proxime preteritum in facie possessionis Kyrallyfia vocate Egidium filium Saah, Nicolaum filium

Vesen et Johannem filium Valentini de eadem ab usu et utilitatum percepcione possessionis ecclesie beate virginis de Saagh Egegh vocate et eciam ne per sata populi de Egegh semitas facerent similiter ad eosdem pertinentes nomine domini Stephani prepositi dicte ecclesie de Saagh prohibuissent. Datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Zárlatán peesét töredékeivel; eredetiye az Orsz. Ltárban præpos. b. M. Virg. de Saagh. 31. 60. dipl. oszt. 4447. Közli: Kovács N.

## 148.

*1354. aug. 5. A budai káptalan kiküldöttje előtt Felsőpribeli Mórícza fia Mihály, gyermekei, valamint neje Sebe nevében, úgy Pomochi Márton fia Mihály, a nevezett Mórícza testvérének fia, Felsőpribelben levő birtokrészeit Alsópribeli Benedek fiának Liptói Miklósnak és Klárának százhatvan forintnyi örök áron eladják.*

Nos capitulum Budensis ecclesie.. significamus.. quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum patencium et composicionalium inter Michaelem filium Mauricii de Felseuprebul, filios et filias eiusdem ac Michaelem filium Martini de Pomoch ab una parte, Nicolaum dictum de Lyptou filium Benedicti de Olsouprebul ac dominam Claram matrem eiusdem ex alia emanatarum.. Michaelem socium et concanonicum, nostrum ad ea, que in dictis literis nostris vidimus contineri, et que sequuntur, fideliter exequenda, destinassemus, idem cum predictis partibus ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod ipse in octavis festi beati Jacobi apostoli proxime preteritis ad faciem possessionariam porcionis in Felseuprebul habite, per predictos Michaelem filium Mauricii, filios et filias eiusdem, item per Michaelem filium Martini de Pomoch, prenotatis Nicolao filio Benedicti ac domine matri eiusdem pro centum et sexaginta florenis vendite, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et partibus presentibus accessissent; primo et principaliter predicti Nicolaus dictus de Lyptou ac domina Clara mater eiusdem octuaginta florenos, ut assumsissent, eisdem Michaeli filio Mauricii, filiis et filiabus eorumdem ac Michaeli

filio Martini persolvissent, et iidem Michael filius Mauricii ac Johannes filius eiusdem, item Stephanus, Mauricius et Nicolaus filii, Clara, Clala (*igy*), Elisabeth et Chaka filie, ac domina Sebe uxor eiusdem Michaelis, nec non Michael filius Martini filius sororis predicti Mauricii personaliter comparentes predictam possessionariam porcionem in Fulseuprebul habitam, prout et quantum ipsos contingeret, cum omnibus pertinenciis.. specialiter cum iuribus prenotate domine Sebe uxoris, racione dotis et rerum parafernalium, ac prenominatarum filiarum eiusdem Michaelis filii Mauricii racione quarte filialis provenire debentibus, sub suis certis metis et antiquis, sub quibus idem Michael filius Mauricii eandem possedisset, pure et simpliciter eisdem Nicolao filio Benedicti et domine Clare matri eiusdem iure perpetuo pro dictis centum et sexaginta florenis predicto titulo emcionis dedissent et statuissent in dominium plenum eiusdem intro (. . . . .) onus (. . . . .) in hac parte per Georgium filium eiusdem Michaelis contingeret, ad se omnino assumsissent. Omnes causas et literas, que inter ipsos usquemodo mote et emanate essent, exceptis (. . . . .) non possent, sopitas et inanes reddidissent ipse partes et reddiderunt coram nobis. Hoc eciam declarassent, quod iidem Michael filius Mauricii, filii et filie, ac Michael filius Martini et eorum successores, predictos Nicolaum filium Benedicti et dominam matrem eiusdem ac eorum successores in dicta possessionaria porcione pacifice contra quoscunque conservare, et si in eadem conservare eosdem non possent, extunc similem possessionariam porcionem in quantitate et qualitate ac valore eisdem dare tenerentur.. Datum in festo beati Dominici confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Ugyancsak a budai káptalannak 1355. mart. 22-én kelt «Nicolaus filius Benedicti de Prebul» kérésére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 630. 19. dipl. oszt. 4442. Ugyanabban át van írva a káptalan 1354. jun. 7-én kelt levele is, melyre a fõntebb kõzõlt oklevél elején hivatkozás történik. Közli: Kovács N.



## 149.

1354. Buda, aug. 8. I. Lajos király a szkalkai apátság zliechói alattvalóit, hogy a lejolyt zavaros idők rongáltatásából felépülhessenek, mindennemű vám alól tíz esztendőre felmenti, egyszermind pedig egy mértföldnyi területen belől szabad fűzést és legeltetést enged nekik.

Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod cum nos ad humillimam supplicationem fidelium nostrorum subditorum et colonorum de Zliecho ad abbaciam sancti Benedicti de Rupibus pertinentibus ac in comitatu Trinchiniensi existentibus habitorum nobis propterea factam, ut eosdem ab omni contributione taxarum et prestacione laborum eximendos haberemus, tunc vero volentes, ut de illa desolacione, in quam his disturbiorum temporibus devenissent, ad priorem decorem restaurentur, ob hoc eosdem duximus ab omni prestacione laborum et solucione taxarum ad decennium fore eximendos . . Preterea concessimus eisdem ligna ubique succidere, pascuaciones quoque ultra metas earundem ac spacium unius miliaris exercere ubique, concedimus, ut amodo in posterum nullus omnino hominum cuiusvis status . . existat in succisione lignorum et pascuacione pecorum eosdem in personis, rebusque et bonis eorum quibusvis molestare, impedire . . presummat . . Datum Bude, feria sexta proxima ante festum assumptionis gloriose virginis Marie, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

Felső-Vadászai Rákóczy Pál országbírónak 1635. nov. 13-án «Johannis Pisky abbas de Rupibus Zkalka et canonici Strigoniens.» kérésére kiadott átiratából, melynek eredetiye megvan az Orsz. Ltárban. dipl. oszt. 4449. Közli: Kovács N.

## 150.

1354. Buda, aug. 18. I. Lajos király Welkypólya nevű bars megyei birtokot, hű udvarnokának Miklósnak, Jakab fiának adományozza.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus, quod nos recensitis fidelibus serviciis et sincerissimis complacenciis Nicolai filii Jacobi fidelis aule nostre familiaris, quibus idem nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis sicut prosperis sic adversis cum

summa sollicitudine, evigilanti cura omnique fidelitatis fervore studuit complacere et se reddere graciosum utique et acceptum, in cuius serviciis animus noster regius pluries conquievit, racione quorum licet a nobis multo his maiora mereatur, in particularem tamen suorum serviciorum recompensationem, quamdam possessionem nostram regalem nunc vacuam et habitatoribus destitutam Welkypolya vocatam in comitatu Borsiensi existentem, cum omnibus suis . . . pertinenciis . . . ab antiquo ad eandem spectantibus omni eo iure, quo ad nostram collacionem dinoscitur pertinere, eidem Nicolao filio Jacobi et per eum suis heredibus . . . nove donacionis nostre titulo . . . contulimus perpetuo possidendam . . . salvis iuribus alienis. Datum Bude, feria secunda proxima post festum Assumcionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján a pecsét helyén e szavak olvashatók: «relacio Petri dicti Zudar» eredetije az Orsz. Ltárban, Paulin Elephant. 11. 1. dipl. oszt. 4450. Közli: Kovács N.

## 151.

*1354. aug. 30. Az egri káptalan előtt Bulchi Domokos fia, Czudar Péter figyelembe véve, hogy nagybátyjai Demeter és László, Kállai Iván fiai, az alább felsorolt birtokokra nézve vele barátságosan kiegyezkedtek, riszonzáéul, a Kállaiak sógornőjének Annának, férje után járó hitbér és hozomány kielégítésére huszonöt márka megfizetésére magát kötelezi.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod magister Petrus, dictus Chudar, filius Dominici de Buleh et comes ac castellanus de Sarus et de Scepus sabbato proximo post festum decollacionis beati Johannis Baptiste, anno videlicet nativitatis domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto in nostri presencia personaliter comparendo, presentibus et audientibus Ladislao et Demetrio magistris, filiis Iwan de Kallo, avunculis suis, dixit et publice est confessus, quod quia predicti avunculi sui super facto quarundam possessionum Bakkan, Guth, Beltuk, Banhazo, Kurthueles et Dersyk vocatarum mediantibus aliis literis nostris exinde confectis una cum ipso et fratribus suis amicabiliter componentes suum optatum facere curavissent et adimplere, obhoc ipse e converso hoc . . . assumpsit coram

nobis, quod dum relictæ Andree, quondam fratris ipsorum iam defuncti, dotem et res paraffernales suas ex possessionibus et porcionibus possessionariis prenotati Andree et mariti sui, iuxta huius regni consuetudinem rehabere voluerit, extunc ipse absque porcione sua annotata avunculos suos de sua propria pecunia in viginti quinque marcis expedire teneretur a domina prenotata, et easdem viginti quinque marcas solummodo ipse solveret pro eisdem. . . In dicta autem porcione sua, sicut posset, concordaret cum domina suprascripta, quod si ipse tunc secus faceret in hac parte, extunc postmodum ipse memoratum principale debitum prelibatis avunculis suis ante litis ingressum cum duplo solvere teneretur. Datum die et anno prenotatis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban 1766. 9. dipl. oszt. 4452. Közli: Kovács N.

## 152.

*1354. sept. 19. I. Lajos király a Tamás országbíró özvegye László (Ossveczi herczeg leánya Anna közt egyrésztől, és Mihály ráczi püspök meg Konya mester gömöri főispán s füleki várnagy, ugyancsak Tamás országbírónak első nejétől született fiai között másik résztől, az országbíró hagyatékához tartozó jaraq iránt föntforgott peres ügyben létrejött kiegyezéshez jóváhagyását adja.*

Lodovicus. . . rex. . . ad universorum noticiam. . . volumus pervenire, quod cum post obitum. . . Thome iudicis curie nostre et comitatus de Turuch honorem tenentis, qui pridie diem clausit extremum, inter inclitam dominam Annam filiam condam excellentissimi principis domini Ladislai ducis Ossueciensis consanguineam nostram relictam eiusdem ex una parte, ex altera vero. . . Michaellem episcopum Wachiensem, nec non magistrum Konya comitem Gumuriensem et castellanum de Fylek filios eiusdem comitis Thome ex alia domina genitos, occasione omnium castrorum, villarum et possessionum quarumlibet per eundem comitem Thomam tam a. . . Karolo rege. . . ac a nobis aquisiticiarum quam eciam emticiarum quarumcunque, quarum dimidietatem directam ex donacione eiusdem mariti sui in vita sibi, sueque filie similiter Anna vocate, tunc viventis sed nunc

defuncte, ex nostra permissione, de qua constat, tam per nostras literas privilegiales, quam patentes, vigore literarum trium capitulorum, scilicet Strigoniensis, Albensis et Veteris Bude factam et collatam asserebat.. quescio oriri debuisset, et per utramque parcium contra alteram nostre celsitudini querela sepius porrecta extitisset, licet nondum in iudicium deventum fuisset super eo, nosque volentes huiusmodi dissensionem.. viam precludere et causam ipsam proborum virorum compositione terminari, quam partes ipsas permittere laboribus et sumptibus pretextu litigiorum, quorum dubius est eventus, fatigari, deliberacioni prelatorum et baronum regni nostri de consensu et voluntate parcium utrarumque, sub forma pacis.. si eis foret id possibile, commissemus decidendam et tractatus super premissa.. compositione satis diu protelatus fuisset et protractus, finaliter tamen prelati et baronibus supradictis efficaciter.. interponentibus partes suas ad huiusmodi compositionis.. formam tam domina prefata, quam etiam dominus episcopus et magister Konya prelibati devenisse asseruntur et devenerunt coram nobis, nostro consensu benivolo ad id accedente, videlicet, quod pro ipsa dimidietate castrorum, villarum et possessionum, ac etiam ratione dotis vel iuris matrimonii ipsam contingentis nec non rerum suarum parorphanalium quarumcunque ac aliorum iurium, que sibi iamdicta domina ex donatione predicti mariti sui deberi dicebat, ac quibuslibet aliis iniuriis.. si que forte per eosdem dominum episcopum aut magistrum Konya seu ad ipsos pertinentes ipsi domine aut pertinentibus ad eandem dicerentur illata, iidem dominus episcopus et magister Konya promiserunt.. solvere.. quin imo.. solverunt.. et sex milia florenorum boni et iusti ponderis, item centum et quinquaginta equas equaciales, item duos fundos seu curias in civitate nostra Budensi, unam in vicinitate curie nostre, aliam in vicinitate ecclesie sancti Nicolai fratrum predicatorum et terciam in suburbio civitatis predictae iuxta ecclesiam sancte Trinitatis cruciferorum de Calidis Aquis, super quibus confecta instrumenta in manus eiusdem domine integraliter tradiderunt, sepedicte domine Anne et per eam suis heredibus iure perpetuo.. possidendas, in presencia venerabilis patris domini Nicolai Zagrabiensis episcopi aule nostre vice-

cancellarii, Nicolai palatini et iudicis comanorum ac Cykon magistri tavarnicorum nostrorum per nos ad videndum ipsas soluciones et alia agenda inter partes specialiter transmissorum. E converso autem prelibata domina Anna in persona sua, suorumque heredum et omnium aliorum, quorum interest vel interesse potest in futurum, utpote contenta de compositionibus et solucionibus antedictis, renunciavit sponte et libere absque metu seu coactione aliquali, omni liti, discordie, dissensionis, quescioni, iuri sive accioni, que in supradictis castris, villis et possessionibus quondam mariti sui sibi deberi dicebat, necnon doti et rebus suis paraforalibus antedictis ac omnibus aliis iniuriis, molestiis, turbacionibus, impedimentis seu factis potencialibus, si que, ut premissum est, ex parte eiusdem domini episcopi et magistri Konya, aut pertinencium ad eosdem, sibi aut ad ipsam pertinentibus dicerentur illata, et omni iuris beneficio, si quod sibi, aut suis heredibus competere posset ex premissis, vel aliquo premissorum usque modo, reddens ipsa ipsorumque heredes super omnibus antedictis penitus et per omnia expeditos, nihil penitus iuris sibi aut suis heredibus reservando. Restituens nihilominus literas nostras privilegiales et patentes antedictas ac trium capitulorum predictorum super nostra prelibata permissione et mariti sui sibi facta donacione emanatas et confectas, nec non omnes alias literas privilegiales et patentes atque clausas regales, reginales, capitulorum, conventuum nec non iudicum ecclesiasticorum vel secularium quorumcunque, super castris, villis, possessionibus, iuribus seu accionibus eiusdem comitis Thome et per consequens suorum filiorum predictorum emanatas, que medio tempore sub eorundem baronum nostrorum sigillis de ipsarum parcium voluntate posite fuerant in sequestro, assummens et obligans se eadem domina, quod si aliquas ex eisdem literis restituere non curaret vel reservasset in fraudem ubicunque et quociescunque successu temporum in iudicio ecclesiastico vel seculari aut extra per ipsam seu per alios suos fratres, consanguineos vel quoscunque alios ipsius aut predictorum seu aliquorum ex predictis nomine exhiberentur, quod irrita, vacue et inanes reputentur et sint prorsus et per omnia viribus cariture, nec in aliquo obesse valeant dominis episcopo aut magistro Konye seu eorum here-

dibus, sed existant exhibitoribus nociture. Quibus omnibus supradictis assensum prebuimus et consensum, composicionemque inter ipsas partes modo premissa ordinatam, ratam habentes atque gratam, presenti nostro privilegio de consilio prelatorum et baronum regni nostri duximus confirmandam. Datum per manus predicti . . Nicolai episcopi ecclesie Zagrabien-sis auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto, tredecimo kalendas Octobris, regni autem nostri ano: tredecimo.\*

Piros selyemszálakon függő kettős pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 434. 29. dipl. oszt. 4454. Közli: Kovács N.

## 153.

*1354. sept. 19. A jászói convent előtt Homoródi Márk leánya Katalin Sápi Cympo Domokos fiúnak Miklósnak özregye, utóbb Sasai Dömjén neje a sápi birtokból járó hitbérét és hozományát négy márkáért Poharos Péternek eladja.*

. . Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazo . . ad universorum . . notitiam . . volumus pervenire, quod nobili viro magistro Petro dicto Paharus comite comitatus Abawjvariensis ex una, nobili vero domina Catherina vocate filia Marci de Homorogd relicta videlicet Nicolai filii Dominici dicti Cympo de Saap, alio nomine Cymphaza vocata, nunc autem consorte Damiani dicti Sasa de Sasa parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis per eandem nobilem dominam Catherinam vocatam dictum nobis extitit . . quod ipsa pro quibusdam suis necessitatibus evitandis . . dotem et res suas paraphernales ac quovis titulo ipsam iure nature et de huius regni consvetudine exigente in predicta possessione Saap, alio nomine Cymphaza vocata contingentis habitam, qua videlicet idem magister Petrus titulo donacionis regie hominis

\* A záradékban az egyház- és országnagyok nevei ugyanazok, kik Fejér Cod. Dipl. IX. 2. 305. l. felsoroltatnak, azzal a kivétellel, hogy a pécsi püspök neve nem fordul elő, azonban meg vannak nevezve Pál tinnini és püspök Péter fia Pál kir. főajtónálló mester.

absque heredum solacio decedentis . . possideret . . eidem magistro Petro dicto Poharus ex beneplacita sua voluntate pro quatuor marcis compoti Cassensis plene et integre per eundem coram nobis persolutis et receptis, iure hereditario vendidisset et exnunc in nostri presencia eidem magistro Petro in filios filiorum perpetue . . pacifice possidere . . vendidisset nil iuris nilque domini . . sibi et suis heredibus . . in predicta possessione Saap alio nomine Cymphaza vocata reservando . . Datum feria sexta proxima post festum exaltacionis sancte Crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Hártyára írott eredetije a Kapy ca. ltárában, a pecsét vörös színőron függ, felül chyrographummal. Közli: Kovács N.

## 154.

*1354. sept. 20. I. Lajos király Zimáni Beke fiút Istvánt és ennek unokacéreit Izaad fiút Benedeket és Miklós fiút Jánost utódaikkal s birtokaikkal együtt, a várjobbágyági kötelek alól felszabadítja és megnemesíti.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nos, qui ex innata regie nobilitatis clemencia, que in beneficiis suis fidelibus elargiendis continuum debet summere incrementum, pensatis fidelitatibus et serviciorum laudedignis meritis Stephani filii Beke de Zyman, quibus idem iuxta possibilitatis sue exigenciam in nostris et nostri regni negociis prosperis et adversis omni fidelitatis constancia virtuteque laudabili studuit complacere nostre maiestati, ipsum, item Benedictum filium Izaad et Johannem filium Nicolai de eadem Zyman fratres suos patruelas, eorumque heredes . . simul cum dicta possessione ipsorum Zyman nuncupata ac aliis quibusvis possessionibus hereditario et alio quovis iure ad ipsos pertinentibus mere et sincere nobilitatis titulo predotantes et a popularitate et consorcio iobagionum castrensiū, in quibus hactenus perstiterunt, ex pietate regia et gracia speciali eximentes, in cetum, numerum, collegium et catervam verorum nobilium regni nostri duximus aggregandos et aggregavimus patrocinio presencium mediante . . Datum per manus . . Nicolai . . episcopi Zagrabiensis, aule nostre vicecancellarii . . anno domini

M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto, duodecimo kalendas Octobris, regni autem nostri anno tredecimo.

Az elveszett kettős pecsétnek csak helye látható; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 901. 1. dipl. oszt. 4455. Az oklevél záradékában az egyház és országnagyok ugyanazok, a mint fentebb 152. sz. a. érintve van.

## 155.

*1354. sept. 24-e körül. Drugeth Miklós országbíró előtt Tatamér fejérvári prépost és a káptalan, a Sáros folyón levő Nagymalom nevű, per alatt volt malmot Majus fiának Mihálynak visszaadják.*

Nos comes Nicolaus Drugeth index curie . . Lodovici . . regis Hungarie comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus, quod cum dominus Thatamerius Albensis ecclesie prepositus legitime citacionis modum observando, Michaellem filium Moyus de Hon (. . . . .) cionis cuiusdam molendini Nogmolun dicti in fluvio Sarusd existentis in regiam presenciam legitime contra se in causam attraxisset (. . . . .) iis prorogacionum cautelis intervenientibus ad presentes octavas festi sancti regis Stephani prorogatorie devenissent, tandem ipsis octavis festi sancti regis Stephani occurrentibus magister Stephanus theutunicus canonicus dicte ecclesie Albensis pro predicto domino Thatamerio preposito et capitulo prescripte ecclesie Albensis (. . . . .) eorumdem ab una, ac prefatus Michael filius Moyus personaliter parte ab altera coram nobis constituti confessi sunt . . in huncmodum, (quod) per reformacionem et compositionem proborum et nobilium virorum pacem parcium zelancium in facto prescripti molendini Nogmolun dicti, obtenta prius (. . . . .) nostra concordandi licencia, taliter concordassent et concordarunt coram nobis, quod quia iidem dominus prepositus et capitulum ecclesie Albensis prescriptum molendinum Nogmolun dictum in fluvio Sarusd habitum eidem Michaeli filio Moyus omni iuris tramite iure hereditario pertinere debere agnovissent, dictus prepositus et capitulum ecclesie Albensis, predictum molendinum eidem Michaeli filio Moyus tamquam ius suum perpetuo et irrevocabiliter possidere remisissent et resignassent, imo idem magister Stephanus premissa



procuratoria auctoritate in persona predictorum domini prepositi et capituli ecclesie Albensis remisit et resignavit coram nobis; de iudicio vero habite pacis pretactus dominus prepositus et capitulum ecclesie Albensis nos, velud iudicem eorum ordinarium, complacere tenebuntur, prout idem magister Stephanus procurator ipsorum premissa procuratoria auctoritate id benivole acceptavit et assumsit.. Datum (.....) esimo die octavarum festi sancti regis Stephani predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

A függő pecsét le van szakítva; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 156.

*1354. sept. 26. A jászai convent előtt Hangoni Máté fia László Fulredmech nevű birtokának felét, Alkázmeri Mykocha fiainak Sennye nevű borsodvármegyei birtokáért cserébe adja.*

Litere privilegiales conventus Jazou feria sexta proxima ante festum beatorum Cosme et Damiani martyrum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo emanate inter cetera sua serie exprimentes, quod Dionisio et Paulo filiis Mykocha de Olkazmer, ex una, Ladislao vero filio Mathei de Hangon, parte ex altera, coram ipso conventu Jazou personaliter constitutis, per eosdem confessum extitisset in hunc modum, quod ipsi in possessionibus eorum infrascriptis tale concambium fecissent perpetuo duraturum ita videlicet, quod quia idem Ladislaus possessionem suam Fulredmech vocatam, per prefatum Matheum patrem suum alienatam, a manibus alienis videlicet a Laurencio dicto Urmos non cum propria pecunia sua, sed rebus ipsorum filiorum Mykocha reacquisivisset, dictamque pecuniam eisdem alioquin reddere non valuisset, obhoc ipse rectam medietatem dicte porcionis sue possessionarie in dicta possessione Fulredmech existentis, scilicet a parte possessionis Kazmer habitam cum omnibus suis.. pertinenciis.. nullum ius.. in dicta medietate reservando, similiter cum instrumentis, quibus mediantibus prefatus Laurencius dictus Urmos tenuisset, preallegatis filiis Mykocha in concambium possessionarie porcionis Petri prenotati

in possessione Sennye vocata in comitatu Borsodiensi existenti habitam, quam idem Petrus titulo emcionis possedisset, in filios filiorum iure hereditario dedisset, similiter cum instrumento super dicta possessionaria porcione confecto coram dicto conventu ab eodem Petro recepto, eisdem Dionisio, Petro et Paulo dedisset perpetuo possidendam . . obligans se et suos successores prefatos filios Mykocha in dicta medietate predictae possessionis contra universos in filios filiorum conservare . . e converso vero iidem filii Mykocha prefatum Ladislaum in dicta possessione Sennye modo prenotato assumssissent conservare.

Bebek István országbirónak 1366. évi márt. 18-án kelt ítéletéből, melynek eredetije az Orsz. Ltárban őriztetik. N. R. A. 861. 25. dipl. oest. 4456. Ugyan ebben megvan kivonatban a jászai convent bizonyosságlevelle 1354. oct. 1-éről, mely szerint Hanganon László felredmeczi birtokának másik fele részét Mikocha fiainak zálogba adta. Közli: Kovács N.

## 157.

*1354. oct. 3. A zobori convent előtt, a garamszentbenedeki prépost és conventje, az egyház Tajna nevű birtokának egy részét, Tajnai János fiának Benedeknek, Endrédi Jakab fiának Jánosnak és Sári Sanka fiának Tamásnak négy évre haszonbérbe adja.*

Nos conventus monasterii beati Ypoliti martyris de Zubur . . significamus . . quod frater Johannes prepositus nomine proprio vice et nomine domini Syffridi abbatis et tocius conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta fluvium Goron, ab una, item Benedictus filius Johannis de Tayna pro se et pro Johanne filio Jacobi de Endred, item Thoma filio Sanka de Sary, parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem frater Johannes prepositus nomine proprio vice et nomine domini Syffridi abbatis et conventus predictorum retulit se locasse et dedisse, imo locavit coram nobis et contulit possessionariam porcionem terre monasterii sancti Benedicti in Tayna existentis et ex antiquo tempore ad ipsum monasterium beati Benedicti pertinentis cum omnibus . . pertinentiis . . prenotatis Benedicto filio Johannis, Johanni filio Jacobi et Thome filio Sanka pro censu annuak a festo beati Michaelis archangeli in autumnno proxime

preterito, usque ad quartam revolutionem annualem festi beati Michaelis archangeli in autumnno supervenientis eo modo, quod in singulis octavis festi ipsius beati Michaelis archangeli quatuordecim pensas denariorum latorum viennensium in monasterio ipsius beati Benedicti domino abbati et conventui omnes in communi pariter vel quilibet eorum singulariter suam particulam solucionis sine crastinacione solvere et literas ipsius conventus expeditorias super ipsa solucione recipere assumserunt, tali obligaminis vinculo interposito, quod si ipsam solucionem omnes communiter, vel aliquis eorum singulariter solvere negligerent . . et super ipsa solucione non facta literas nostras testimoniales supradicti dominus abbas et conventus monasterii sancti Benedicti procuraverint emanari, extunc quilibet eorum in pena unius marce, decem pensas pro marca computando, absque porcione iudicis, ante litis ingressum, et coram quovis iudice persolvende convinceretur et convictus esset eo facto. Quarta autem festivitate annuali beati Michaelis archangeli peracta sepedictam porcionem terre in Tayna tenebuntur relinquere monasterio sancti Benedicti predicto, sine omni contradiccionis obstaculo pacifice et quiete, quia si non relinquerent, similiter penam unius marce incurrerent . . Datum feria sexta proxima post festum beati Michaelis archangeli prenotatum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

---

158.

*1354. Nagyfalu, oct. 6. Baranyamegye alispánja és szolyabírái bizonyítják, hogy Gyulai Jakab fia Miklós és fiai, Bodméri István fia ellen a nekik ítelt esküt letették.*

Nos magister (Dominicus) vice magnifici viri domini Andree bani de Machou comes de Barana et iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum iuxta nostram adiudicacionem et sentenciam diffinicionem (*igy*) magister Nicolaus filius Jacobi de (Gula) Jacobus et Michael filii sui, quilibet eorum tercio se hominibus sibi similibus (. . . . .) feria secunda proxima post

festum beati Michaelis archangeli nunc preteritum iuxta priorum literarum nostrarum (. . . . .) prestare coram nobis debuissent sacramentum contra Johannem filium Stephani de Budmer in eo (. . . . .) Jacobus cum consilio et ex dictu eorundem magistri Nicolaum (*igy*) patris et (. . . . .) fratris suorum, quendam iobagionem ipsius Johannis Petrum Somogy dictum, feria sexta proxima ante festum beati Mathei apostoli et evangeliste ac uxorem suam non verberaverit et damna viginti marcarum per factum ipsius Jacobi non habuerit; ipso itaque termino occurrente ipsi magistri Nicolaus, Jacobus et Michael filii sui contra eundem Johannem filium Stephani cum coniuratoribus eorum super premissis prestiterunt sacramentum coram (*igy*). Datum in Nogfalu, feria secunda prenotata, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay ca. stjavnycakai ltárában; Gyulay fasc. IV, 23.

## 159.

*1354. oct. 17. A váradi káptalan előtt, Szakácsi Gergely fia Erdely Jakab, Csugi Imre fiát Pétert, továbbá rokonait és másokat Szakácsi, Csug, Kege és Gyure nevű birtokainak elfoglalásaitól tiltja.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis memorie commendamus, quod Jacobus filius Gregorii Erdely dictus de Zakachy in nostri presencia personaliter astando, Petrum filium Emerici Chugi dictum, ab occupatione sub nomine sui et conservacione ac perpetuacione eiusdem possessionis Chug vocate, item Nicolaum et Ladislaum filios Ladislai, Michaellem et Johannem filios Johannis patruales fratres de Zenmichlos, item Jacobum filium Michaelis de Zenkiral ab usibus et occupatione ac conservacione et perpetuacione quarumlibet possessionum loci sessionum, quorum (*igy*) nomine vocatarum, intra metas possessionis sue Zakachy vocate habitarum, et ab ereccione metarum per se vel per Lorandum filium Elek aut per alios quoslibet intra predictas metas de Zakachy erectarum et perpetuacione earundem, item Jacobum Poch, Johannem et Martinum filium Chama similiter ab occupatione terrarum quarumlibet et ereccione metarum sive per se

sive per patrem eorum occupatarum et erectarum, Johannem filium Bakow, Petrum filium Synka, Petrum filium Chure, Mathiam et Dominicum filios Petri et Johannem filium Dionisii de Zupur, item Johannem filium Martini, Ladislaum, Jacobum, Petrum, Johannem, Andream et Michaellem filios eiusdem Johannis, Laurencium et Johannem filios Simonis, Paulum filium eiusdem Laurencii ac quoslibet alios ab occupacione et percepcione utilitatum ac conservacione et perpetuacione sub nomine sui possessionis Kege vocate et residicione (*igy*) super eandem ac quarumlibet aliarum possessionum et sessionum quovismodo vocatarum et terrarum earundem occupacione, intra metas possessionum Zakachy et Gyure habitarum, necnon ereccione metarum per se vel per patrem eorum, intra metas in nostris literis privilegialibus contentas erectarum, vel erigere aut supra nomine sui occupare volencium, quemlibet prenominatorum oretenus prohibuit contradicendo, et contradixit inhibendo, ut cum tempus opportunum fuerit contra eos iuridice proseguere intenderet. . Datum feria sexta proxima post quindenas festi beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Hártyán, hátlapján monoru peccsét nyomaival; eredetiye a Bölöny ca. Itarában Bihar vármegyében.

## 160.

*1354. nov. 10. A fehérvári káptalan előtt, a veszprémi káptalan két ekére való birtoka iránt a jutasi nemesekkel folyt perben kiegyez, és a birtok határjárással elkülönítettik.*

Nos capitulum ecclesie Albensis .. significamus .. quod magister Stephanus canonicus et decanus ecclesie Vesprimiensis vice et nomine eiusdem ecclesie capituli, ex una parte, item Nicolaus filius Dionisii, Petrus filius Michaelis, Paulus filius Gervasii, Schtephanus filius Petri et alter Schtephanus filius Thyba nobiles de Iwthas pro se personaliter et pro Bocon filio Conth, Ladislao filio Dionisii, Andrea, Johanne et Dominico filiis Thome et pro eodem Thoma patre ipsorum, item Johanne et Thoma filiis Demetrii, Ladislao filio Egius, (*igy*) et Pethew filio Gervasii, Schtephano filio Nicolai et Nicolao filio Johannis similiter

nobilibus de eadem Iwthas . . parte ex altera, in nostri constituti presencia . . confessi extiterunt, quod . . Johannis . . episcopi eiusdem ecclesie Vesprimiensis et aliorum nobilium interloquencium composicionaria interveniente unione, super facto quarumdam terrarum arabilium ad duo aratra sufficiencium et aliarum terrarum intra metas eiusdem ecclesie Vesprimiensis existencium, pro quibus ipsum capitulum Vesprimiense et predicti nobiles litis contestacionem satis per prolixo temporis spacium altercatoriam, sumtus et expensas peramplius in ipsius litis processibus facientes, ut dicebant, habuissent, ad talem pacis reformationem . . partes devenissent prenotate, quod licet iuxta instrumentorum continenciam privilegialium pro eodem capitulo Vesprimiensi, ut dicebatur, emanatorum, terras duorum aratrorum arabiles per eosdem nobiles prius minus iuste occupatas et usui ipsorum indebite usurpatas ac pro huiusmodi terrarum occupacione iniusta pro usurpatoriaque detencione atque diu auctoritate propria per eosdem nobiles possessarum, ac aliis causis evidentissimis in literis magistri Lamperti olim iudicis curie regie maiestatis privilegialibus ; pro eodem capitulo Vesprimiensi emanatis et confectis ; sentenciamque capitis quorundam predecessorum dictorum nobilium et damnacionem inter cetera iudicialia gravamina per eundem iudicem curie regie maiestatis contra predecessores eorundem nobilium latam et iuridice dictatam contentis et habitis, prout nobis asserebatur, sicut eciam in presenti cause examinacione domini Nicolai Drugeth iudicis curie . . iudiciaria, in cuius presencia dicte litere privilegiales contra ipsos nobiles, iuridice prius per idem capitulum citatos et conventos, exhibite extitissent et producte, fuisset adinventum, reddere, iuxta metarum cursus in alio privilegio pro eodem capitulo emanato contentarum, ut totum nobis per partes dicebatur, vigoroso, terras intra metas eiusdem ecclesie Vesprimiensis habitas plenarie remittere, eidem capitulo Vesprimiensi cum gravamine non modico iudiciali iidem nobiles debuissent, tandem quasdam terras iuxta fluvium magnum in proximo eiusdem possessionis Iwthas spacio decurrentem, omnes videlicet terras a parte meridiei usque ad cursum eiusdem fluvii adiacentes terris videlicet eiusdem capituli Vesprimiensis arabilibus Bagarfelde vocatis conterminales, ita quod, ut brevi utamur eloquio,

ab eadem parte meridiei usque ad predictum cursum dicti fluvii de eisdem terris pro se et pro iure suo seu dominio nihil iidem nobiles relinquentes, quarum mete et metarum distinciones inferius annectuntur. Item quedam feneta in una continuacione existencia, excepto quodam feneto, quod olim Johannes filius Pauli habuisset et nunc idem capitulum haberet pacifice et possideret, racione eciam cuius feneti nunquam lis contra idem capitulum fuisset per quospiam suscitata, que eciam feneta per metas ab aliorum iuribus distincta haberentur, prefati nobiles per se et nomine procuratorio pro aliis eorum sociis predictis auctoritate comparentes procuratoria, eidem capitulo Vesprimiensi dedissent et dederunt coram nobis, eidem statuentes iure perpetuo . . . possidenda . . . ipsumque capitulum Vesprimiense viscera aperientes pietatis eisdem nobilibus compassione nihilominus ducti caritativa, licet eosdem nobiles tam ob detencionem ipsarum terrarum potenciarum, quam eciam pretextu solutionis iudiciorum gravaminum in eisdem literis magistri Lamperti, in quibus quidam predecessores predictorum nobilium contra ipsum capitulum convicti extitissent contentorum non modicorum, non immerito potuisset ipsum capitulum aggravare, dictas tamen terras benivole recepissent a nobilibus prenotatis contenti pro satisfaccione habita et impensa; item eciam maioris gracie gratitudine ipsum capitulum Vesprimiense prefatis nobilibus volens occurrere speciali, predictarum terrarum medietatem intra metas eiusdem ecclesie Vesprimiensis existencium tam arabilium quam campestrium et rubetorum equalem per metas infrascriptas distinctarum eisdem nobilibus remisisset . . . coram nobis, inter idem capitulum et dictos nobiles per medium dividendo. Quarum quidem terrarum et fenilium mete, prout nobis magister Valentinus socius et concanonicus noster, quem nos visis literis generalibus per anni circulum eisdem . . . Johanni episcopo et capitulo ecclesie Vesprimiensis ad citaciones, inquisitiones aliaque iura, que iuxta regni consvetudinem fieri consveverunt facienda et peragenda graciosè datis et concessis, unacum Nicolao filio Michaelis de Wos homine regio, cuius nomine pro presentibus processibus inter alia in eisdem literis fuit insertum, hominem nostrum ad requisicionem eiusdem capituli Vesprimiensis per ipsum magistrum Stephanum,

canonicum et decanum eiusdem ecclesie in persona ipsius capituli nobis factam, miseramus pro testimonio fidedignum, feria quinta proxima ante festum beati Martini confessoris proxime preteritum in registro cursus ipsarum metarum nobis reportavit, et tam per eundem hominem nostrum quam eciam hominem regie maiestatis prenotatum ad nos revertentes fassum nobis fuit et relatam, taliter distinguntur: quod prima meta incipit iuxta quandam viam publicam, qua itur de villa Band in Albam Regalem, et ibi circa eandem viam est una meta erecta terrea, item ab eadem via incipit descendere et tendit ad partem meridiei versus Vesprimium, et per breve spacium eundo venit ad quandam arborem tenellam thwlfā vulgariter vocitatam et ibi est meta sub eadem arbore circumfusa, deinde per eandem partem per bonum spacium descendendo venit ad aliam arborem thwl similiter tenellam, sub qua est meta terrea et circumfusa, deinde per eandem partem pergit directe ad unam arborem similiter thwlfā vocatam, prope fenetum rubeti, et in exitu eiusdem descendendo, ubi est una meta terrea sub eadem arbore circumfusa; item ab eadem parte paulisper veniendo pervenitur ad quosdam dumos rubeti et ibi in radice cuiusdam monticuli est una meta terrea; item ab eadem parte directe descendens venit ad quandam arborem piri silvestris, sub cuius radice est meta terrea circumfusa; item per eandem partem pervenitur ad fines quarundam terrarum arabilium cedencium et existencium intra metas capituli Vesprimiensis in quadam valle, et ibi iuxta fines predictarum terrarum arabilium est una meta terrea; item ab eadem parte meridiei descendendo declinat aliquantulum in eadem valle et in medio terrarum arabilium est una meta terrea; item per eandem partem pergit ad quandam arborem piri silvestris, que est circumfusa meta terrea; item paulisper veniendo in eadem parte in medio quorundam dumorum iuniperiorum est una meta terrea; item abhinc ascendit in eadem parte ad quendam monticulum lapidosum, ubi est meta terrea, in eademque meta unus lapis magnus est involutus; item abhinc declinat ad partem orientis et parum eundo descendit ad quasdam duas vias, quarum una est nova et alia antiqua et in utraque parte eiusdem vie nove sunt due mete terre; item descendit ab eisdem duabus viis, que paulisper eundo invicem iunguntur, recte



ad finem eiusdem possessionis Iwthas et ibidem in exitu eiusdem possessionis Iwthas circa paludem est meta terrea; item ab eadem meta per quasdam arbores salicis recte ad fluvium magnum, ad locum cuiusdam molendini Myskeemolna vocatum et transiens ipsum fluvium et ipse fluvius stat semper pro meta communi distingens pro capitulo ecclesie Vesprimiensis a parte meridiei et a parte possessionis Iwthas eisdem nobilibus de Iwthas, qui quidem fluvius usque ad viam protenditur, ad quendam transitum in loco molendini Conthmolna dicti et ibi secus eandem viam est erecta una meta terrea; item ab eadem meta tendit ad meatum antiquum eiusdem fluvii sive alveum, qui quidem meatus fluvii antiqui est pro meta communi ipsi capitulo Vesprimiensi et nobilibus de Iwthas sepe dictis, ita quod per eundem meatum pro meta positum communi discurretur usque ad terras ecclesie de Kapornuk, a parte meridiei per distinctionem ipsius fluvii et antiqui meatus eiusdem separat capitulo Vesprimiensi et a parte aquilonis nobilibus de Iwthas predictis et ibi mete terrarum predictarum terminarentur. Mete autem fenilium sive pratorum predictorum, prout similiter nobis in registro per eundem hominem nostrum fuit reportatum, taliter distinguntur: quod prima meta terrea incipit iuxta quendam fluvium, que meta distat ab ipso fluvio ad partem aquilonis ad quantitatem spacii iactus unius lapidis. deinde protenditur ad quandam arborem piri silvestris, in cuius radice ab antiquo fuit quidam lapis pro meta positus a parte orientis, iuxta quam arborem est una meta terrea; item eundo per eandem partem ad quantitatem unius iugeris terre et ibi est una meta terrea; item abhinc venit ad partem meridiei et ibi in angulo quodam est una meta terrea, deinde pergit parum et flectitur ad partem occidentis et fenetum eiusdem capituli Vesprimiensis, quo nunc Johannes canonicus ecclesie Vesprimiensis et quondam sublector ex commissione eiusdem capituli utitur, quod etiam fenetum distinctum per metas ab aliis haberetur evidenter. . Datum feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris prenotatum, anno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto.

A székesfehérvári káptalannak 1462. máj. 10-én Jutasi nemes Konth Mihály kérésére kiadott átiratából; melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 15680. Közli: Kovács Nándor.

## 161.

*1354. Gömör, nov. 17. Péter csetneki plébános és az erseki vicarius helyett ese, László fia Pál s János előadására, Balog fiának Miklósnak s Lőrincz fiának Tamásnak, kik a szentkirályi egyház tetejének kiigazitására fél márka pénzsegélyre kötelezték magokat, ennek megfizetésére határnapot tűz ki.*

Nos Petrus plebanus de Chitnek, magistri Dominici prepositi ecclesie beati Thome martyris de promontorio Strigoniensi, vicarii.. Nicolai.. archiepiscopi Strigoniensis vice vicarius in provincia Gumuriensi, damus pro memoria, quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum Paulus et Johannes filii Ladislai nobiles de Sancto-Rege ex una, parte vero ab altera Nicolaus filius Bolug et Thomas filius Laurencii nobiles de predicta Zentkyral personaliter coram nobis feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris constituti predictos Paulum et Johannem more prime propositiois contra Thomam et Nicolaum iamdictos proposuerunt, ut hoc ab ipsis scire vellent, cum quanta pecunia ipsos ad reparandum tectum ecclesie ipsorum in ipsa Zentkyral existentem adiuvent, qui quidem Thomas ac Nicolaus dixerunt, ut cum media marca ipsos adiuvent. Nos itaque dimisimus has propositioes et responsioes audiendo, ut predicti Paulus et Johannes usque feriam secundam proximam post festum Medie Quadragesime proxime venturam carpentarios assummant ad fabricandam predictam ecclesiam, et post predictam feriam secundam in quindenis, sepredictus Thomas filius Laurencii et Nicolaus filius Bolug iamdictis Paulo et Johanni ipsam mediam marcam persolvant coram nobis. Datum in villa Gumur, termino prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 52. 41. dipl. oszt. 4162. Közli: Kovács N.

162.

1354. Buda, dec. 5. Drugeth Miklós országbíró, Dezlo fiának Bohusnak, a Várna vára mellett fekvő Karasznya nevű birtokot, szokás szerint megtelepítés régett, a megírt kiváltságok mellett adományozza.

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus . . significantes . . quod nos considerantes et intuentes honestatem et humilitatem Bohus filii Dezlow, volentes tenutas regias sub nostro nunc honore existentes, prout de iure tenemur, populosas efficere ac multitudine populorum decorare, eidem Bohus filio Dezlow suisque heredibus et successoribus universis villicacionem plantacionis Karazna vocate, prope castrum Varna habite cum omnibus . . pertinenciis suis . . secundum iura et consuetudinem teutonicorum dedimus et contulimus regia et nostra auctoritate mediante perpetuo possidendam . . Ceterum damus eidem Bohus, ut in ipsa villicacionis plantacione quatuor operarios seu mehanicos, scilicet pistorem, carnificem, sutorem et fabrum liberam situandi seu ponendi habeat facultatem, item damus ipsi Bohus filio Dezlow et universis suis successoribus libera prata cum molendino libero et venacionibus, piscatura libera in metis ad eandem plantacionem Karazna pertinentibus; item volumus, ut universi populi libere condicionis, qui causa commorandi in eandem plantacionem Karazna venire voluerint et commorari ibi volentes, viginti annorum plenissima libertate a die adventus ipsorum perfruantur, et ab omni collecta fumali seu quocunque censeatur nomine infra libertatem prescriptam sint inviolabiliter exempti, et qua libertate hospites aliarum plantacionum in teutonicorum iure locati perfruantur, eadem eciam libertate ipsa plantacio Karna (*igy*) sit roborata. In cuius rei testimonium presentes literas . . pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum Bude, in vigilia festi beati Nicolai confessoris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

A pecsét zöld selyem-sodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 943. 4. dipl. oszt. 4465. Erre vonatkozik Zeigmond királynak ugyanott őrzött 1430 körül febr. 2-án kelt érdekes levele, melyben a

telepítvény kiváltságait tüzetesen meghatározza; dipl. oazt. 4469. Közl.: Kovács N.

## 163.

*1354. Pécs, dec. 6. János valkői főesperes és a pécsi püspök helyettese előtt, Artolphteleky Miklós fiai, Mihály és János, Artolphteleki Artolph leányát Klárát, Miklós nejét leánynegyedi illetőségére nézve Genefalva baranyamegyei birtokból kielégítik.*

Nos Johannes archidiaconus de Wolkou vicarius . . Nicolai . . episcopi Quinqueecclesiensis in spiritualibus generalis . . significamus . . quod cum nobilis domina consors Nicolai, filia scilicet Artholphi de Artholptheleky, Clara vocata, actrix, item Michael et Johannes filii Nicolai de eadem Artholptheleky, in causam attracti, personaliter vel eorum legitimi procuratores iuxta continenciam literarum nostrarum formam nostre iudiciarie deliberacionis exprimencium, in octavis festi sancti Martini confessoris nunc preteriti ad faciem universarum possessionum et possessionariarum porcionum ipsius Artolphi patris prefate domine ipsum solum contingente octo probos et nobiles viros, scilicet una parcium quatuor et alia similiter quatuor adducere, et easdem possessiones ac porciones possessionarias ipsius Artolphi apud manus prefatorum Michaelis et Johannis filiorum Nicolai habitas et per eosdem octo probos et nobiles viros presentibus Beke presbitero de Wylak videlicet condam magistri Stephani dicti Chimba, pro parte ipsius domine, et Urbano sacerdote de Radwan, pro parte prefatorum filiorum Nicolai hominibus ipsius domini nostri episcopi, quibus vigore dictarum literarum nostrarum illic accedere mandaveramus, in quatuor equales partes dividi facere, habitaque ipsa divisione quartam partem ipsarum possessionum et porcionum possessionariarum solius predicti Artolphi in loco congruo cum omnibus suis . . pertinenciis . . predicti homines . . episcopi eidem nobili domine, pro quarta sua puellari ipsam in possessionibus dicti Artolphi patris sui de regni consvetudine contingentem statuere et relinquere, ut iidem Michael et Johannes coram nobis in iudicio assumserant, et tandem seriem ipsius possessionarie divisionis et statucionis

cum tocius facti processu iidem homines.. episcopi in quindenis dictarum octavarum festi beati Martini confessoris eidem.. episcopo vel nobis personaliter recitare debuissent. Iphis quindenis dictarum octavarum advenientibus prenominati Beke et Wrbanus sacerdotes, homines.. episcopi, unacum predictis Nicolao domino et marito ipsius nobilis domine pro eadem cum sufficientibus literis procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Boznensis comparente, et Michaele ac Johanne filiis Nicolai ad nostram accedentes presenciam extiterunt confessi.. quod predictus Nicolaus in persona dicte domine consortis sue et prenominati Michael et Johannes filii Nicolai personaliter in predictis octavis festi beati Martini confessoris ad faciem ipsarum possessionum et porcionum possessionariarum predicti Artolphi ipsos octo probos et nobiles viros, videlicet predictus Nicolaus in persona ipsius nobilis domine consortis sue nomine procuratorio Jacobum filium Thome de Ruch, Beke filium Michaelis de eadem, Valentinum de Kese et Johannem filium Gregorii, item predicti filii Nicolai pro parte earum Denk de Radwan, Jacobum filium Matheus de Pez, Nicolaum filium Iwanka de Genefalva et Gregorium de Gabanias, ut debuissent, adduxissent, et cum iidem octo probi et nobiles viri una cum ipsis ad videndum ipsas possessiones et porciones possessionarias ipsius Artholphi et extradandum quartam partem earundem eidem nobili domine pro quarta sua puellari, prout per nos fuerat commissum, universis eciam vicinis et commetaneis earundem possessionum legitime convocatis et presentibus processissent, iidem Michael et Johannes filii Nicolai interveniente amicabili compositione predictorum nobilium et aliorum cum predicto Nicolao marito et procuratore ipsius nobilis domine taliter coram ipsis concordassent, ut iidem Michael et Johannes filii Nicolai pro omnimoda satisfaccione quarte puellaris ipsius nobilis domine ipsam in possessionibus et possessionariis porcionibus predicti Artholphi patris sui apud ipsas habitis, de regni consvetudine contingentis, quandam partem seu porcionem possessionariam de porcione eorum possessionaria, in possessione Genefalva vocata in comitatu Barania habita, ipsas attingentis a parte septemtrionali adiacentem, cum metis infrascriptis circumdatam et inclusam cum omnibus suis.. pertinenciis..

simul cum quarta parte porcionis ipsorum in capella in eadem villa constructa et habita.. assignassent eidem nobili domine Clara vocate pro quarta sua puellari per ipsam et eius heredes.. irrevocabiliter .. possidendam .. nullo penitus contradictore existente, ab omnibus eciam racione ipsius porcionis possessionarie ipsam nobilem dominam et suos heredes inquietare volentibus.. predicti filii Nicolai defendere assumssissent.. ac in pacifica possessione eiusdem conservare.. imo eciam predicti Michael et Johannes filii Nicolai ipsam porcionem possessionariam eidem nobili domine pro ipsa quarta sua puellari coram nobis se dedisse extiterunt confessi.. possidendam..

Metæ autem, quibus dicta porcio possessionaria a residua porcione possessionaria eorundem filiorum Nicolai in ipsa Genefolua eis remanente et ab aliorum possessionibus et porcionibus possessionariis separaretur et includeretur, prout iidem homines domini nostri episcopi et predictæ partes nobis retulerunt, hæc sunt: quod prima metæ inciperet in predicta capella et inde progrediretur per medium plateæ ad partem occidentalem, et exeundo ipsam villam in fine eiusdem veniret ad inter arbores silicum, que vulgo harasth dicuntur, ad unam arborem harast iuxta quandam fossam seu foveam existentem cruce pro metæ consignatam; inde in eadem via iuxta terras arabiles eundo, veniret iuxta quandam silvam ad arborem silicis cruce pro metæ assignatam in angulo eiusdem silve existentem; abhinc iuxta eandem silvam flecteretur ad septemtrionem ad arborem silicis cruce pro metæ assignatam; deinde veniret ad unam viam, per quam iret in eandem silvam ad arborem silicis cruce signatam, abhinc ulterius iret ad arborem tilie cruce pro metæ assignatam; inde iret ad arborem pomi, sub qua esset metæ terrea, inde ad arborem silicis cruce pro metæ assignatam; dehinc ad aliam arborem silicis, abhinc ad arborem harasth cruce pro metæ assignatam, iuxta metas predicti Denk de Radwan existentem, inde veniret ad orientem et veniret ad arbores silicis et nucis; inde iret ad magnam viam, in qua flecteretur ad septemtrionem et veniret ad campum ad arborem silicis geminatam, terris pro metæ circumfusam, de qua verteretur iterum ad orientem et in quadam valle inter terras arabiles eundo veniret iuxta silvam predicti Denk ad arborem silicis cruce pro metæ assignatam, inde flecteret ad

meridiem et eundo iuxta silvam veniret ad arborem silicis, sub qua esset meta terrea erecta, dehinc iret ad dumum avellanorum meta terrea circumfusam, de qua flecteret ad partem sinistram et iret ad arborem tilie, inde ad aliam arborem tilie; abhinc flecteretur ad meridiem et iret iuxta antiquas metas Nicolai filii Iwanka et dehinc intrando veniret ad truncum pomi iuxta curiam perfati Nicolai existentem, de quo veniret ad priorem metam, ubi inciperat, ibique terminaretur. Datum Quinqueecclesiis, quinto die quindenarum supradictarum, anno domini Millesimo, CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 323. 47. dipl. oszt. 4466. Közli: Kovács N.

## 164.

*1354. Buda, dec. 14. I. Lajos király, Péter fiának a magbanszakadt Zachud Mártonnak Valkóvármegyében fekrő Dombó nevű birtokát, Lőrincz fiának Lőrincznek és Péter fiának, Istvánnak Phile unokáinak adományozza.*

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod magister Laurencius filius Laurencii filii Phile et Stephanus filius Petri filii eiusdem Phile, fideles aule nostre milites, ad nostre serenitatis accedentes presenciam, suasque fidelitates et obsequia nobis per eosdem diversimode exhibitas et impensa proponentes . . quendam possessionem quondam Martini Zachud dicti filii Petri, Dumbou nuncupatam, in comitatu de Wolkou existentem, asserentes ipsum Martinum, Zachud dictum, ab hoc seculo sine herede sexus virilis decessisse, ex eoque dictam possessionem eiusdem iuxta approbatam regni consvetudinem manibus nostris regis devolutam extitisse, a nobis ipsis dari perpetuo et conferri postularunt. Nos itaque recensitis fidelitatibus et obsequiorum multimodis meritis prefatorum magistrorum Laurencii et Stephani, que ipsos in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis omni fidelitatis studio exhibuisse scimus, secundum possibilitatis quidditatem eorundem, prefatam possessionem quondam ipsius Martini dicti Zachud, hominis, ut dicitur, sine herede sexus virilis decedentis, Dumbou voca-

tam, in predicto comitatu de Wolkou existentem, cum omnibus suis . . pertinenciis eisdem magistris Laurencio et Stephano ac eorum heredibus omni eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur nove donacionis nostre titulo . . contulimus perpetuo et irrevocabiliter . . possidendam . . salvis iuribus alienis in eadem remanentibus. Datum Bude, secundo die festi beate Lucie virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

I. Lajos királynak 1357. nov. 20-án kelt s a fõntnevezettek kérésére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1509. 25. dipl. oszt. 33603, megvan ugyan ez I. Lajos királynak 1367-iki átiratában is. N. R. A. 646. 28. dipl. oszt. 33604. Közli: Kovács N.

## 165.

*1354. dec. 17. A váradi káptalan előtt, nemes Magyar Pál, nejének Margitnak, Gersei László leányának, hitbére és hozománya s leányának Erzsébetnek leánynegyedi illetősége fejében több birtokot elõrõkit.*

Capitulum ecclesie Varadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedens ad nostram presenciam vir nobilis magister Paulus dictus Magyar . . retulit et . . est confessus, quod cum ipse nobili domine consorti sue, filie videlicet Ladislai filii Andree de Gelsa, Margareta vocate, de dote et rebus suis parafernalibus satisfaccionem impendere, et insuper ducentas marcas cum eadem domina apportatas eidem solvere teneatur, necnon percepciones utilitatum possessionum patrimonialium eiusdem domine ei reddere debeat, quas percipisset a multis temporibus retroactis, preterea cum ipse quartam puellarem nobili puelle filie sue, Elizabeth nuncupate, de universis possessionibus suis dare debeat regni consvetudine requirente, ipse matura deliberacione prehabita eisdem nobilibus domine et puelle, consorti et filie suis, pro predictis dote et rebus parorphanalibus ac eisdem ducentis marcis et percepcione utilitatum predictarum possessionum, necnon pro prefata quarta filiali quasdam possessiones suas infranominatas emticias et adquisiticias, videlicet: Dewecher, Padruh, (Patruh) Tos, Ayak vocatas, in comitatu de Zabouch existentes, item Mathe et Zalka in comi-



tatu Zathmariensi habitas\*) preterea Feladryan et Oladryan in comitatu de Budrug, item in Syrmio Ladoch et Tyvissed, insuper Ladanscentmiklos in comitatu Albe Regalis et Saras in comitatu Strigoniensi situatas cum universis literalibus instrumentis, necnon cum omnibus . . pertinenciis earumdem . . que nunc sunt vel esse possunt in futurum sub eisdem metis et metarum limitacionibus, sub quibus ab ipso possesse extiterunt . . perpetuasset ac coram nobis . . perpetuavit iure perpetuo . . in filios filiorum possidendas . . extrahens manus suas a totali dominio earumdem, statuendo ipsas eisdem pleno iure, dans eisdem plenam et meram potestatem predictas possessiones pro se suisque heredibus in perpetuum . . donandi . . aut quovis alio modo alienandi in vita pariter et in morte . . Datum feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto; viris discretis Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode canonicis ac magistris ecclesie nostre salubriter existentibus.

A pecsét vörös selyemszálakon függ; eredetiye az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1537. 87. dipl. oszt. 4464. Ugyanez megvan a budai káptalanak 1358. apr. 26-án kelt «domine Margarete consortis magistri Pauli dicti Magyar» kérésére kiadott átiratban is, a fentjelzett változatokkal. Az átirat szintén az Orsz. Ltárban őriztetik, Monial. Vet. Budens. 28. 13. dipl. oszt. 17635. Közli: Kovács N.

---

166.

*1354. dec. 17. Az egri káptalan előtt, Győri Márton fia Pál s neje Ilona azelőtt diósgyőri lakosok, kiskoru öcscsüknek, Jánosnak diósgyőri malnát a Szinna vizén, a diósgyőri remetek egyházának nyolcz márkdért előrkítik.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod Paulo filio Martini condam de Gewr villa regali, nunc vero hospite de éaranguzou in Agria, unacum domina Elena uxore sua, filia Benedicti filii Monyk, similiter hospitis de predicta Gewr et

\*) Az átiratban: item Niged, Gyrak, Kv in comitatu Orodienai, item Dag in comitalu Timisiensi.

Johanne puero filio Blasii, ut dicebant, utroque parente orbato, ex una, et . . fratre Egidio heremita, priore scilicet domus seu ecclesie corporis Christi de eadem Gewr, pro se et pro dicta ecclesia necnon conventu ipsius domus parte, ab altera, coram nobis personaliter constitutis per dictos Paulum et dominam uxorem suam vice et nomine ipsius Johannis pueri ex domina germana prenotate domine Elene, ut refertur, progeniti, cuius tutores et curatores ipsi pro nunc haberentur . . propositum extitit . . quod quia ipsi molendinum memorati pueri per obitum eorundem parentum suorum titulo successorio ad eundem devolutum et in dicta possessione Gewr super fluvio Scynna, ut dicitur, habitum et constructum ab hinc et ibi propter nimiam distanciam localem et maxime propter continuas infestaciones castellanorum et officialium castri Gewr, qui proventus dicti molendini sepe sepius impedirent et pro se usurparent, ulterius pro eodem puero tenere, procurare et possidere non valerent quoquo modo, igitur ipsi preallegatum molendinum cum suis . . pertinenciis ad hoc, ut cum precio eiusdem hic et inter limites civitatis Agriensis pro prenominato precio aliquam aliam possessionem comparare possent . . vendidissent et extunc nostri in presencia . . vendiderunt pretaxatis ecclesie corporis Christi et fratribus heremitis nunc et pro tempore in eadem iugiter deo famulantibus, pro octo marcis grossorum et florenorum compoti Cassensis . . iure perpetuo . . possidendum . . nullum ius . . in eodem reservantes, consensu eciam et assensu domini nostri regis ad id accedentibus. Insuper obligarunt se iidem Paulus et domina uxor sua ac heredes ipsorum prelibatos ecclesiam et fratres heremitas ab omnibus . . inquietare nitentibus . . defendere . . debere . . et in pacifico dominio ipsius molendini contra quospiam . . conservare . . Datum feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4567. Közli: Kovács N.

## 167.

*1354. dec. 20. A turóczy convent előtt Prónai Pál fia András s Mezőházi Serephil fia János, I. Lajos királyt összes, bárhol létező birtokaik adományozásától, mindenki mást pedig azok megszerzésétől tiltják.*

Paulus divina miseracione prepositus et conventus ecclesie beate virginis de Turuch damus pro memoria, quod Andreas filius Pauli de Prouna et Johannes filius Serephil de Mezeuhaz coram nobis personaliter astantes . . Lodovicum . . regem . . a donacione universarum possessionum ipsorum ipsis de iure pertinencium, ubique habitarum, ac universos alios homines cuiusvis condicionis a recepcione earundem prohibuerant et prohibuerunt coram nobis. Datum sabbato proximo ante festum Nativitatis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1537. 88. dipl. oszt. 4468. Közli: Kovács N.

## 168.

*1355. Buda, január 15. Cyko kir. főtárnokmester s Borsodmegye főispánja, a garamszentbenedeki convent és Csötörtökely községe közt folyt ügyet elhalasztja.*

Nos Cyko magister tavarnicorum . . Lodovici regis . . et comes Borsodiensis damus pro memoria, quod causam, quam abbas et conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Goron, pro quibus frater Johannes . . astitit, contra iudicem, iuratos et universos cives et hospites de Cheturtukhel, pro quibus legitimi termini assumtores comparendo terminum assumserunt, iuxta continenciam literarum citatoriarum conventus de Zubur in octavis diei Strennarum movere habebant coram nobis, ratione prioritatis termini, ad octavas festi beati Georgii martyris nunc proxime venturas duximus peremptorie prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1698. 78. dipl. oszt. 4885. Közli: Kovács N.

## 169.

*1355. Beregszász, febr. 7. Beregvármegye alispánja és szolgabírói bizonyítják, hogy István fia István, bodolai nemes panaszára, a Torpa és Vári nevű faluk lakosai által elkövetett hatalmaskodást megvizsgáltatták.*

Nos magister Thomas filius Pauli vicecomes magistri Morochuck et quatuor indices nobilium de comitatu de Bereg, damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Stephani, nobilis de Bodolo, ad nostram . . . accedens presenciam per modum protestacionis nobis dixit, quod populi de villa Torpa unum iobagionem suum, nomine Georgium villicum, et duos iobagiones, Andream et Nicolaum, populi de villa Vary potencialiter anno in presenti secunda feria . . . ante dominicam Exurge cum omnibus bonis eorum reportassent . . . ad cuius rei veritatem nostrum hominem postulando, ideo nos Nicolaum filium Poka de Harabur ad hoc transmittando (*igy*) ad premissa rescire, qui quidem . . . reversus . . . dixit, ut ipse personaliter accessisset ad supradictam villam Bodolo, ibique vidisset, ut illos homines supradictos cum omnibus bonis suis de ipsa villa Bodolo antedicti homines de Torpa et Vary reportassent. Datum in Lopprechzaza, sabbato proximo ante dominicam supradictam, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán négy pecséttel; eredetije a N. Muzenmban a Kállay cs. ltárában.

## 170.

*1355. Buda, febr. 10. Drugeth Miklós országbíró, Rumi Németh Jánosnak és fivérének, Péter szentgothárdi apát ellen Sebehadnagyföldre nevű zala vármegyei birtok iránt folytatott peres ügyét elhalasztja.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie . . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod discussionem reportate seriei cuiusdam possessionarie reambulacionis, quam inter magistrum Johannem dictum Nemeth et Gregorium fratrem suum actores, ab una, ex quibus idem magister Johan-

nes pro se personaliter et pro predicto Gregorio fratre suo, cum procuratoriis literis regalibus astitit, et inter dominum fratrem Petrum, abbatem de sancto Gothardo, in causam attractum, parte ab altera, personaliter comparentem, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis residencie exercitus regii versus Rasciam moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini proclamate facere tenebamur, de parciis voluntate ad octavas festi Penthecostes nunc venturas sub forma fiende pacis peremptorie duximus prorogandam, eo modo, quod feria tertia proxima post predictum festum Penthecostes, predictae partes probos et nobiles viros ad faciem possessionis Sebehodnogfeude vocate et in comitatu Zaladiensi existentis adducere et quicquid idem probi viri, per partes predictas adducti, presente testimonio capituli ecclesie Castriferrei.. visis parciis instrumentis super dicta possessione inter eas arbitrarentur, hoc ambe partes acceptare et seriem premissi arbitrii in literis prefati capituli Castriferrei ad octavas festi Penthecostes, prout assumserunt, reportare teneantur, volentes et assummentes, ut si in prefixo termino per ipsorum proborum virorum arbitrationem concordare nequirent, tunc ab eisdem octavis festi Penthecostes nec literis regalibus, nec reginalibus, seu racione exercitus, aut alia aliqua cautela adinventis, causam premissam ulterius possint et valeant prorogare. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán három pécset nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.  
Közli: Kovács N.

---

171.

*1355. Buda, febr. 10. Drugeth Miklós országbíró s turóczi főispán, Korongi Simon fiának Miklósnak Nagymartoni Lőrincz fia Miklós elleni ügyében halasztást ad.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie.. comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus filius Simonis de Korogh, pro quo Benedictus filius Tibureii.. contra Nicolaum filium Laurencii de Nogmortun, pro quo Nicolaus sacerdos.. comparuit, iuxta continenciam

priorum literarum nostrarum in quindenis residence exercitus regii versus Rasciam moti et ad quindenas festi Epiphanie domini proclamate, super facto contradiccionis statucionis possessionum Nogkorongh et Wrbashanrevi vocatarum, in comitatu Castriferrei existencium, movere habebat coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris nunc proxime venturas statu sub priori duximus peremptorie prorogandam, si partes medio tempore non poterunt concordare. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L-mo quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 50. 21. dipl. oszt. 4486. Közli: Kovács N.

## 172.

*1355. febr. 14. A somogyvári convent előtt, Oroszi Lőrincz, a margitszigeti apácák igali jobbúgyai által, Dada nevű birtokán elkövetett kártételekért magát kielégítettnek nyilatkoztja.*

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio memorie commendamus, quod Laurencius filius Johannis de Wruzy coram nobis personaliter constitutus proposuit.. quod.. sanctimoniales claustrum beate virginis de Insula Leporum super destructione possessionis sue Dada vocate, ablacionis rerum iobagionum eiusdem de eadem ac facto potenciario et aliis iniuriis in eadem Dada per universos populos et iobagiones dictarum dominarum sanctimonialium de villa Igal factis et illatis, omnimode satisfaccionis complementum sibi prestitissent et ad plenum satisfacissent. Unde easdem dominas sanctimoniales necnon fratrem Georgium procuratorem earumdem ac universos iobagiones earum de predicta Igal super premissis.. reddidisset et reddidit coram nobis expeditos.. Datum sabbato proximo ante dominicam Estomihi, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> L-mo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Posen. 46. 19. dipl. oszt. 4489. Közli: Kovács N.

## 173.

*1355. Buda, febr. 18. Drugeth Miklós országbíró, Endre bán unokájának Mortunus fiának Mihálynak minden birtokait, Maróthi Istrán és Mihály fiai ellenében, Laczkfi András bán nejének Erzsébetnek Mortunus leányának itéli.*

Nos comes Nicolaus Drugeth, iudex curie.. comitatusque de Turuch tenens honorem.. significamus.. quod cum dominus Andreas filius magistri Lachk condam banus de Machou, nunc magister tavarnicorum reginalium, comes Castriferrei et Supruniensis, universas possessiones Michaelis filii Mortunus sibi et nobili domine consorti sue, sorori videlicet predicti Michaelis, nomine possessionum hominis sine herede decedentis, a predicto domino nostro rege perpetuo.. conferri postulasset, ac idem dominus noster rex ipsas, prout sue collacioni de iure pertinere dinoscerentur, eisdem contulisset; tandem magister Nicolaus filius Stephani de Marouth in sua, Stephani et Johannis fratrum suorum, item Nicolai, Michaelis et Johannis filiorum Michaelis similiter fratris sui personis, dicto domino Andree quondam bano coram ipso domino nostro rege personaliter astante, ad sue regie celsitudinis accedendo presenciam sibi declarasset querulose, quod universe possessiones dicti Michaelis filii Mortunus, qui in una generacionis divisionali linea cum ipso et dictis fratribus suis extitisset propagatus, omni iure et veritatis tramite ad ipsos pertinerent et deberent pertinere, ideo ipse dominus noster rex nemini in suo iure deesse et prodesse volens, partibus predictis presencionaliter adherentibus commisisset, quod in octavis festi Pasche, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio preteritis, eedem partes sua instrumenta contra se se coram ipso et suis baronibus exhibere tenerentur, quibus visis ipse dominus noster rex iudicium et iusticiam facere valeret inter partes iure admittente; et tum ipse instrumentales exhibiciones iuxta continenciam literarum.. comitis Thome quondam iudicis curie regie predecessoris nostri bone memorie, ab eisdem octavis festi Pasche domini, ad octavas diei Medii Quadragesime in anno nunc proxime elapso preteritas prorogative devenissent, ac tandem medio tempore ipso comite Thoma..

viam universe carnis ingresso, dum ipse instrumentales exhibitiones iuxta continencias literarum dicti domini nostri regis, eodemque domino nostro rege dicto honore iudicatus curie sue . . nostram personam sublimante, ad quindenas residencie sui regalis exercitus versus Rasciam moti, et ad quindenas festi Epiphaniarum domini proclamate prorogate, et sic eodem in eodem termino in nostram presenciam devente extitissent, demum ipsis quindenis residencie exercitus regii occurrentibus nobisque presente . . domina nostra regina una cum . . Nicolao archiepiscopo Strigoniensi et altero Nicolao Zagrabiensi vice-cancellario dicti domini nostri regis, Johanne Wesprimiensi, Stephano Nitriensi ecclesiarum episcopis . . Ladislao Chazmensi, comite capelle regie et secretario cancellario eiusdem domini regis, altero Ladislao Agriensi, Dominico sancti Thome martyris de Promontorio Strigoniensi ecclesiarum prepositis, Gregorio custode ecclesie Varadiensis necnon . . Nicolao regni Hungarie palatino, Cykow magistro tavernicorum regalium, Nicolao filio Stephani tocius Sclavonie et Croacie et altero Nicolao filio Petri de Zeurinio banis, Thoma filio Petri magistro ianitorum regalium ac magistris Johanne filio Gelety castellano de Boymuch, Stephano et Georgio filiis Dominici dicti Bubek comitibus comitatus Lyptoviensis, Johanne filio Alexandri castellano de Gymus et aliis quam pluribus nobilibus regni nobiscum in sede nostra iudiciaria sedentibus, predicti magistri Nicolaus, Stephanus et Johannes filii Stephani de Marouth pro se personaliter et pro prefatis Nicolao, Michaeli et Johanne filiis Michaelis fratris ipsorum . . ab una, ac prefatus dominus Andreas quondam banus de Machou similiter personaliter, pro predicta vero nobili domina consorte sua magister Petrus filius Pauli de Horuaty . . parte ab altera, ad nostram accedentes presenciam iidem filii Stephani de Marouth, quasdam duas literas privilegiales, unam capituli ecclesie de Kw anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo secundo, ac secundam . . Karoli condam regis . . nec non terciam . . Dominici similiter condam bani de Machou patentem, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio confectas nobis presentarunt, in quarum unius videlicet ipsius capituli ecclesie de Kw privilegialis litere tenore inter cetera habebatur, quod Dionisius et Luthardus filii Luthardi comitis ac Mortunus filius Endre fratris eorundem et



iuxta eundem Mortunum, propter puerilem etatem suam, Gregorius comes filius Petri gener eiusdem, ex una parte, magister Stephanus filius Michaelis de Marouth, ex altera, coram eodem capitulo de Kw constituti dixissent, quod super possessionibus Thome filii Mortunus cognati eorumdem sine herede decedentis communi consensu et voluntate talem divisionem inter se ordinassent, quod terra, que Durao diceretur cum omnibus . . . pertinentiis cessisset in ius et proprietatem ipsius magistri Stephani ac heredum ipsius, iure perpetuo possidenda, alie vero possessiones videlicet Dragan, que vocaretur Scenthelye, Alsan, Tynnia cum Gungna et Apa cum Buzias in Sirimia esistenti, remansisset in ius et proprietatem filiorum Luthardi videlicet Dionisii, Luthardi et Mortunus predictorum ac ipsorum heredibus perpetuo possidenda, quam divisionem inter se taliter obligassent, ut super ipsa divisione nunquam de cetero aliqua controversia possit moveri, si vero a parte aliqua questio moveretur, ut de ipsa possessione vellet plus percipere, extunc ipsa pars pro calumniatore haberetur; preterea iidem eciam dixissent, ut quia ipsa contencio super ipsa divisione multocius inter ipsos fuisset ventilata, taliter se obligassent, quod si predictos Dionisium, Luthardum et Mortunus sine herede contingeret decedere, extunc ipse possessiones, que ad usum ipsorum cesserant, (rem)anerent magistro Stephano possidende, sed si ex ipsorum linea aliquis superstes existeret, extunc idem magister Stephanus non posset intrare in possessiones supradictas; similiter si ipsum magistrum Stephanum sine herede contingeret decedere, extunc ipsa porcio, que ad usum ipsius cesserat, remaneret ipsis Dionisio, Luthardo et Mortunus ac ipsorum heredibus (perpetuo) possidenda, ita tamen, quod si unus aliquis de herede ipsius foret superstes, extunc iidem Dionisius, Luthardus et Mortunus non possent habere aliquam porcionem in porcione Stephani supradicti. In tenore vero literarum privilegialium prescripti domini Karoli regis adinveniebatur, quod idem dominus Karolus rex prescriptam ordinationem in prefixis literis privilegialibus capitulo ecclesie de Kw, inter predictos Dionisium, Luthardum et Mortunus ab una, et Stephanum filium Michaelis de Marouth ab altera factam, confirmasset. Tenor siquidem literarum patencium dicti domini Dominici quondam bani de Machou explicabat, quod

cum idem dominus Dominicus banus mortuo Michaele filio Mortunus de Nempti, homine sine herede decedente, universas possessiones eiusdem in dicto comitatu de Wolkou habitas, quovis nomine vocitatas, veluti hominis absque herede decedentis, vice et nomine domini nostri regis tamquam comes parochialis eiusdem ad manus regias applicare voluisset et descendisset in eisdem, extunc magistros Stephanum, Nicolaum et Johannem filios Stephani de Marouth, item filios Michaelis de eadem Marouth reperisset descendisse in eisdem, dicentes, quod ipsi in possessionibus annotatis, Michaelis videlicet filii Mortunus memorati, tamquam fratris ipsorum divisionem possessionariam habentis, cum eisdem descendissent eo, quod eadem possessiones eis magis attinerent et deberent de iure pertinere, quos idem dominus Dominicus banus de possessionibus memoratis regia auctoritate foras licenciasset domino nostro regi memorato applicantes easdem donec idem dominus noster rex deliberaret in facto earundem. Qui quidem nobiles de Marouth ex licenciacione ipsius domini Dominici bani foras exivissent de eisdem regis arbitrio se committentes in premissis. In quarum literarum contrarium predictus dominus Andreas quondam banus in sua personaliter, ac magister Petrus filius Pauli de Horvaty procurator predictae nobilis domine consortis eiusdem domini Andree in persona eiusdem quasdam literas predicti domini nostri regis patentes anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> tercio emanatas nobis presentarunt, in quibus inter cetera vidimus contineri, quod idem dominus noster rex attendens et in memoriam revocans fidelia servicia, que magister Andreas filius magistri Lachk comes Zathmariensis et Maramorisiensis primo . . Karolo condam regi . . et demum sibi in diversis suis et regni sui negociis prosperis et adversis se exponendo, non parcens rebus et persone exhibuisset et impendisset, volens eciam ne ipsius magistri Andree laudabilia merita erga liberalitatem sui regii culminis inrecompensata et ingrata, sed saltem in persona eiusdem magistri Andree nobilis domina Elizabeth vocata, filia quondam Mortunus, consors eiusdem magistri Andree, condigna merita premiorum exequerentur, eandem nobilem dominam et suos filios ac ipsorum heredes in retribucionem grandium et gratuitorum serviciorum ipsius magistri Andree, de beneplacita volun-

tate . . Elizabeth regine . . universarum possessionum et porcionum possessionariarum ac proprietatum et iurium predicti Mortunus filii Endre bani, patris videlicet eiusdem domine, ubique in regno suo existencium quovis nomine vocitatarum veros heredes et successores preficiendo constituisset, universas possessiones et possessionarias porciones quondam Michaelis filii Mortunus filii Endre bani, fratris eiusdem nobilis domine carnalis, hominis sine herede masculini sexus decedentis, ubique intra terminos regni sui in quibuslibet comitatibus existentes, quibusvis nominibus vocitatas cum omnibus earum . . pertinenciis . . sub antiquis metis et terminis, quibus per ipsos Mortunus filium Endre bani et per consequens Michaellem filium suum habite extitissent . . contulisset in perpetuam hereditatem prefate nobili domine consorti predicti magistri Andree filie videlicet pretacti Mortunus, carnali scilicet sorori prefati Michaelis et per eam suis heredibus . . irrevocabiliter hereditario successionis iure, tamquam virilis sexus heredibus et successoribus perpetuo possidendas. Verum quia universe possessiones et possessionarie porciones Michaelis filii Mortunus filii Endre bani, fratris predictae nobilis domine consortis domini Andree condam bani de Machou, hominis sine herede masculini sexus decedentis, ubique intra metas regni Hungarie existentes, eidem nobili domine consorti ipsius domini Andree bani, tamquam virili proli et per eam suis heredibus heredumque suorum successoribus per predictum dominum nostrum regem perpetuo possidende . . collate extitisse ac eciam idem dominus noster rex ipsam dominam et suos filios et ipsorum heredes veros successores et heredes pretacti Michaelis filii Mortunus, inspectis meritoriis serviciis ipsius domini Andree bani sibi impensis prefecisse et constituisse ex serie prescriptarum literarum regalium manifeste reperiabantur, dictique filii Stephani de Marouth ac filii Michaelis de eadem nullatenus et nulla evidenti ratione hoc, ut ipsi unacum predicto Michaelle filio Mortunus in una generacionis divisionali linea, ut dicto domino regi querimonialiter dixerant, fuissent, comprobare volentes se in dominium quarundam possessionum memorati Michaelis filii Mortunus ad manus regias nomine possessionum hominis sine herede decessi de iure devolutarum, potencialiter regiam maiestatem in hac parte defraudando, in-

tromisisse et sic iura regalia pro se ipsis occulte et fraudulenter, non verentes, ut eorum temeraria et importuna presumcio in eorum capitis accrescat detrimentum, usurpasse ex serie literarum dicti domini Dominici bani per eosdem nobiles de Marouth exhibitarum cernebantur, ac eciam inter Stephanum filium Michaelis de Marouth patrem et predecessorem dictorum nobilium, ab una, et inter predictos Dionisium et Luthardum filios Luthardi ac Mortunus filium Endre bani parte, ab altera, premissa ordinacio taliter et tamdiu quousque ex linea unius partis superstes existeret, altera pars in iura seu possessiones eiusdem partis se intromittere non valeret, si vero se intromitteret, tunc talis pars contra partem alteram in facto calumnie convinceretur, facta fuisse intuebatur, nuneque iidem nobiles de Marouth dicta domina consorte domini Andree bani, filia predicti Mortunus, superstite in ius ipsius domine filie eiusdem Mortunus se contra premissam eorum obligacionem indebite, ut premissum est, intromisisse inveniebantur, ideo presente . . domina nostra regina unacum predictis prelati, baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio sedentibus predictos Nicolaum, Stephanum et Johannem filios Stephani de Marouth, item Nicolaum, Michaellem et Johannem filios Michaelis de eadem pretextu omnium premissorum in facto potencie et calumnie ac eciam facto pene celatorum iurium regalium privatis omnibus possessionibus, proprietatibus et bonis ipsorum, in duabus partibus nostris iudicialiis, in tertia vero parte partis adverse manibus devolvendas, aggravari committentes, universas possessiones pretacti Michaelis filii Mortunus filii Endre bani ubique in terminis regni Hungarie existentes et quovis nominis vocabulo vocitatas eidem nobili domine consorti et coniugi domini Andree bani et per eam suis heredibus . . tamquam vero heredi et virili proli, eo iure prout vigore et virtute prescriptarum literarum dicti domini nostri regis ex collacione eiusdem eedem pertinere dinoscuntur, adiudicavimus perpetuo possidendas . . sine preiudicio iuris alieni, predictisque filiis Stephani et filiis Michaelis de Marouth amodo et deinceps perpetuum silentium imponendo de eisdem . . Datum Bude, sedecimo die quindenarum residencie exercitus regii predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

L. Lajos királynak kerekgyházi Laczkfi András erdélyi vajda kérelmére 1357. máj. 13-án kibocsátott és 1365. jan. 17-én Laczkfi András özvegye és ennek fiai György és Imre kérésére az ismeretes záradékkal meg erősített privilegialis átiratából, melynek eredetije megvan a N. Múzeumban. Közli: Kovács N.

## 174.

*1355. Buda, febr. 18. László császári prépost és kir. titkos cancellár előtt, Csornai Lőrincz fiai János és Benedek, rokonukat Nagymartoni Miklós fiát Miklóst Bajót, Ujjfalu, Kezsi és Pél nevű birtokok zálogba-adásától, Jakab pozsonyi bíró fiait pedig azoknak megszerzésétől tiltják.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . Lodovici regis . . memorie commendamus, quod magister Johannes custos ecclesie Budensis in personis magistrorum Johannis et Benedicti filiorum Laurencii filii Emerici de Chorna ad nostram accedens presenciam vice et nominibus eorundem nobis extitit protestatus, quod magister Nykel filius Nykel de Nogmortun, proximus ipsorum filiorum Laurencii, medietates quarundam possessionum suarum scilicet Bayuoth, Vyfalu, Kezeu et Peel vocatarum, quarum alie dimidietates ex permissione ipsius titulo impignoracionis apud manus ipsorum filiorum Laurencii haberentur, Paulo et Stephano filiis condam Jacobi iudicis Posoniensis absque scitu ipsorum pignori obligasset. . Unde idem magister Johannes custos in personis ipsorum filiorum Laurencii . . eundem Nykel a pignoratione . . ipsos vero Paulum et Stephanum a recepcione . . prohibuit . . coram nobis. Datum Bude, in die Cinerum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 21. 15. dipl. oszt. 4490. Közli: Kovács N.

## 175.

*1355. Buda, febr. 20. László császári prépost és királyi titkos cancellár előtt, Rakamazi Mihály fiai, Péter, Miklós és Simon atyjokat Mihályt úgy Benedek fiát Pouchot, valamint Báthori Bereczk fiait és unokáit ama vár, monostor és ezek tartozékai felosztásától tiltják, melyekhez ők is közös jogot tartanak.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chasmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . Lodovici . . regis . . memorie commendamus, quod Paulus filius Blasii in personis Petri, Nicolai et Simonis filiorum Michaelis filii Georgii de Rakamaz coram nobis comparendo eundem Michaelem et Pouch filium Benedicti per modum protestacionis prohibuit super eo, ut ipsi Michael et Pouch cum Nicolao filio Briccii de Batur, Ladislao, Georgio et Stephano filiis Johannis filii dicti Briccii ac Petro filio Leukus filii dicti Briccii ac aliis quibuslibet divisionem perpetualem, in facto castri et monasterii, quibus predicti filii Michaelis iura et porciones habere deberent, facere possint et debeant, imo universos predictos nobiles et alios quoslibet in personis dictorum filiorum Michaelis prescriptus Paulus filius Blasii ab omni-moda divisione predictorum castri et monasterii et possessionum ac pertinenciarum et iurium suorum facta et facienda protestanter prohibuit coram nobis eo usque, donec dicti filii Michaelis ipsi divisioni interesse poterunt et iura eorundem ipsis resignarentur et extradarentur de eisdem. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Invocavit, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. Itárában.

## 176.

*1355. febr. 24. Buda város birája és esküdtjei előtt, Herczeg Albert s neje, Üröm nevű birtokot kétazdz márkáért Erzsébet királynénak előrkítik.*

Lorandus iudex castri novi montis Pestiensis, Michael filius comitis Kunczlini, Nicolaus Wluingii, Petrus de Jaurino, Johan-

nes de Agria, Nicolaus de Losnicz, Ludlinus Styczunpah, Jenslinus Halmanne, Nicolaus filius Leupoldi, Stephanus Lorandi, Nicolaus filius Seydlini Mogurdorpher, Faulus filius Lamperti, et Johannes Tuzan tunc pro tempore iurati ipsius castri . . Ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Albertus dictus Hercegh, concivis noster, unacum nobili domina Elizabeth relicta condam Tysa (Tesa) ianitoris . . Karoli, quondam . . regis . . nunc vero consorte sua, personaliter coram nobis constituti, quandam possessionem ipsorum seu villam Euryn nominatam, in comitatu Pestiensi (*igy*) habitam, cum . . universis utilitatibus . . iuxta veteres et antiquas metas eiusdem, prout usque nunc possedissent de consensu omnium proximorum ipsorum, prout dicebant, nullo penitus contradictore existente, sine preiudicio iuris alieni vendiderunt . . domine Elizabeth . . regine . . et per eam, cui ipsa reginalis excellencia eandem donare voluerit, iure perpetuo . . pacifice possidendam . . pro ducentis marcis compoti nostri Budensis . . assumentes nihilominus iidem Albertus et domina Elyzabeth consors sua ipsam dominam nostram reginam et alios, quibus eadem possessio Euryn per eandem reginalem maiestatem collata fuerit, ab omnibus impetitoribus expedire . . secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, literas vero, si quas super facto predictae possessionis Euryn prius quovismodo emanatas habuissent . . cassas reddiderunt et inanes . . Datum in festo beati Mathie apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hártyán, piros és zöld selyemszálakon függő pecsét maradványaival; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. Vet. Budens. 7. 8. dipl. oszt. 4494. Ugyancsak a fentebbi napon az eladásról az örökbevallás Drugeth Miklós országbíró előtt is megtörtént; dipl. oszt. 4493. Közli: Kovács N.

## 177.

1355. febr. 27. A szentbenedekrendű scotok bécsi apdtja, mint a pápa által kiküldött bíró, Theodor csetneki plébános és népe közt föntforgó ügyben tanukihallgatást rendel.

Clemens . . abbas ecclesie sancte Marie Scotorum in Vienna ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis, iudex unicus in causis et ad partes infrascriptas a sede apostolica specialiter

delegatus, viris honorabilibus et discretis dominis in Berseten, in Pulschicz, in Rosna et in Smyelnicz civitatum rectoribus, vel eorum vices gerentibus . . . Noverit vestra discrecio, quod nos causam inter . . . dominum Theodoricum plebanum in Schitnek Strigoniensis dioecesis, ex una, ac Nicolaum Luce canonicum de Albaregali nomine procuratorio nobilium et universitatis dicti opidi Schitneck dicte dioecesis, parte ex altera, ex commissione . . . Innocencii . . . pape sexti audiendam suscepimus et fine debito terminandam, verum lite coram nobis inter partes easdem legitime contestata, prestitoque de veritate dicenda seu de calumnia iuramento, factis quoque posicionibus et responsionibus ad eas secutis, tandem quedam excommunicacio in modum excepcionis per procuratorem antedictum contra dictum dominum Theodoricum plebanum predictum in iudicio fuerat opposita, et licet ad probandum excepcionem illam pro prima dilacione sibi terminum assignavimus, ipse tamen pro ultima dilacione et finali ad probandum testes sibi per nos peciit assignari. Nos igitur, parciū laboribus parcentes et expensis, testium examinacionem in loco, ubi de meritis cause melius constare poterit, duximus committendam. Quare discrecioni vestre . . . committimus et nihilominus sub pena excommunicacionis mandamus, quatenus testes, quos Nicolaus procurator antedictus duxerit nominandos, ad vestram peremptorie citetis presenciam, receptoque ab ipsorum quolibet corporali ad sancta dei evangelia iuramento, eosdem et singulos, secundum adverse partis interrogatoria, que vobis sub nostro sigillo interclusa transmittimus, super articulis oblatis diligenter et singillatim examinare curetis, dicta vero testium vestris interclusa sigillis fideliter conscripta nobis ante feriam sextam proximam post dominicam Iudica sub pena predicta remmittatis. Testes vero, qui nominati fuerint, si se gracia, odio, amore vel timore subtraxerint, censura simili compellatis veritati testimonium perhibere. Datum Wiene, in nostro monasterio prelibato, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, die penultima mensis Februarii.

Hátlapján veres viaszba nyomott monorú pecsét nyomával; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1538. 1. dipl. oszt. 4495. Közli: Kovács N.



## 178.

*1355. Buda, mart. 6. Miklós nádor Csákáni Péter fiát Miklóst kötelezi, hogy Csákáni Zádor és Bethlen fiai zálogos birtokának kiváltásáért, Zubogyi Bekének kassai számítás szerint tíz márkát fizessen.*

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod Beke filius Demetrii de Zubud iuxta continen-  
ciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis  
diei Cinerum in figura nostri iudicii personaliter comparendo,  
contra Nicolaum filium Petri de Chakan proposuit tali modo,  
quod idem Nicolaus possessionariam porcionem Thome filii Zador  
et Gregorii filii Bethlem condam nobilium de eadem Chakan,  
sibi per eosdem pignori obligatam occupando detineret, cuius  
occupacionis et detencionis racionem scire vellet ab eodem; et  
ibidem ad suorum verborum evidencio-rem declaracionem, ut  
prefata possessionaria porcio dictorum Thome et Gregorii per  
eosdem foret sibi impignorata, quasdam literas patentes vice-  
comitis ac quatuor iudicum nobilium comitatus Gumuriensis in  
eadem villa Gumur, feria secunda proxima ante festum beate  
Marie Magdalene, sub anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> emanatas pre-  
sentavit, exprimentes inter cetera, quod Thomas filius Zador et  
Gregorius filius Bethlem nobiles de Chakan ex una, parte vero  
ab altera Beke filius Demetrii nobilis de Zubud personaliter  
coram ipsis constituti, predicti Thomas et Gregorius . . confessi  
exstitissent, quod particulam possessionariam ipsorum, in eadem  
Chakan existentem, propter quasdam necessitates ipsorum ad  
tunc eis instantes cum omnibus . . pertinentiis . . decem marcis  
grossorum ad racionem cassensem plene persolutis, predicto Beke  
tam diu . . possidendas, donec eadem possessionaria porcio  
per eosdem Thomam et Gregorium pro iamdicta pecunie quan-  
titate redimi posset, pignori obligassent; cui quidem impigno-  
racioni tunc Nicolaus filius Petri et Dominicus filius Johannis  
nobiles de Chakan predicta, vicini et commetanei predictae pos-  
sessionarie porcionis, personaliter astantes, consensum prebuis-  
sent . . Quarum literarum exhibicionibus et exposicionibus factis,  
perceptisque tam premissis proposicionibus ipsius Beke, quam  
tenoribus dictarum literarum, prelibatus Nicolaus filius Petri

personaliter in nostram exurgendo presenciam in contrarium premissorum obiecit isto modo, quod possessionarias porciones filiorum dicti Zador et filiorum prefati Bethlem in dicta possessiane Chakan existentes ipse ab exactore iudiciorum comitis Thome, condam iudicis curie regie, ac a magistro Johanne filio Petri de Tornalia, vicecomite Gumuriensi, pro birsagiis duodecim marcarum, in quibus ipsi filii Zador et filii Bethlem contra ipsum coram dicto comite Thoma condam convicti existissent, racione vicinitatis et commetaneitatis pro se redemisset, et ad horum suorum verborum cerciorem probacionem ibidem quasdam literas patentes dicti magistri Johannis filii Petri de Tornalia vicecomitis ac quatuor iudicum nobilium prescripti comitatus Gumuriensis in villa Gumur, feria secunda proxima ante festum beati Galli confessoris, sub anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> primo confectas demonstravit inter cetera declarantes, quod in congregacione eorundem vicecomitis et iudicum nobilium generali universitati nobilium ipsius comitatus Gumuriensis, feria secunda proxima post festum Nativitatis beate virginis in dicto anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> primo in villa Gumur celebrata, magister Nicolaus de Zegey exactor iudiciorum dicti comitis Thome, tunc iudicis curie regie coram eisdem et universitate nobilium dicti comitatus omnia registra birsagialia eiusdem comitis Thome exhibuisset, in quibus inter cetera comperissent, quod Thomas et Johannes filii Zador, Gregorius et Ladislaus filii Bethlem nobiles de Chakan contra Nicolaum filium Petri ab eadem ad quindenas festi beati Michaelis archangeli, cuius tunc tercia preteriisset revolucio annualis ad presenciam prescripti comitis Thome peremptorie responsuri legitime citati non venissent nec misissent, ipso Nicolao filio Petri iuridice expectante et ex eo singulos eorundem in singulis tribus marcis idem comes Thomas fore convietos decrevisset contra Nicolaum filium Petri prenotatum. Quo percepto iidem vicecomes et iudices nobilium unum eodem Nicolao exactore birsagiorum predictis filiis Zador et filiis Bethlem quindenas diei ipsius congregacionis super premissis birsagiis ab eodem exactore iudiciorum se expedire debere commisissent, qui super ipsis birsagiis in dictis quindenis coram magistro Nicolao de Zege exactore scilicet iudiciorum se expedire non curassent; sic igitur ipsi vicecomes et iudices nobilium

unacum ipso Nicolao exactore iudiciorum et Johanne filio Vilyam homine regio, ac Johanne sacerdote, testimonio capituli Vachyensis, feria tertia proxima post iamdictas quindenae ad faciem prescripte possessionis Chakan accessissent, ubi convocatis vicinis et commetaneis eiusdem possessionis particulas possessionarias dictorum filiorum Zador et Bethlem in eadem possessione Chakan existentes, salvis iuribus aliorum duodecim marcis rationis Budensis unacum aliis probis viris estimassent, factaque ipsa estimacione duas partes dictarum particularum possessionariarum ipsorum filiorum Zador et filiorum Bethlem ad manus iamdicti Nicolai exactoris iudiciorum cum omnibus suis utilitatibus assignassent, tertia autem parte earundem manibus prefati vicecomitis parochialis remanere committendo tandiu, donec ab eisdem iidem filii Zador et filii Bethlem vel alii aliqui, quibus deceret, redimerent easdem. His itaque peractis unacum eodem Nicolao de Zegey in eadem possessione Chakan commisis- sent, quod feria secunda proxima post feriam tertiā antedic- tam, si qui de predictis particulis possessionariis aliquam par- tem in pignore haberent obligatam, specialiter autem Beke filius Demetrii de Zubod super ipsa impignoratione coram eisdem vice- comite et iudicibus nobilium ipsi Nicolao de Zegey literas suas deberent exhibere; qui quidem Beke nec tempore estimacionis dictarum particularum possessionariarum, per ipsos vocatus illic ire, nec in ipsa feria secunda super ipsa impignoratione aliquas literas exhibere curasset; ad hoc ipse Nicolaus de Zegey medi- antibus literis dictorum vicecomitis et iudicum nobilium per hominem eorundem, scilicet Dionisium filium Lucasii nobilem de Imola, tam predictum Beke, quam alios vicinos et commeta- neos pretectarum particularum possessionariarum dictorum fili- orum Zador et filiorum Bethlem Albertum videlicet de Chalmo, Leustachium, Simonem filium Michaelis nobiles de Ragala, Pau- lum filium Ladislai, Nicolaum filium Johannis de Imola ac Nico- laum filium Petri de Chakan, ad feriam secundam proximam ante festum beati Galli confessoris in presenciam eorundem vicecomitis et iudicum nobilium citare fecisset, ut si quam par- tem de predictis particulis possessionariis aliqui eorundem apud se haberet impignoratam, literas suas super ipsa impignoratione sibi exhiberent, vel cui eorundem redimere deceret, predicta

pecunie quantitate redimeret ab eisdem; tandem ipsa feria secunda ante festum beati Galli confessoris adveniente, dicto Nicolao de Zegey personaliter coram ipsis vicecomite et iudicibus nobilium exspectante nullus alter ex predictis citatis, nisi memoratus Nicolaus filius Petri de eadem Chakan personaliter tunc inibi comparendo asseruisset, quod prescripte particule possessionarie predictorum filiorum Zador et filiorum Bethlem ab eisdem Nicolao de Zegey exactore iudiciorum et a comite parochiali sibi redimere congruerent, ad quarumque redemptionem promptus esset et paratus; quia ipse particule possessionarie modo quo supra pignori imposita, a prioribus suis et progenitoribus preallegatis filiis Zador et filiis Bethlem titulo emptionis devenissent, qui quidem Nicolaus de Zegey exactor dictorum iudiciorum prefati comitis Thome et magister Johannes filius Petri vicecomes dicti comitatus easdem particulas possessionarias ipsorum filiorum Zador et filiorum Bethlem pro redemptione earundem duodecim marcis rationis Budensis plene per eundem Nicolaum filium Petri ipsis persolutis, eidem cum omnibus earum . . . pertinenciis presentibus dictis hominibus regis et capituli Vachiensis tam diu, donec per eosdem filios Zador et filios Bethlem super premissa pecunie quantitate ob eodem Nicolao filio Petri eadem redimerentur commisissent possidere et habere. Quarum quidem literarum per utrasque partes contra se se exhibicionibus factis, exposicionibusque et tenoribus earundem intellectis, dicte partes iuxta earundem literarum suarum continenciam, iudicium et iusticiam utrinque per nos sibi dari postularunt. Unde quia porcio possessionaria Thome filii Zador et Gregorii filii Bethlem in predicta possessione Chakan habita per eosdem primo decem marcis grossorum rationis Cassensis predicto Beke filio Demetrii ex tenore dictarum literarum vicecomitis et iudicum nobilium dicti comitatus per eundem Beke exhibitarum pignori imposuisse, et demum porciones possessionarie Thome et Johannis filiorum predicti Zador ac Gregorii et Ladislai filiorum prefati Bethlem in eadem Chakan habite, pro duodecim marcis ad rationem Budensem, eo quod iidem filii Zador et filii Bethlem in presencia dicti comitis Thome contra prefatum Nicolaum filium Petri, ut plenius premittitur, in iudiciis duodecim marcarum pro omissione termini convicti exstis-

sent estimate fuisse, idemque Beke nec tempore estimacionis dictarum particularum possessionariarum per dictos exactorem iudiciorum et vicecomitem evocatus, per eundem eciam exactorem iudiciorum ipsius comitis Thome citatus, ad exhibenda sua instrumenta, quibus mediantibus dicta porcio possessionaria prelibatorum filiorum Zador et filiorum Bethlem in predicta possessione Chakan habita titulo impignoracionis apud eum existisse dinoscerentur, non venisse nec misisse, ex eo quod eedem particule possessionarie racione vicinitatis et commetaneitatis per ipsum Nicolaum filium Petri a prefatis exactore iudiciorum et vicecomite Gumuriensi pro ipsis duodecim marcis racionis Budensis, marcam cum quatuor florenis computatis, ex serie aliarum literarum dictorum vicecomitis et iudicum nobilium predicti comitatus per ipsum Nicolaum filium Petri modo premissis nobis exhibitarum, donec per eosdem filios Zador et filios Bethlem predicta pecunie quantitate redimerentur, pro se redemisse reperiabantur, ideo unacum regni nobilibus nobiscum in iudicio adherentibus, predicto Beke volente commisimus iudicando, quod prefatus Nicolaus filius Petri predictas decem marcas grossorum racionis Cassensis, quibus predicta porcio possessionaria dictorum Thome et Gregorii in predicta possessione Chakan prefato Beke impignorata existisset, in redemcionem eiusdem porcionis possessionarie prescripto Beke filio Demetrii de Zubud, in quindenis festi beati Georgii martyris nunc venturis promta cum pecunia persolvere teneatur coram nobis. Datum Bude, decimo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 2. dipl. oszt. 4477. Közli: Kovács N.

## 179.

1355. mart. 19. A turóczi alispán és a szolgabirdk I. Lajos királynak jelentik, hogy Neczpáli János fia Imre panaszára több neczpáli nemes megintettek, hogy Neczpál nevű birtokban, annak a résznek kivételével, melyet a panaszló atyja László király privilegiuma értelmében nekik átengedett, a többi résznek használatától tartózkodjanak.

. . Lodovico . . regi . . vicecomes (igy) simul cum quatuor iudicibus nobilium comitatus de Turuchz . . Literas vestre ma-

iestatis . . recepimus in hec verba . . Lodovicus . . rex . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Turuch . . Dicitur nobis in persona Emrici filii Johannis de Neczpal, quod Johannes filius Dywla, Nicolaus et Michael filii eiusdem, Paulus filius Mykow et Stephanus frater suus, Natras filius Natras, Andreas, Potow et Michael filii Clementis, Kemen, Hupk et Jacobus filii Hrathk, Laczk, Michez et Bahath filii Martini usufructus et quaslibet utilitates possessionarie porcionis sue, in dicta possessione Neczpal habite potencialiter perciperent et uterentur, quare . . mandamus, quatenus unum vel duos viros idoneos ex vobis transmittatis ad predictos nobiles, ab usuumfructuum . . dicte possessionis Neczpal potenciali percepcione et usu prohibeat regni consvetudine requirente; et post hec seriem ipsius prohibicionis . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, feria quarta proxima post dominicam Invocavit, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos igitur . . unum ex nobis iudicem nobilium . . Johannem filium Stephani filii Lachk de Cernowcz (in die Clementis pape) transmisimus\*) qui . . demum ad nos reversus, *loco iudicum Kathedrali* nobis retulit . . quod idem Emericus presente homine nostro, supradictos nobiles scilicet Johannem filium Dywla, Nicolaum et Michaelem filios eiusdem, Paulum et Stephanum filios Mikow, Natras filium Natras, Andream, Potow, Michaelem filios Clementis, Kemen, Hrepk et Jacobum filios Hrathk, Laczk, Mich et Bahath filios Martini a potenciali percepcione possessionarie porcionis sue ipsum tangente, de terris arabilibus et inarabilibus, aquis, silvis, pragiis (*igy*) et universis utilitatibus, excepto qua pater ipsius Emerici, nomine superius declaratus, prescriptis nobilibus proin in privilegio domini Ladislai olim regis Hungarie continetur, contulisset, superflue quidquid uterentur prohibuisset ac inhibuit. Datum feria quinta proxima ante dominicam Judica, anno domini supradicto.

Zárlatán öt pecsét nyomaival és maradványaival, melyek közül a legnagyobbik ép, a czimerben sisakon nyugvó kar buzogányt tart, ez időben még nagyon ritka czimeralak, a köriratból S. JOHANNIS DE . . . . látható; eredetije a N. Muzeumban, a Justh cs. ltárában.

\* A zárjel közötti szavak a sorok közé vannak írva, nincs helyes értelme, mert Kelemen napja nov. 3-ra esik.

*1355. mart. 26. Az egri kúptalan előtt, Lőrincz fia László barsi főispán a diósgyőri várnagy I. Lajos király nevében, a diósgyőri remetéknek Chenyk nevű birtokban a Ztanpatakon levő malomért és az ahhoz tartozó földekért és rétekért azon czélból, hogy ott a király számára halastavat és vadaskertet állíthasson fel, a Szinra vizén egy másik malmot cserébe ad.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod nobili viro magistro Ladislao filio Laurencii nunc comite Borsiensi et castellano castrorum Gewr et Dedeus pro . . rege Lodovico per eundem . . ad infrascripta, ut dicebat, deputatus, ex una, et religioso viro fratre Egidio heremita, nunc priore domus seu ecclesie Corporis Christi de Gewr, similiter pro se et pro conventu dicte domus, parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Ladislaum . . propositum extitit . . quod quia domino nostro regi et sue voluntati nuperrime hoc placuisset, ut in quadam terra ipsius ecclesie Corporis Christi Chenyk vocata, ubi eadem ecclesia super fluvio Ztanpataka et molendinum et terras arabiles ac prata habuisset, fratresque heremite in prefata domo iugiter deo famulantes easdemque a tempore fundacionis sepe dicte ecclesie hactenus pacifice possedissent, in loco sue venacionis piscinam et hortum ferarum ordinari faceret et iam in maiori parte fecisset, per quod factum dictum molendinum inibi nullo modo salvum posset permanere. Igitur ne dicta ecclesia Corporis Christi suis temporibus annihilaretur et cultus divinus oraque deo cantantium illic conticesceret, habito tractatu super hoc cum quibusdam baronibus et militibus suis tunc secum inibi adherentibus, cum eodem priore et fratribus suis taliter concordasset dominus rex suprascriptus, quod si iidem fratres heremite intra limites dicte possessionis sue Gewr vel prope eandem aliquod aliud venale molendinum reperire possent, ipse ad hoc emendum et pecuniam daret et emendi consensum preberet ecclesie Corporis Christi et fratribus prenotatis; et quia deo sic volente preallegati fratres heremite ibidem in dicta villa Gewr prope ipsum castrum Gewr unum molendinum super fluvio Zynwa constructum et existens venale fore reperissent, super

eodemque cum Paulo filio Martini et domina Elena uxore eiusdem ac Johanne puero filio Blasii, condam hospitibus de predicta Gewr, inter se contractum fecissent, ob hoc dictus dominus rex ad ipsum contractum faciendum et suum consensum prebuisset et pecuniam suam propriam ad emendum dictum molendinum eisdem fratribus concessisset, ac etiam prelibatum molendinum iam emtum et comparatum sub titulo concambii cum suis utilitatibus quibuslibet et pertinenciis et debito unius fertonis, qui ex eodem molendino castellanis dicti castri singulis annis pro munere dari fuissent consueti, pretaxatis ecclesie et fratribus heremitis, nunc et pro tempore quo supra in eadem iugiter deo famulantibus, perpetuo possidendum contulisset, pro molendino iam destructo fratrum supradictorum, et quemadmodum idem dominus rex sic et ipse nunc dicti castellanatus auctoritate pro sua parte ad ipsum contractum suum consensum prebuisset et coram nobis prebuit pariter et assensum partibus prenotatis . . Datum in crastino festi Annunciacionis beate virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

I. Lajos királynak 1358. máj. 12. kelt megerősítő privilegiumából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, Paulinor. Diósgyőr. 4. 1. dipl. oszt. 4719. Közli: Kovács N.

---

 181.

*1355. mart. 29. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn az ó-budai clarissáknak pilisvármegyei Kanday nerű birtokba való beiktatását s a határjárást megkísérlették, az egész eljárdásnak a margitszigeti apácák ellentmondtak.*

. . Lodovico . . regi Hungarie . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . Literas vestre serenitatis nobis sub anulari sigillo vestro directas, noverit vestra sublimitas nos . . recepisse in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Strigoniensis . . Dicitur nobis in personis . . sanctimonialium ordinis sancte Clare claustris beate virginis de Veteri Buda, quod quedam possessiones earundem dominarum sanctimonialium per . . dominam Elizabeth . . reginam . . fundatricemque dicti claustris beate virginis ipsi claustro et per consequens eisdem dominabus sanctimonia-



libus ob eterne retribucionis bravium divinitus condonate, Kandey et Ewrym vocate, in comitatu Pilisiensi existentes, nunc apud manus earundem dominarum sanctimonialium habite, reambulacione et ab aliorum possessionariorum iurium metali distinccione plurimum indigerent, super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio utique fidedignum, quo presente magister Georgius de Rohman, gerens vices magnifici viri Cykow magistri tavarnicorum nostrorum, de curia nostra ad hoc specialiter transmissus, vel ipso absente Stephanus dictus Vaguch, homo noster ad facies dictarum possessionum Kandeï et Ewrym vocatarum . . accedat et easdem . . reambulet, reambulatasque . . relinquat prefato claustro beate virginis de Veteri Buda et sororibus sanctimonialibus de eodem eo iure, quo ad ipsas dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictoribus autem, si qui fuerint, contra easdem dominas sanctimoniales cum omnibus eorum instrumentis in nostram presenciam, racionem sue contradictionis reddituros, legitime evocatis ad terminum competentem. Et post hec seriem premisse possessionarie reambulacionis . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Judica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto. Nos siquidem . . unacum predicto Stephano Vaguch dicto homine vestre maiestatis, magistrum Stephanum socium et concanonicum nostrum ad premissa mandata vestra exsequenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum . . retulerunt, quod cum ipsi feria sexta proxima nunc proxime preterita ad faciem predictæ possessionis Kanday vocate vicinis et commetaneis universis legitime inibi convocatis et presentibus accedendo, eandem a parte orientali circa montem Kewel in loco Zerethnek dicto incipiendo et abhinc versus occidentem trans-eundo ipsum montem infra ad unam vallem descendendo ad quemdam lapidem Likaskw nuncupatum, pro meta consignatum et deinde supra in latus cuiusdam montis, quasi ad eandem partem australem ascendendo et in latere eiusdem montis ad eandem partem per bonum spacium ad unam arborem piri silvestris girando et abinde infra ad occidentem per unam valliculam directe similiter ad aliam arborem piri silvestris et dehinc ad unam metam lapidibus et terra cumulata prope ipsam arborem secus

viam magnam de villa Zantou in civitatem Budensem directe ducentem habitam eundo, reambulare, reambulatumque et ab aliorum possessionariorum iurium metali distincione separatam predicto claustro beate virginis et per consequens sororibus sanctimonialibus de eodem, eo iuris titulo, quo eis pertinere dīnoscitur iuxta vestre maiestatis edictum relinquere voluissent, frater Blasius ordinis predicatorum in personis . . . sanctimonialium claustrum beate virginis de Insula Leporum inibi comparendo ipsos a metarum ereccione et statucione cuiusdam particule terre, prout de predicto Lykaskw tenderent per unam vallem in bono spacio eundo supra inter duos montes, et deinde descenderet ad finem piscine seu clausure regalis excellencie, vice et nomine earundem dominarum sanctimonialium de Insula Leporum contradicendo prohibuisset, ob cuius prohibitionem dictam possessionem Kanday ab aliis partibus eiusdem, eo quod, cum aliis suis commetaneis in pacifico metarum statu esse et existere dinosceretur, ulterius reambulare et metas eiusdem erigere noluissent, habita sup (. . .) huiusmodi contradictoria inhibitione, easdem dominas sanctimoniales de Insula Leporum cum omnibus earum instrumentis racione premisse contradiccionis earum reddituras, eodem die in facie eiusdem possessionis contra easdem dominas sanctimoniales de Veteri Buda, ad octavas festi beati Georgii martyris nunc proxime venturas in vestre maiestatis presenciam evocassent. Datum in dominica Ramis-palmarum, anno domini supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban; Monial. Veter. Budens. 24. 8. dipl. oszt. 4504. Közli: Kovács N.

---

 182.

*1355. mart. 29. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy az ó-budai clarissák Üröm nevű pilisvármegyei birtokba azon részek kivételével, melyekre nézve többen ellentmondtak, beiktattattak.*

Lodovico . . . regi Hungarie . . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . . literas vestre serenitatis nobis sub anulari sigillo vestro directas, vestra noverit sublimitas nos . . . recepisse in hec verba : Lodovicus rex . . . (stb. lásd a fõntebbi 181. sz. a. oklevélben egész

*e szavakig*: qui demum . . . retulerunt), quod ipsi feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum nunc instantem ad faciem dicte possessionis Ewrym vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et presentibus accedendo, eandem per suas veras metas et antiquas infra declarandas reambulassent, reambulataque et ab aliorum commetaneorum possessionibus infrascripta metali distincione et novarum metarum secus veteres ereccione separatam, exceptis duntaxat quibusdam particulis terrarum, modo infrascripto prohibitarum, predicto claustro beate virginis de Veteri Buda et per consequens sororibus sanctimonialibus eiusdem claustri eo iure, quo ad ipsas dinoscitur pertinere cum omnibus suis iuribus et utilitatibus universis, nemine alio exceptis (infrascriptis) prohibitoribus contradictore apparente, reliquissent perpetuo possidendam. Cuius quidem possessionis Ewrym prima meta inchoaretur a parte possessionis Meger in quodam monte supra eandem vallem habitum, circa quandam metam terream antiquam principalem, secus quandam viam habitam et de novo renovatam, circa quam alias duas terreas metas, terras Veteris Bude Meger et Ewrym predictarum separantes, de novo erexissent, deinde directe ad partem septentrionalem per quasdam vineas ad unum montem lapidosum ascendendo, in vertice eiusdem montis una meta terrea antiqua renovata et alia de novo erecta habentur, dehinc enim ad eandem plagam per competens spacium procedendo alias duas metas terreas, possessiones Meger et Ewrym predictas separantes, de novo erexissent, adhuc per quamdam semitam ad eandem plagam procedendo per quasdam duas metas post se se currentes et de novo erectas pervenissent ad quasdam tres foveas Harumkuth vocatas pro metis consignatas, possessiones Meger et Ewrym predictas ac Ky (. . . .) separantes pervenissent, circa quas alias tres novas metas terreas . . . in separacionem possessionum predictarum erexissent, abhinc autem parumper per unam magnam viam ad eandem plagam girando et in quadam alia parva via quasi ad occidentem declinando, pervenissent ad alias duas metas terreas antiquas possessiones Ewrym et Kaluz distingentes, quas renovassent, a quibus per duas metas terreas currentes de novo erectas ad eandem plagam vergendo supra ad cacumen cuiusdam montis

pervenissent, ubi tres mete terreæ antique extitissent, quas renovassent, quarum una possessiones Kaluz, alia vero Burusienew tertia Ewrym predictam separarent, deinde autem versus occidentem eundo (venitur) directe ad unam arborem piri (. . . . .) in inferiore parte duarum vinearum existentem descendendo, duas metas terreas possessiones Burusienew et Ewrym predictas separantes sub eadem erexissent; et cum abinde versus eandem plagam occidentis (. . . . .) per metas eiusdem possessionis Ewrym ad viam magnam, que de villa Burusienew iret in civitatem Budensem procedere voluissent, frater Blasius ordinis predicatorum in personis . . . sanctimonialium claustrum beate virginis de Insulâ Leporum inibi comparendo, eosdem ab ereccione metarum, statucione cuiusdam particule terre, inter easdem metas et aliam inferiorem viam usque quandam antiquam terream metam secus dictam viam Budensem inferius habitam existentis, necnon Demetrius famulus abbatis de Theleky in eiusdem domini sui persona fere a duodecim iugerum terrarum, et Petrych pro se et in sua persona, similiter a duodecim iugerum terrarum inter metas dicte possessionis Ewrym, ut dicitur, existencium, ac Stephanus filius Pauli famulus abbatis Pilisiensis in eiusdem domini sui persona a centum et quinquaginta iugerum terrarum et quatuor locorum sessionalium, ut dicebat, et insuper magister Cosmas canonicus ecclesie Budensis vice et nomine capituli ecclesie Budensis prenotate, a possessionariorum iurium dicti capituli Budensis modo simili intra metas prenotate possessionis Ewrym, prout referebat, existencium, statucione facienda prohibuissent; quos quidem sorores sanctimoniales de Insula Leporum abbatem de Theleky, Pethrich, abbatem Piliensem et capitulum Budense facta huiusmodi prohibitione eodem die et in facie dicte possessionis contra easdem sorores sanctimoniales de Veteri Buda racionem premissæ prohibitionis cum omnibus eorum instrumentis reddituros, ad octavas festi beati Georgii martyris proxime nunc venturas in vestre maiestatis presenciam evocassent; ab eadem autem meta terreæ antiqua, usque quam premissa prohibicio facta extitisset iuxta eandem viam Budensem ad partem meridionalem, per quasdam continuas metas terreas de novo erectas egrediendo, pervenissent ad quendam locum, ubi predicta via Budensis descenderet in

terram possessionis Vrs predictae, ubi quasdam duas novas metas terreas ex utraque parte dicte vie Budensis predictas possessiones Ewrym et Vrs separantes erexissent, unde quasi ad orientem saliendo quandam vallem in latere cuiusdam lapidosi montis unam metam terream erexissent, inde enim adhuc ad eandem partem modicum ascendendo, similiter unam metam terream erexissent, deinde vero modo simili ad orientem per unum berch satis in bono spacio vergendo, in montis cacumine duas novas metas terreas dictarum possessionum Veteris Budensis et Ewrym separantes erexissent, a quibus adhuc ad predictam plagam orientis currendo, devenissent ad easdem priores metas principales, ubi terminarentur mete possessionis Ewrym supradicte. Datum in dominica Ramispalmarum, anno domini supradicto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Oraz. Ltárban, Monial. Veter. Budens. 7. 9. dipl. oszt. 4503. Közli: Kovács N.

---

 183.

*1355. Eger, apr. 6. László egri prépost és püspöki vicarius arról, hogy Libercae Tompos Tamás leánya Anith utóbb Panii Ugrin fia Demeter neje, hitbére és hozományára nézve réglegesen kielégítést nyert, bizony-ságlevelet ad.*

Nos Ladislaus prepositus et conventus ecclesie Agriensis vicariusque . . N(icolai) . . episcopi predictae ecclesie Agriensis in spiritualibus generalis memorie commendamus, quod magistro Demetrio filio Ugrini de Pani, nunc marito et procuratore nobilis domine relicte Georgii filii Johannis filii Georgii de Somus et filia Thome dicti Tompos de Lyberche Anich vocate . . pro eadem nobili domina ex una, et Petro ac Stephano magistris filiis dicti Johannis de predicta Somus similiter pro se et pro Ladislao, Johanne, Ivanka et Paulo fratribus suis parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Demetrium vice et nomine ipsius nobilis domine propositum extitit . . quod super omnibus causis et articulis earundem, quas annotata nobilis domina ratione dotis et rerum parafernalium suarum de porcionibus possessionariis prescripti Georgii, prioris mariti sui, ubilibet existentibus et quocunque nomine vocitatis

et de huius regni consuetudine sibi proveniencium contra memoratos filios Johannis coram nobis iudiciario ordine movisset usquemodo vel movere potuisset in posterum, iidem filii Johannis filii Georgii, iuxta arbitrium et compositionem proborum virorum facta pecuniaria solucione quadraginta marcarum grossorum minus duabus, quamlibet marcam cum quinquaginta grossis computando, prenominate nobili domine glori ipsorum omnimodam.. impendissent, imo coram nobis veluti iudice ipsorum ordinario iuxta continenciam literarum.. prepositi et conventus de Jazou composicionalium et obligatoriarum exinde confectarum, preallegati Petrus et Stephanus magistri.. impenderunt satisfaccionem, et idem magister Demetrius filius Ugrini super dicta pecuniaria solucione in persona ipsius nobilis domine nunc consortis sue sufficienter contentus, prenotatos filios Johannis filii Georgii et ipsorum heredes super prelibatis dote et rebus parafernalibus ac totali requisicione earundem auctoritate procuratoria reddidit.. per omnia expeditos.. Insuper prescriptus magister Demetrius.. obligavit eandem dominam et heredes suos pretaxatos filios Johannis filii Georgii et posteritates eorumdem ab omnibus racione dictarum dotis et rerum parafernalium processu temporis inquietare nitentibus, semper et ubique expedire.. Datum Agrie, in die festi sancti Sixti pape et martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Az egri káptalannak 1355. aug. 8. kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 1538. 12. dipl. oszt. 4506. Közli: Kovács N.

---

184.

*1355. Buda, apr. 6. I. Lajos király az egri káptalannak megparancsolja, hogy Mohostó nevű szabolcsvármegyei birtokba Várdai László fűt Jánost iktassa be.*

.. Lodovicus.. rex.. capitulo Agriensi.. Dicitur nobis in persona Johannis filii Ladislai de Varada, quod quedam possessio sua Mohusto (.....) Mohustow vocata in comitatu de Zabouch habita, apud manus suas existens reambulacione

et ab aliorum possessionibus metali sequestracione plurimum indegeret; super quo.. mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Pethenye vel Ladislaus frater suus de Terechen aut Stephanus dictus Bolugh, aliis absentibus homo noster ad faciem prefate possessionis presentibus.. accedendo.. reambulet ipsam.. reambulatumque relinquat.. prefato Johanni filio Ladislai.. contradictores vero, siqui fuerint, citet contra eundem Johannem.. ad nostram presenciam; et post hec seriem ipsius reambulacionis.. nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Az egri káptalannak 1353. kelt s a N. Muzeumban a Kállay es. Itárában őrzött jelentéséből, mely szerint a határjárás nem sikerülhetett, mert •Ladislans filius J(ohannis) dicti Lengen de Nogsemyen pro se et pro Leukes fratre, Stephano filio Stephani, Wbol et Michaelis filiis Ladislai, item Emerico et Petro filiis Simonis et Ladislao filio Iwan nobilibus de Kallo et de eadem Sempyen• a határjelek lerakásának ellentmondott.

## 185.

*1355. apr. 7. A győri káptalan előtt, Olyyai Endre fia János csallóközi nemes, Tárnok nevű birtokának egy részét, Kont Miklós erdélyi vajdának nyolcz márkáért elzálogosítja.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie significamus.. quod Johannes filius Endere nobilis de Ogya de districtu Challokuz ad nostram veniendo personaliter presenciam.. nobis significare curavit, quod ipse necessitate urgente unum laneum integrum in Tarnuk habitum et quadraginta iugera terrarum arabilium sub metis eiusdem possessionis Tarnuk habita et existencia, iure hereditario sibi pertinentem et pertinencia et aliis utilitatibus, si que forent ad dictum laneum spectantibus, ab emanacione presencium pignori.. obligavit coram nobis magnifico viro domino Nicolao dicto Konth voivode Transsilvano pro octo marcis latorum denariorum viennensium, marcam quamlibet cum decem pensis computando, plene sibi persolutis, tandiu

donec redimere valuerit pro eadem summa pecunie aut sui posterius valebunt ab eodem, rehabilitata vero pecunia sua a prefato Johanne filio Endere, dictus Nicolaus voivoda aut sui posterius, dictum laneum simul cum memoratis terris arabilibus eidem Johanni aut suis successoribus relinquere et resignare tenebitur ac tenebuntur. Datum feria tertia proxima post festum Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. Mon. Poson. 15. 9. dipl. oszt. 4507. Közli: Kovács N.

## 186.

*1355. april. 17. A lelezi convent előtt, Bodfalvai Péter fia Domokos, több tarnóczi nemessel, az Ung folyón levő malomgát ügyében kibékül.*

Nos Petrus prepositus et conventus monasterii sancte crucis de Lelez memorie commendamus . . quod Dominico filio Petri filii Bod de Bodfalua ab una et Nicolao filio Stephani seu Thoma filio Kazmeri, pro se et Nicolao filio eiusdem Kazmer, item Stephano filio Johannis filii Stephani nobilibus de parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis per eosdem nobiles de Tornouch propositum extitit . . quod licet ipsi in facto clausura cuiusdam molendini super fluvio Vngh vocato in predicta possessione Tornouch existentis habite, mutuo hactenus inter se discordassent, tandem tamen propter bonum pacis . . dimidietatem ipsius fluvii Vngh simul cum clausura in eodem habita, a parte possessionarie porcionis prelibati Dominici eidem cum omnibus suis . . pertinenciis in filios filiorumque successores remisissent et resignassent . . et coram nobis remiserunt perpetuo possidendum . . hoc tamen non pretermisso, ut si Nicolaus filius Kazmer in octavis festi beati Georgii martyris nunc venturi presentem propositionem sic quemadmodum memorati fratres sui, in presencia comitis capelle regie specificè non fateretur, vel ei plenum consensum et assensum non preberet, extunc predicti Nicolaus et Thomas, ex eo quare nunc gravamen eius super se assumserunt, in decem et octo marcis convicti haberentur ipso facto . . Datum sexta feria proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> quinto.



Hártyán, hátlapján pecséttek nyomaival; eredetije a Csicseri es. ltárában. Közli: Márki Sándor.

## 187.

1355. Kálló, april 18. Szabolcs vármegye ispánja és szolgabirdi, Semieni Lengyel János fia László részére, Pál fia Istrán fogva tartott tolvaj ügyében, a Fejértón tartandó jövő közgyűlésig halasztást adnak.

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii comitis Brieci comes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, cum (nos) sabato proximo post diei concussionis ovorum (fuissemus), magister Ladislaus filius Johannis dicti Lengyel de Semien, quendam hominem maliciosum nomine Stephanum filium Pauli filii Boda ch cum nostro homine, legitime captum nostram in presenciam adduxisset, et coram nobis astando dixit eo modo, quod contra ipsum Stephanum furtum super possessionem suam Vrus furtive receptum haberet respondere, sed sine magistro Stephano filio Stephani fratre suo respondere non valente, petens ipsam causam prorogare, unde nos causam dictam in medio parcium ad secundam feriam proximam post festum beati Georgii martyris nunc venturum, videlicet ad congregacionem generalem in villa Feyrthou celebratam (igy) duximus prorogandam. Datum in Kallou, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán három pecséttel; az ispáné, ki a Báthoriak őse volt, teljesen ép; eredetije a N. Muzéumban a Kállay es. ltárában. Az oklevél keltének meghatározására l. a Zichy Codex V. köt. 249. l. mondottakat.

## 188.

1355. Bicske, apr. 22. I. Lajos király levele, a margitszigeti apácák és Hermann budavári boldogságos azüszről nevezett plebános közt, János reszprémi püspök közbejöttével létrejött ama kiegyezésről, mely szerint a Duna mellett levő hévízi fürdő az apácákra ruháztatott át.

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum inter . . sorores de Insula Leporum ex una,

ac . . Hermanum plebanum ecclesie virginis gloriose Novi Montis Pestiensis ex alia, non modica super quibusdam iuribus ac subieccionibus exorta esset materia quescionis ac litigii, nosque ut parcium zelatores, ut nobis ex officio nostri incumbit regiminis, qui ut nostris subditis quietem paremus, voluntarios labores appetimus, nostre maiestatis partes predictae concordie apponentes . . Johannem Wesprimiensis ecclesie antistitem . . medium inter discordes statuente precepimus eidem, ut sue humanitatis largiens bonitatem inter partes concordie ac unitatis perfecte stabilitatem ordinaret. Qui demum ad nostre serenitatis accedens presenciam vultu iocundo pacem stabilitatem recitavit in hunc modum, quod balneum situm vicinius fluvio Danubii in Calidis Aquis cum omni suo pleno iure ac censum quinque marcarum Budensium vulgariter purekrecht nuncupatum, in perpetuam emphyteosim predictis dominabus de Insula Leporum tradidissent predictus dominus plebanus ac cives civitatis nostre predictae; e contrario autem predictae domine remississent ac renunciassent omni iuri tam in obvencionibus seu offertoriis, quam omnibus aliis subieccionibus, que aut quas in ecclesia seu ab ecclesia predicta beate virginis se habere credebant vel sperabant, cassa, vana ac irrita omnia super premissis confecta instrumenta seu privilegia reddidissent domine prenotate, prout hec omnia predictus episcopus presente domino Johanne dicto de Strigonio predicti domini plebani capellano acceptante et ratificante nostre studuit maiestati declarare . . Datum in villa Byéhe, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> V<sup>o</sup> feria quarta ante festum Georgii martyris.

Zsigmond királynak 1417. évi aug. 17-én kelt, a nyulak szigeti apácák kérelmére kiadott megerősítő privilégiumából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban «az Felhevyzeen való Ferede» régi ktlirattal, dipl. oszt. 4509. Az oklevél Zsigmond királynak Constansban 1417. jun. 24. kelt nyílt alakú levelében szintén át van írva; Monial. Poson. 49. 18. dipl. oszt. 10517. Közli: Kovács N.

189.

*1355. Buda, apr. 23. Drugeth Miklós országbíró, a Bochk fia Domokos és Váradi Péter fia Benedek közt folyt pert, melynek tárgyát Várad birtok jele része és két Szecse meg Perlep nevű bars megyei birtokok képezték, Bochk fia Domokos javára ítéletileg eldönti.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie.. comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus.. quod cum magister Dominicus filius Mochk, Petrum filium Nicolai de Varad et Benedictum filium eiusdem ob contradictoriam inhibitionem statucionis possessionum Perlap, Varad, Zedche et alterius Zedche nominatarum, predictum dominum nostrum regem nomine possessionum condam Alexandri filii Petri filii Alexandri, hominis sine herede decedentis, pro fidelibus suis serviciis et serviciorum preclaris meritis sibi datarum et collatarum, secundum seriem et continenciam literarum capituli ecclesie Strigoniensis legitime citacionis modum observando, ad octavas festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto preteritas, contra se in regiam presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa racione prioritatis termini iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ad octavas festi beati Martini confessoris tunc venturi prorogata extitisset; tandem ipsis octavis advenientibus predictus magister Dominicus filius Mochk personaliter ad nostram iudiciariam veniendo presenciam, contra predictum Petrum filium Nicolai et Benedictum filium suum in figura nostri iudicii quasdam literas eiusdem capituli Strigoniensis, formam possessionarie reambulacionis exprimentes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem explicari, nostro iudiciario examini presentarat, in quibus videramus contineri, quod cum prefatus magister Dominicus filius Mochk, accepto Andrea de Koznal homine regio et magistro Johanne socio et concanonico ac testimonio dicti capituli Strigoniensis in vigilia festi beati Laurentii martyris tunc proxime preteriti, ad facies predictarum possessionum condam Alexandri filii Petri filii Alexandri hominis, ut dicitur, sine herede decedentis Perlep, Varad, Zedche et alterius Zedche vocatarum in comitatu Borsiensi existencium per dominum nostrum regem eidem magistro Dominico datarum.. accessisset

et easdem per eosdem regium et predicti capituli Strigoniensis homines sibi perpetuo possidendas statui facere voluisset, predictus Petrus filius Nicolai in sua et predicti Benedicti filii sui personis eosdem regium et memorati capituli ecclesie Strigoniensis homines a statucione earundem prohibuisset, cuius prohibicionis rationem scire voluerat ab eisdem; quo audito Ladislaus de Kolta, pro eisdem Petro filio Nicolai et Benedicto filio suo.. exurgendo, responderat ex aduerso, quod iidem Petrus filius Nicolai et Benedictus filius suus, super dictis possessionibus Perlap, Varad, Zedche et alterius Zedche nominatis efficacia haberent instrumenta literalia, que in termino per nos sibi dando, exhibere prompti essent et parati. Unde nos auditis parcium propositiionibus adiudicantes commiseramus, quod predicti Petrus filius Nicolai et Benedictus filius suus, preallegata eorum instrumenta literalia in octavis festi Epiphaniarum domini tunc venturis exhibere tenerentur coram nobis, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter partes, prout fieret opportunum; ipsis itaque octavis festi Epiphaniarum domini occurrentibus, ipso magistro Dominico filio Mochk personaliter coram nobis comparente et eadem instrumenta per ipsos Petrum filium Nicolai et Benedictum filium suum exhiberi postulante, predictus Benedictus filius dicti Petri pro se personaliter, pro prefato autem Petro filio Nicolai, Petrus filius Stephani de Sarlou quasdam literas dicti conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron inquisicionales regie serenitati rescriptas nobis presentarat, in quibus inter cetera videramus contineri, quod Johannes filius Nicolai de Wezekyn homo regius, presente Georgio sacerdote testimonio eiusdem conventus, feria tertia proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose ad prenotatam possessionem ipsius Petri Varad vocatam accedentes eundem in domo sua propria in lecto egritudinis decumbentem, gravissima et prevalida infirmitate prepeditum, et quasi iam vicinum morti, fide vidissent oculata. Quibus literis exhibitis prefatus Benedictus filius eiusdem Petri, absque personali interessencia dicti Petri patris sui, premissa instrumenta exhibere non posse allegarat; quibus auditis et perceptis prefatus magister Dominicus filius Mochk, in contrarium earundem literarum allegarat, quod prefatus Petrus filius Nicolai eadem

infirmirate, quam tunc pateretur, a longinquo temporis spacio videlicet a sex annis citra prepeditus haberetur et in execucionibus quarumlibet causarum suarum hactenus procesisset, et quia ipse Petrus filius Stephani exhibicionem premissarum literarum inquisicionalium ipsum Petrum filium Nicolai gravissima et prevalida infirmitate ac proximum morti fore et existere declararat, ideo unacum baronibus regnique nobilibus tribunal iudicarium nobiscum assidentibus commiseramus iudicando, quod sepedictus Petrus filius Nicolai et Benedictus filius suus personaliter in octavis diei Cinerum tunc proxime venturis universa eorum instrumenta in facto premissarum possessionum se habere allegata, contra ipsum magistrum Dominicum filium Mochk exhibere vel per legitimum procuratorem ipsorum exhiberi facere tenerentur coram nobis eomodo, ut predicti Petrus filius Nicolai et Benedictus filius suus ipsas instrumentales exhibiciones, nullis aliis racionibus preinventis, ab ipsis octavis diei Cinerum possent seu valerent prorogare; tandem ipsis octavis diei Cinerum occurrentibus iam nominato Dominico filio Mochk personaliter coram nobis astante et preallegata instrumenta per eosdem Petrum filium Nicolai et Benedictum filium suum exhiberi postulante, prenominatus Benedictus filius ipsius Petri personaliter ad nostram iudiciariam veniendo presentiam, predictum Petrum filium Nicolai patrem suum medio tempore viam universe carnis ingressum fore, super factoque dictarum possessionum Varad, Perlap, Zedche et alterius Zedche vocatarum nulla instrumenta se habere nec ad presens nec in futurum exhibere velle et posse allegarat pluries coram nobis replicando; unde quia tempore premissae propositionis iidem Petrus filius Nicolai et Benedictus filius suus super facto prenominatarum possessionum Perlap, Varad, Zedche et alterius Zedche nominatarum efficacia instrumenta se habere et in termino per nos sibi dando posse exhibere allegarant, tuncque predictus Benedictus filius predicti Petri filii Nicolai personaliter, ut est premissum, ad nostram veniendo presentiam ipsum Petrum patrem suum viam universe carnis ingressum fore et super facto earundem possessionum nulla instrumenta se habere, nec ad presens nec in futurum exhibere posse et velle allegarat, ex eoque predictae possessiones Perlap, Varad,

Zedche et altera Zedche vocate predicto magistro Dominico filio Mochk iuxta premissam regalem collacionem contradiccione quorumlibet non obstante statui debere nobis et regni baronibus nobiscum in iudicio assedentibus manifeste cernebatur, ideo eidem capitulo Strigoniensi.. literatorie scribendo eorum amicitiam pecieramus.. quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente magister Nicolaus filius Nicolai filii Akus homo regius, de curia regia ad hoc specialiter transmissus, in quindenis diei Medii Quadragesime tunc venturis, scilicet feria quarta et aliis diebus ad hoc aptis et sufficientibus, ad faciem predictarum possessionum Perlap, Varad, Zedche et alterius Zedche nominatarum.. accederet et easdem legitime reambularet, reambulatasque ab aliorum possessionibus.. novis metis in locis necessariis erectis.. distingueret, separatasque et distinctas eidem magistro Dominico filio Mochk et per eum suis successoribus universis eo iure, quo ex premissa regali collacione ad ipsum dinoscerentur pertinere, contradiccione predicti Benedicti filii Petri filii Nicolai et aliorum quorumlibet non obstante, eo quod in tam longinqua ventilacione dicte cause preter ipsum Benedictum filium Petri et eundem Petrum patrem suum iam, ut premissum est, viam universe carnis ingressum, nullius alterius contradiccio eidem magistro Dominico filio Mochk obviaret, statueret perpetuo possidendas.. sine preiudicio iuris alieni; si qui autem aliquod ius in eisdem possessionibus se habere sperarent, facta ipsa statucione, dum vellent, exsequerentur iuris ordine observato; et post hec seriem premissae possessionarie statucionis cum cursibus metarum ac tocus peracti negotii processu, ad octavas festi Pasche domini tunc venturi, domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Strigoniensis prenotatum; demum ipsis octavis festi Pasche domini occurrentibus prenominatus magister Dominicus filius Mochk personaliter ad nostram veniendo presenciam literas iam nominati capituli ecclesie Strigoniensis super premissis regie maiestati rescripcionales nobis presentavit, in quibus vidimus manifeste contineri, quod cum ipsum capitulum Strigoniense, iuxta continenciam earundem literarum nostrarum formam iudicii nostri exprimencium ad nostram amicabilem petitionem, unacum magistro Nicolao filio Nicolai filii Akus

homine regio in eisdem literis nostris inserto, ad infrascripta exsequenda specialiter de curia regia destinato, magistrum Johannem socium et concanonicum ipsorum.. ad infrascripta fideliter exsequenda transmisisset, tandem idem homo regius et ipsius capituli testimonium.. retulissent.. quod ipsi in quindenis diei Medii Quadragesime scilicet feria quarta ad facies possessionum Varad, Zedche et alterius Zedche ac Perlap vocatarum accedendo, universis vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus easdem per metas infrascriptas reambulassent et novas metas in locis necessariis erexissent, reambulas autem et ab aliorum possessionibus et possessionariis porcionibus separatas et distinctas, scilicet medietatem possessionis Varad, Zedche et alterius Zedche nullo contradictore apparente magistro Dominico filio Mochk et per eum suis heredibus.. statuissent, salvo iure alieno, perpetuo possidendas.. Quarum quidem duarum possessionum scilicet Zedche et alterius Zedche mete hoc ordine distinguerentur: prima meta inciperet iuxta fluvium Gron in quodam fossato, quod fossatum esset pro meta distingens duo prata, maius et minus Ledneche vocata, ita videlicet, quod minor Ledneche a parte meridiei esset intra metas possessionis Kiuszedche, maior vero Ledneche a parte septentrionis relinqueretur intra metas terre ville Lezek castri Lewa, a quo quidem fossato versus orientem procedendo veniretur ad quendam lacum Kerekmorna nominatum, per quem lacum Kerekmorna iret ad secundum lacum Hyuziumorna dictum, quem transiens veniret ad pratum, ubi sub rubo arborum pomorum esset una meta de novo erecta, abhinc per quandam parvam semitam iret ad aliam metam terream de novo erectam, dehinc transiret ad terras arabiles, ubi in quodam termino spinoso vulgariter mege dicto, sub rubo pomi esset una meta, et sic per eundem terminum curreret ad unam magnam viam, que duceret ad civitatem Borsiensem et eandem transiens veniret ad aliam viam, ubi circa eandem viam esset una meta antiqua, quam renovassent, dehinc per eandem viam versus orientem procedendo, veniret ad quendam aquam er dictam, iuxta quam esset una meta, abhinc iuxta eandem aquam iret ad aliam metam, sub rubo salicis erectam ipsam aquam eor ad dexteram manum relinquendo, de qua iret

ad separacionem seu distincionem duarum viarum, ubi esset una meta, et ibi iungeretur terre monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, et per alteram predictarum viarum versus meridiem parvum declinando caderet in unam vallem, tempore inundacionis fluvii Gron aquosam, per quam vallem versus meridiem procedendo, per satis magnam distanciam veniret ad duas metas in latere predictae vallis ab utraque parte erectas, dehinc per eandem vallem cundo exiret ad terras arabiles, ubi essent due mete, abhinc veniret ad unum parvum campum Mezer dictum, ubi essent due mete, dehinc transiret ad quemdam lacum eer nuncupatum, ubi essent due mete et ibi caderet ad predictum eer et per ipsum eer iret ad fluvium Compa nominatum, qui quidem fluvius Compa staret pro meta separans terram monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron et possessionem Zedche usque metas ville Mogyud, ubi in exitu de fluvio Compa in litore eiusdem Compa est una meta separans possessionem Zedche a terra ville Mogyud castri nunc de Lewa, abhinc versus occidentem procedendo inter terras arabiles veniret ad aliam metam in cacumine parvi montis Holm dicti erectam, dehinc iret ad magnam viam, qua iretur in Bors, ubi esset una meta, quam pertransiens verteretur ad fluvium Gron predictum, in cuius portu iuxta veterem esset una nova meta erecta, et sic terminaretur. Item mete medietatis possessionis Varad hoc ordine eandem circumdarent: primo videlicet ex parte Thome et Stephani filiorum Philippi, ac Benedicti, Ladislai et Stephani filiorum Petri filii Nicolai iuxta cursus metarum in literis capituli ecclesie Nitriensis contentarum reliquissent a fluvio Gron usque metas terre Boyka, ubi tres metas terreas novas erexissent, que distingerent et separarent possessiones filiorum Philippi et Petri similiter Varad, a possessione magistri Domini filii Mochk Varad vocata, et possessionem Boyka predictam, dehinc iret versus meridiem per metas terreas et veniret ad duas metas antiquas et unam novam, que separarent ipsam possessionem Varad a possessione Johannis filii Jacobi Endered vocata; item deinde modicum similiter versus meridiem procedendo essent erecte due mete terre, deinde versus eandem plagam in modico transeundo similiter essent erecte due mete terre, abhinc iret similiter ad partem meridionalem modicum



declinando ad quemdam rubum piri, ubi est una meta terrea; item abinde ad eandem plagam meridiei dirigendo veniret ad duas metas ex novo erectas, que separarent possessionem ipsius magistri Dominici filii Mochk Varad vocatam antedictam a possessionibus Endred antedicta et Thure superioris Nicolai filii Bors, deinde verteretur ad partem orientalem, perveniret ad quandam viam, per quam irent de Sarlow ad Bors, quam transeundo iuxta eandem viam esset erecta una meta terrea, deinde ad eandem plagam descendendo per modicum spacium veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam esset erecta una meta terrea; item deinde ad bonum spacium similiter ad partem orientalem versus Gron descendendo, perveniret ad unum lacum ipsius fluvii Gron, in cuius litore iuxta unam arborem piri essent due mete terree antique, iuxta quas esset erecta una nova meta terrea, per quem lacum directe transeundo iungere-tur in ipsum fluvium Gron, et ibi terminaretur. Ultimo autem dum metas possessionis Perlap similiter reambulare voluissent, tunc sepedictus magister Dominicus dixisset eis protestando, quod plures particulas et utilitates eiusdem possessionis Perlap ad terras regie excellencie hinc et inde occupassent, occupatasque tenerent, ideo eandem adhuc nollet reambulare et metarum ereccionibus circumdare, quousque regie serenitati conquereretur, ut dictas particulas et utilitates restitui et rectificari faceret ad eandem, tamen eo toto in dominium eiusdem nemine contradictore apparente eundem statuissent. Unde quia prescripta medietas eiusdem possessionis Varad ac ipse due possessiones Zedche et altera Zedche vocate sub pretactis metis et metarum limitationibus, ac dicta possessio Perlop vocata modo superius declarato eidem magistro Dominico filio Mochk per predictum hominem regium et testimonium iam nominati capituli Strigoniensis, iuxta nostri iudicii formam, presentibus vicinis et commetaneis earumdem nullo penitus contradictore apparente statute fuisse, ex serie prefatarum literarum capituli Strigoniensis manifeste reperiabantur, ideo nos eandem medietatem ipsius possessionis Varad ac ipsas duas possessiones Zedche et aliam Zedche sub prescriptis metis et metarum distincionibus, et iam nominatam possessionem Perlep modo superius specificato, dicto magistro Dominico statutas eo iure,

quo ex premissa regali collatione sibi pertinere dinoscuntur, unacum nobilibus regni iudiciario pro tribunali nobiscum assidentibus adiudicavimus et commisimus nostra iudiciaria auctoritate perpetuo possidendas.. sine preiudicio iuris alieni; predictum autem Benedictum filium prenotati Petri filii Nicolai, in estimacione medietatis dicte possessionis Varad et earundem possessionum Zedche et alterius Zedche ac Perlep vocatarum pro indebita prohibicione earum committentes aggravari, testimonio presencium mediante.. Datum Bude, duodecimo die octavarum festi Pasche domini predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

I. Lajos királynak 1363. febr. 9. kelt «magister Dominicus filius Bochk aule nostre miles» kérésére kiadott s az 1364. máj. 13-án kelt ismeretes záradékkal és újabb pecséttel megerősített privilegiális átíratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 795. 8. dipl. oszt. 4443. Közli: Kovács. N.

---

190.

*1355. apr. 24. A nyitrai káptalan előtt, Elefánti Dezső fia Mihály, pozsonymegyei Altarsur nevű birtokát, Kaplachi Mihálynak s Andrásnak negyven márkáért négy évre elzlogosítja.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus.. quod magister Michael filius Deseu de Elephant nostri in presencia personaliter constitutus, possessionem suam Altarsur vocatam in comitatu Posoniensi existentem, Nicolao et Andree filiis Johannis filii Simonis de Kaplath in quadraginta marcis denariorum latorum viennensium, decem pensis pro qualibet marca computatis, plene ab eisdem, ut dixit, habitis et receptis, a festo beati Michaelis proxime nunc affuturo usque quartam eiusdem festi sancti Michaelis archangeli revolutionem possidendam retulit pignori obligasse et obligavit coram nobis tali modo, quod infra quartam eiusdem festi sancti Michaelis archangeli revolutionem eandem possessionem suam Altarsur redimere prefatus magister Michael non valeret, completis autem eisdem revolutionibus festi sancti Michaelis quandocunque voluerit, liberam habebit dictam possessionem suam pro pecunie summa preno-

tata absque gravamine aliquali redimendi facultatem, hoc adiecto, quod prefatus magister Michael dictos Nicolaum et Andream contra quoslibet impetitores usque quartam sepe dicti festi sancti Michaelis archangeli revolutionem . . expedire tenebitur . . hoc non pretermisso, quod dicti filii Johannis ultra consuetum debitum et collectas consuetas super iobagiones ipsius possessionis Altarsur exigere non valebunt, nec ultra quod solvere domino ipsorum iidem iobagiones consueverunt, cum quibuslibet redditibus et proventibus et ipsis filiis Johannis administrare oportebunt. Datum in festo sancti Georgii martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. B. A. 1671. 75. dipl. oszt. 4510. Közli: Kovács N.

---

191.

*1355. apr. 26. A budai káptalan I. Lajos király parancsára, az ó-budai clarissákat két Adorjan necü bodrogmegyei birtokba, melyeket Magyar Pál neje nekik adományozott, beiktatja s a határjárásról jelentést tesz.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum noticiam volumus fieri manifestum, quod nos literas Lodovici regis . . recepimus in hec verba continentes: Lodovicus . . rex . . capitulo Budensi . . dicitur nobis in personis . . sanctimonialium de Veteri Buda, quod ipse in dominium quarundam possessionum duarum Adryan vocatarum in comitatu de Bodrugh existencium per dominam consortem magistri Pauli dicti Magyar ipsis perpetue collatarum legitime vellent introire, quare . . mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus filius Andree de Tereske vel Nicolaus de Zalathna, altero absente homo noster ad facies predictarum possessionum . . accedendo . . in dominium prefatarum possessionum dictas dominas ac in persona earum Nicolaum dictum de Lyptou introducat ac easdem statuatur eisdem iure perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet contra easdem ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec tocuis facti seriem nobis fide-

liter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi Pasche, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos itaque.. unacum predicto Petro filio Andree de Tereske homine regie excellencie.. Johannem custodem ecclesie nostre socium et concanonicum ac hominem nostrum.. ad infrascripta peragenda, pro testimonio duximus transmittendum, qui.. retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum Pasche domini nunc proxime preteritum ad facies quarundam duarum possessionum Adryan nuncupatarum, in comitatu de Bodrugh existencium, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accessissent, et easdem tam iuxta donacionem magistri Pauli dicti Magyar et domine Margaretha nuncupate consortis sue, quam eciam per veteres et antiquas metas in literis privilegialibus.. Karoli olim.. regis.. contentarum, novis metis iuxta predictas veteres metas in locis necessariis erectis reambulassent, factaque legitima reambulacione.. prefatas.. sanctimoniales de Veteri Buda et in persona earundem Nicolaum dictum de Lyptou in dominium earundem possessionum introduxissent, ac easdem.. iure perpetuo.. nullo penitus contradictore apparente eisdem.. sanctimonialibus statuissent.. possidendas, sine preiudicio ecclesie nostre et aliorum quorumlibet. Mete vero quibus eadem possessio Fulseu Adryan.. a vicinariis possessionibus separatur, hoc ordine distinguerentur: ut primo omnium inciperetur in quadam insula in medio fluvii Tyza nuncupati infra villam Kanysa nuncupatam, super duas metas, unam dicte ville Fulseu Adryan lapide signatam ab occidente et alia ville Kanysa ab oriente existentes, ubi scinderet talis distincio metalis eundem fluvium Tyza in duas partes a parte inferiore prenotate ville Fulseuadryan, a parte vero superiori ville Kanysa remanentibus, et transeundo ipsum fluvium Tyza per pratum iretur ad duas metas similiter dicte ville Fulseuadryan et alia Gregorii filii Bartholomei et Bekus nobilium de Mortunus separantes, inde versus septemtrionem metis interpositis per magnum spacium tenderet ad duas metas, una modo simili possessioni Fulseuadryan et alia eorundem nobilium de Mortunus distingentes, deinde in eodem prato flecteretur versus occidentem et in magno spacio iretur ad duas metas, una dicte ville Fulseuadryan a meridie et alia nobilium de Mortunus ab aquilone

existentes, in eadem plaga per magnum spacium venit similiter ad duas metas, et transeundo quendam lacum Geketou nuncupatum, supra quem intra monticulosa iuxta quandam magnam viam sunt due mete, una a meridie prefate possessioni Fulseuadryan et alia nobilium de Mortunus separantes, et transeundo per eandem viam versus occidentem, duabus metis cursualibus interpositis, tenderet ad alias duas iterato, et per quendam campum similiter duabus metis cursualibus interpositis, per magnum spacium iretur ad duas alias metas, metis tamen a meridie annotate ville Fulseuadryan et ab aquilone Gregorio filio Bartholomei et Bekus nobilium de Mortunus habitis remanentibus, ubique terre ipsius ville Fulseuadryan a terra predictorum nobilium de Mortunus sequestraretur et adiungeretur cuidam terre Pusta-Ighaz nuncupate, ubi duabus metis cursualibus interpositis in terris campestribus venit ad collem Seegh nuncupatum, super quo due mete una dicte ville Fulseu-Adryan a meridie et alia terre Pusta-Ighaz ab aquilone distingentes, et per modicum spacium venit ad tres metas angulares, una annotate ville Fulseu-Adryan ab oriente, alia terre Pustaighaz ab aquilone et tertia terre Ludas-Ighaz nuncupate separantes, ibique terra ipsius ville Fulseuadryan ab eisdem terris sequestraretur, et postmodum versus meridiem duabus metis cursualibus interpositis iretur ad alias duas metas una terre prenotate possessionis Fulseuadryan ab oriente et alia cuiusdam terre sabulose ab occidente existentes, deinde transiretur per quamdam vallem Woszarwelgh nuncupatam et versus meridiem ascenderetur ad unum montem, super quo sunt due mete terre et tribus metis cursualibus interpositis tenderet ad duas metas terras, item aliis duabus metis cursualibus interpositis declinando ad plagam orientalem, super montem Seegh nuncupatum sunt due mete terre, una dicte ville fulseuadryan ab aquilone et alia Laurencii filii Gothardi a meridie, in cuius vicinitate per medium possessionum Fulseu-Adryan antedicte et Olsou-Adryan, que esset Laurencii antedicti filii Gothardi, venit ad fluvium Tyza prenotatum iterato, ibique cursus et distinciones metales possessionis ipsarum.. sanctimonialium de Veteri Buda Fulseu-Adryan sepissime nominate terminarentur.. Datum in quindenis octavarum festi Pasche domini pre-

dictarum, anno supradicto; presentibus. . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Michaele, Petro, Cosma et Johanne ceterisque canonicis. . .

A pecsét vörös és zöld selyemsodraton függött, alul chyrographummal; eredetije két példányban az Orsz. Ltárban. Monial. Vet. Budens. 28. 16. dipl. oszt. 4505. és 17634. Megvan I. Lajos királynak 1360. febr. 24. kelt privilegiumában is, u. o. dipl. oszt. 4911. Közli: Kovács N.

## 192.

*1355. Fehértó, apr. 27. Szabolcsvármegye alispánja és birótársai előtt, a király parancsára tartott közgyűlésen, Bátori Bereczk fia Miklós panaszképen elmondja, hogy öt ménesbeli elveszett lova, Kozma ménesében megtaláltatott, mire Kozma arval védekezett, hogy ezen lovak már előbb is nála voltak.*

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii comitis Briccii comes de Zabolch et quatuor indices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali, quam habuimus ob regium preceptum et mandatum universis nobilibus dicti comitatus pro compescendis furibus, latronibus et maliciosis hominibus presente hominis (*igy*) dicti domini nostri regis et testimonio. . . capituli ecclesie Agriensis, feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris prope villam Feyrthou celebrare, magister Nicolaus filius Briccius (*igy*) de Batur de medio universorum exurgendo dixit nobis protestando, quod equi sui equaciales, qui perdit ante extitissent, ex ipsis equis equacialibus quinque in equis equacialibus Cosme inventi fuissent; ex adverso auditis propositacionibus magistri Nicolai antedicti similiter de medio communi consurgens (*igy*) dixit nobis eo modo, quod hoc verum esset, ut equi antedicti, sed non septem nec quinque venissent, quos idem magister Nicolaus suos esse asseruisset, incipiens a Carnisprivio apud ipsum fuissent, et hoc omnibus suis vicinis ac commetaneis universis et specialiter in sede nostra iudiciaria in villa Kallo habita protestasset, ipsi idemque nobiles videlicet vicini et commetanei sui, quibus ipse idem Cosmas protestasset ac alii nobiles circa Cosmam affirmarunt. Datum in loco termino (*igy*) antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeuumban a Kállay es. ltárában.

193.

*1355. Visegrád, máj. 1. I. Lajos király Bátori Bereczk unokájának, János fiának Lászlónak Szabolcsmegye főispánjának, Bul nevű szabolcsmegyei birtokot adományozza.*

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod magister Ladislaus filius Johannis filii Briccii de Batur comes de Zabouch fidelis aule nostre miles suas fidelitates et obsequia nostre maiestati multifarie exhibitas et impensa proponens et declarans et nostram in memoriam reducens, quondam possessionem quondam Johannis filii Benedicti Bul vocatam, in prefato comitatu de Zabouch existentem, asserens ipsum Johannem filium Benedicti ab hoc seculo divino nutu mediante sine heredum solacio decessisse, et ex eo eandem possessionem iuxta approbatam regni nostri consuetudinem manibus nostri regis devolutam extitisse, a nobis sibi dari perpetuo et conferri postulavit. Nos itaque attendentes fidelitates et servicia ipsius magistri Ladislai, quibus ipse in diversis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis non parcens suis rebus et persone, cum omni fidelitatis studio laudabilique virtute studuit complacere nostre maiestati et se reddere graciosum utique et acceptum erga nostram maiestatem, predictam possessionem quondam ipsius Johannis filii Benedicti, hominis, ut dicitur, sine herede decedentis Bul predictam, in dicto comitatu de Zabouch existentem, cum omnibus suis utilitatibus eidem magistro Ladislao filio Johannis non cum aliquibus fratribus suis, sed exceptis omnibus fratribus suis, solummodo sibi et eiusdem magistri Ladislai heredibus omni eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscitur, nove donacionis nostre titulo . . contulimus perpetuo . . possidendam . . sine preiudicio iuris alieni. Datum in Visegrad, in octavis festi beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L-mo quinto.

I. Lajos királynak 1361. aug. 25-én Báthori László szabolcsi főispán kérésére kiállított és 1365. nov. 29-én a szokott záradékkal ellátott privi-

legiumából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 118. 4. dipl. oszt. 4512. Közli: Kovács N.

## 194.

*1355. máj. 1. A budai káptalan előtt, Wachyai Péter és fiai, Bucharazara nevű veszprémvármegyei birtokot, Vida fia Balintnak Zágrábvármegye főispánjának és Selyn vára várnagyának, nyolczvan arany forintért előrkítik.*

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod Petro filio Michaelis dicto de Wachya, Nicolao et Johanne filiis suis ab una, item magistro Valentino filio Vyda comite comitatus Zagrabiensis et castellano de Selyn, coram nobis propriis eorum in personis constitutis, per eosdem Petrum, Nicolaum et Johannem filios eiusdem propositum extitit organo vive vocis . . quod ipsi quandam possessionem eorum hereditariam Bucharazara vocatam in comitatu Vesprimiensi existentem, cum omnibus . . pertinentiis eiusdem . . prememorato magistro Valentino filio Vyda et per ipsum heredibus . . pro octuaginta florenis aureis . . iure perpetuo . . vendiderunt coram nobis . . perennaliter possidendam, salvis tamen iuribus alienis ibidem remanentibus. In cuius possessionarie vendicionis perennalem perpetuacionem predicti Petrus filius Michaelis, Nicolaus et Johannes filii sui universas literas ipsorum . . in manus dicti magistri Valentini assignarunt coram nobis; assummentes insuper ipsum magistrum Valentinum et successores eiusdem pretextu prefate possessionis . . ab omnibus . . impetitoribus . . semper et ubique expedire . . Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, in octavis festi beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, presentibus magistris Petro cantore, Johanne custode, Michaele, Ladislao, Petro, Johanne et Cosma ceterisque canonicis . .

A hosszukás pecsét vörös selyemsodraton függ.; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 611. 2. dipl. oszt. 4513. Közli: Kovács N.



*1355. Visegrád, máj. 1. Drugeth Miklós országbíró, a Miklós pécsi püspök és Losonczy Dénes unokája Dénes közt föntforgott perben, a püspököt a porozlói rézjogban s vámban megerősítvén, Dénesnek Abád nevű birtokban nyitott révét a vámmal együtt ítéletileg megszünteti.*

Nos comes Nicolaus Drugeth iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum formam iudicii nostri exprimentium, in octavis diei Cinerum nunc proxime preteritis . . Nicolaus, episcopus ecclesie Quinqueecclesiensis actor, ab una, super conservacione portus et tributi sui exaccione in possessione sua Porozlow vocata habiti, et magister Dionisius filius Stephani condam bani filii Dionisii de Lochonch in causam attractus, parte ab altera, super conservacione portus et exaccione tributi eiusdem in possessione Abad vocata existentis, instrumenta eorum contra se se exhibere debuissent coram nobis; tandem ipsis octavis diei Cinerum occurrentibus, pro eodem . . Nicolao episcopo magister Petrus, canonicus ecclesie sancti Joannis de castro Quinqueecclesiensi . . ab una et Simon filius Andree pro ipso magistro Dionisio . . parte ab altera, ad nostram accedentes presenciam primo et principaliter ipse magister Petrus pro predicto . . episcopo pro premissis instrumentis per eundem exhibere assumtis, quasdam literas privilegiales eiusdem domini nostri Lodovici regis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> septimo confectas nostro iudiciario examini presentarat sua serie nos informantes eo modo, quod ipse dominus noster rex consideratis fidelitatibus . . Nicolai . . episcopi ecclesie Quinqueecclesiensis condam informatoris sui, et magistri Mathie aule sue regie militis . . quamdam possessionem suam regalem Porozlow vocatam in comitatu de Heueswyuar iuxta fluvium Tycie existentem, condam comitis Jule de eadem Porozlow et filiorum ac consanguineorum eiusdem, hominum per omnia sine herede decedencium, post eorumdemque decessum, iuxta aprobatissimam consvetudinem regni sui manibus olim . . Karuli . . regis . . et per consequens suis regis rite et legitime devolutam, cum omni plenitudine sui iuris et utilitatum integritate, videlicet cum tributo tam in portu dicti fluvii Tycie, quam

in terra ibidem exigere consveto a quibusvis aliis utilitatibus eiusdem ab antiquo ad eandem pertinentibus . . sub suisque metis, quibus condam predictum comitem Julam et filios ac consanguineos eiusdem, et demum post decessum eorundem per iamdictum dominum Karulum regem . . et per consequens per ipsum . . Lodovicum regem habita extitisset et possessa, iamdictis . . Nicolao episcopo et magistro Mathie fratri eiusdem, ipsiusque magistri Mathie heredibus . . si vero ipsum magistrum Mathiam volente domino . . sine herede decedere contingeret, extunc Valterio, similiter carnali fratri eorundem . . episcopi et Mathie filii Herrici de Zanon ac eius heredibus . . nihilominus si eodem Valterio post decessum predicti magistri Mathie . . sine herede decedere contingeret, extunc Henchkony filio sororis eorundem . . episcopi et fratrum suorum predictorum, de beneplacita voluntate, imo eciam petitione et intercessionem . . Elizabeth . . regine . . ac domini ducis Stephani fratris sui predilecti, prelatorumque et baronum regni sui consilio permatturo . . contulisset perpetuo . . possidendam . . adiecisset eciam ipse . . Lodovicus rex, quod quia inter predictam possessionem Porozlow et possessionem Warkun nominatam in aliquo locorum portus seu transitus viatorum aliquo unquam tempore inventum fuisse minime prohiberetur, obhoc commisisset, ut nullus omnino hominum inter dictas duas possessiones Porozlow et Warkun nominatas qualicumque modo portum seu transitum viatorum quorumlibet in preiudicium porti in dicta possessione Porozlow habiti ad invenire vel pro se ipso construere minime posset atque valeret. In cuius contrarium ipse Simon filius Andree legitimus procurator eiusdem magistri Dionisii quasdam literas patentes eiusdem . . Lodovici regis in Alba Iule in terra Transsilvana, in festo Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> nono confectas, literas . . Nicolai . . palatini et iudicis comanorum in eodem anno confectas transscribentes et confirmantes nostro iudiciario conspectui curarat exhibere, sua serie nos informantes eo modo, quod in congregacione generali ipsius . . Nicolai palatini universitati nobilium comitatus de Heueswyuar, feria secunda proxima ante festum Divisionis apostolorum prope fluvium Agrie in eo comitatu celebrata, Michael Niger, filius Nicolai de Opch pro . . Stephano bano de Zewrinio . . de medio

aliorum exurgendo, quasdam literas domini nostri regis patentes maiori sigillo eiusdem consignatas ipsi domino palatino directas presentasset hunc tenorem continentes: Lodovicus (*stb. l. V-ik köt. 119. sz. a.*) Quarum quidem literarum ipsius domini nostri regis tenoribus revisis et auditis, preceptisque eiusdem obediendo, ut teneretur, ipse . . palatinus vicecomitem, iudices nobilium, iuratosque assessores, nec non universos nobiles antedicti comitatus de Heueswyuar super eo, ut qualiter eis premissorum veritas constaret, faterentur, requisitos habuisset, iidem vicecomes et iudices nobilium, iuratique assessores predicti comitatus ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque dicto domino nostro regi et eius sacre corone regie conservandam, tacto vivifice crucis ligno, pro dicenda veritate et iusticia observanda ipsi . . palatino prestatam, unacum universis nobilibus predicti comitatus in predicta possessione domini Stephani bani ac magistri Desew fratris eiusdem Abad vocata, iuxta fluvium Tycie existenti, in ipso fluvio Tycie prout ipsi a predecessoribus eorum audivissent et scirent a tempore antiquo portum extitisse et tunc de iure existere debere unanimi et concordi testificatione affirmassent. Ipse igitur dominus noster rex petitionibus eiusdem Stephani bani de Zeurinio inclinatus, preactas literas dicti . . Nicolai palatini super facto prenominati portus emanatas de verbo ad verbum predictis literis suis inserendo et in perpetuum pro eisdem Stephano bano et magistro Desew fratre suo antedicto confirmando, preactum portum eisdem in suum statum pristinum revocando duxissent restituendum, sicut ab antiquo extitisset in possessione eorum memorata. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, quia ipsum . . Lodovicum regem dictam possessionem Porozlow vocatam cum omnibus suis utilitatibus, specialiterque cum tributo tam in portu dicti fluvii Tycie, quam in terra exigi consveto ipsi . . Nicolao episcopo et predicto magistro Mathie ac aliis fratribus suis premissis modo dediisse et contulisse et inter preactas duas possessiones Porozlow et War-kun vocatas simpliciter nullum portum seu tributum inibi permisisse, nullamque tributariam exactionem a viatoribus et mercatoribus recipere commisisse, imo penitus et in toto portum et tributum inter prefatas duas possessiones Porozlow et War-

kun habitum annihilasse, vigore et virtute preexhibitarum literarum privilegialium suarum reperieramus, dictusque magister Dionisius filius Stephani bani portum seu tributum in ipsa possessione sua Abad vocata vigore dictarum literarum . . Lodovici regis patencium, post emanacionem ipsarum literarum privilegialium confectarum, in preiudicium ipsius . . Nicolai episcopi locasse, conservasse et constituisse reperiebatur, ipsaque prior collacio eidem . . Nicolao episcopo facta, maioris firmitatis et vigorositatis, quam ipsa posterior collacio eidem Stephano bano facta fore et existere videbatur, posteriores autem collaciones prioribus iuxta antiquam regni consvetudinem nequeunt preiudicare et preiudicium generare, ideo prelatorum et baronum ac nobilium regni iudiciario pro tribunali nobiscum assedencium maturo inducti consilio, premissum tributum et portum in ipsa possessione Porozlow vocata habitum iuxta ipsius regie maiestatis collacionem et donacionem eidem domino Nicolao episcopo et suis fratribus in suis vigoribus et virtutibus perpetuo permanere et perdurare committentes, dictum tributum et portum, quod ipse magister Dionisius in dicta possessione sua Abad vocata in preiudicium et annihilacionem ipsius portus et tributi dicti . . episcopi in Porozlow habiti fecerat et locaverat, iudicialia auctoritate cassaveramus et annihilaveramus eo modo, ut amodo et deinceps nullus mercatorum seu viatorum per predictum portum Abad nunc iudicialia nostra potestate annihilatum transire auderet vel presummeret. Et quia ipse magister Petrus procurator ipsius . . Nicolai episcopi eundem . . episcopum in dominium premissi portus et tributi sui intromitti et per hominem regium per viam iusticie postularat introduci, ideo commiseramus eo modo, quod Emericus filius Bede de Torda, homo regius de curia regia ad hoc specialiter transmissus, feria secunda proxima post dominicam Judica tunc proxime ventura, presente testimonio capituli ecclesie Budensis, quod per ipsum capitulum ad id amicabilem literatorie transmitti postularamus, ad dictam possessionem Porozlow . . accedendo, ipsum . . Nicolaum episcopum in dominium dicti tributi sui et portus in possessione sua Porozlow vocata exigi consveti perenniter introduceret; habita si quidem ipsa introduccione in locis publicis et foris, ubi necesse fieret publice et manifeste verbo regio palam

faceret promulgari, ut nullus mercatorum atque viatorum per predictum portum in Abad locatum transitum facere auderet et presummeret, sed universi mercatores atque viatores per portum et tributum in eadem Porozlow habitum transire deberent atque tenerentur, prout ab antiquo consvetum exstitisset. Si vero aliqui temeraria presumptione in portu Abad iam, ut premissum est, annihilato, transitum facerent vel facere vellent, tunc tales omnibus rebus ipsorum inibi secum habitis et apud ipsos reperi-  
tis, veluti in falsis viis et transitibus procedentes, privarentur; seriem autem omnium premissorum ad octavas festi Pasche domini tunc proxime affuturas per ipsum . . episcopum in literis dicti capituli ecclesie Budensis nostro iudiciario examini volueramus reportari. Tandem ipsis octavis festi Pasche domini occurrentibus, prefatus magister Petrus canonicus ecclesie sancti Johannis, pro memorato . . Nicolao episcopo ecclesie Quinqueecclesiensis . . ad nostrum iudicarium accedens conspectum, literas patentes memorati capituli ecclesie Budensis nobis presentavit, in quibus habebatur, quod predictum capitulum ecclesie Budensis iuxta continenciam literarum nostrarum patencium ad . . petitionem nostram et iusticie annuendo, unacum Emerico filio Bede de Torda homine regie maiestatis de curia regia ad hoc specialiter transmissio, hominem eorum magistrum Michaellem socium et concanonicum ipsorum ad ea exequenda, que in literis nostris lucidius vidissent contineri, fideliter exequenda transmisisset, pro testimonio fidedignum; qui postmodum . . retulissent, quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Iudica nunc proxime preterita, ad faciem possessionis Porozlow nuncupate vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et magistro Petro canonico ecclesie sancti Johannis de castro Quinqueecclesiensi procuratore . . Nicolai episcopi ecclesie Quinqueecclesiensis . . presentibus accessissent, et tandem memoratum . . Nicolaum episcopum in dominium portus et tributis sui in possessione sua Porozlow predicta exigi consveti nullo penitus contradictore inibi existente seu apparente perenniter introduxissent. Habita siquidem premissa tributali introductione in locis publicis et foris ubi opportunum fuisset, videlicet primo in festo Annunciacionis beate virginis Agrie, die fori, secundo autem in villa Thuur, similiter die fori, ac ultimo

in villa Hothwon diebus post se se consequenter occurrentibus, necnon aliis villis circumcirca adiacentibus publice et manifeste verbo regie maiestatis palam fecissent promulgando proclamari, ut nullus mercatorum atque viatorum per portum in Abad locatum transitum facere auderet . . sed universi mercatores et viatores per portum et tributum in dicta possessione Porozlow vocata habitum transire . . tenerentur, prout ab antiquo existisset consuetum. Nihilominus innotuissent, ut si qui temeraria presumptione in portu Abad, qui iam annihilatus esset, transitum facerent vel facere vellent, tunc tales transeuntes omnibus rebus et bonis ipsorum secum inibi habitis et apud ipsos repertis, veluti in falsis viis et transitibus procedentes privarentur. Verum quia prefatum . . Nicolaum episcopum . . in dominium premissi portus et tributi sui in dicta possessione sua Porozlow vocata exigi consveti, per predictos regium et dicti capituli ecclesie Budensis homines, nullo penitus contradictore inibi . . apparente, perenniter introductum fore, ac habita ipsa introductione in locis publicis et foris, ubi opportunum fuisset verbo regie maiestatis palam hoc promulgatum per ipsos regium et annotati capituli homines existisse, ut nullus mercatorum atque viatorum per portum in Abad locatum transitum facere auderet seu presummeret, sed universi mercatores et viatores per portum et tributum in dicta possessione Porozlow habitum transire deberent et tenerentur, prout ab antiquo fuisset consuetum, nihilominusque eiusdem homines regium et ipsius capituli testimonium id ibidem innotuisse . . ut si qui temeraria presumptione in portu Abad, qui iam annihilatus esset, transitum facerent vel facere vellent, tunc tales transeuntes omnibus rebus et bonis ipsorum secum inibi habitis et apud ipsos repertis, veluti in falsis viis et transitibus procedentes, privarentur, ex serie predictarum literarum capituli ecclesie Budensis evidenter reperiebamus, ideo his . . consideratis ipsum portum et tributum in pretacta possessione Porozlow vocata exigi consuetum, predicto . . Nicolao episcopo . . et suis fratribus iuxta premissam regiam collacionem et donacionem in suis vigoribus . . perpetuo . . perdurare committentes, prescriptum portum et tributum, quod ipse magister Dionisius in dicta possessione sua Abad vocata in preiudicium et annihilacionem ipsius portus et tributi dicti . . episcopi

in Porozlow habiti fecerat et locaverat prout prius, ut superius est expressum, sic et nunc auctoritate nostra iudiciaria . . annihilamus imo . . annihilavimus eo modo, ut amodo et deinceps nullus mercatorum seu viatorum per predictum portum Abad, prout antea, sic et nunc iudiciaria nostra auctoritate annihilatum transire audeat . . Datum in Wysegrad, vigesimo die octavarum festi Pasche domini predictarum, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

A pecsét vörös és szederjes színű selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 556. 28. dipl. oszt. 3962. Közli: Kovács N.

---

196.

*1355. máj. 3. A váradí káptalan, a Nagy-Mihályhoz tartozó Deda és Körtyvélyes nevű birtokok közti határigazításról, bizonyoságlerelet ad.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus . . quod cum iuxta continenciam literarum compositionum et obligatarum . . Ladislai prepositi ecclesie Chasmensis et secretarii cancellarii domini Lodovici . . regis . . inter magistrum Ladislaum archidiaconum de Kalata socium et concanonicum nostrum ac Jacobum filios Petri filii Mogb de Nogmihal ex una parte, item Johannem filium Salamonis ac Michaellem et Iwankam, nobiles de Kurthueles, super ereccione metarum inter terram Deda ad eandem Nogmihal, ut dicitur, pertinentis ac Kurthueles predictae confectarum, coram hominibus regis, videlicet Andrea de Pachal in eisdem literis inserto et expresso, nostro testimonio videlicet . . Paulo sacerdote chori ecclesie nostre et rectore altaris beati Demetrii martyris pro parte eorundem magistri Ladislai archidiaconi et Jacobi fratris sui adductorum, item Simone de Zennyes ac . . Ladislao sacerdote chori ecclesie nostre et rectore altaris beate Elizabet, pro parte prefatorum Johannis filii Salamonis ac Michaelis et Iwance, in octavis festi beati Georgii martyris proxime preteritis similiter adductorum, super ereccionibus metarum predictarum terrarum hoc ordine concordassent, videlicet a parte orientali iuxta duas metas terreas, quarum una pertinet ad predictam terram Deda et altera ad prefatam Kurthueles, ut fertur, iuxta metam terream eiusdem

Deda unam de novo confodissent, deinde ad partem occidentalem tendentes, iuxta unam metam terream cursualem aliam metam terream de novo erexissent, et versus eandem partem pergentes circa aliam metam terream terciam metam de novo elevassent, prout homines regis et nostri exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. . . Datum in festo Inventionis sancte crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján hosszukás pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 944. 5. dipl. oszt. 4514. Közli: Kovács N. Megvan a Vay es. daróczi ltárában is, Báthori István nádornak «in castro Varadiensi» 1521. febr. 2-án kelt átiratában, Várdai László leányának Kállay Vitéz János nejének kérésére kiállítva.

---

197.

*1355. máj. 4. Miklós esanádi püspöki helyettes, Churkai Jakab fia Miklós és nővére Katalin asszony között, ennek leánynegyedi köretelese iránt föntforgó ügyben, halasztást ad.*

Nos magister Nicolaus Strigoniensis et Chanadiensis ecclesiarum canonicus necnon . . Thome . . episcopi Chanadiensis vicarius in spiritualibus generalis damus pro memoria, quod cum domina Katherina filia Jacobi, in octavis festi beati Georgii martyris proxime preteritis, contra Nicolaum filium Jacobi de Churcha, Johannem et Matheum filios eiusdem Nicolai . . debuisset comparere, tandem ipso termino adveniente, pro prefata domina Stephanus filius suus et predictus Nicolaus personaliter, item dicti Matheus et Johannes similiter in figura nostri iudicii astiterunt. . . ubi tunc dictus Stephanus in persona domine matris sue manifestando dixit, quod de possessione quam predictus Nicolaus filius Jacobi cum dictis filiis suis possidebant. . . quarta puellaris dicte domine matris sue, competebat, quam requirebat ab eodem . . tandem nos causam parcium predictam . . ad octavas beati Johannis Baptiste proxime venturas tanquam litem expressam duximus prorogandam. Datum quarto die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán monoru pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzéumban a Kállay es. ltárában.

---



## 198.

*1355. Buda, máj. 5. Gömörvármegye alispánja és szolgabirdái, János fiának Péternek, terenyei nemesnek, Csetneki Benedek fia Péter mester elleni ügyét elhalasztják.*

Nos magister Nicolaus filius Petri de Balug magistri Konya vicecomes comitatus Gumuriensis ac quatuor indices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali per literatorium preceptum . . . regis Lodovici universitati nobilium et ignobilium provincie memorate feria tertia proxima post festum apostolorum Philippi et Jacobi in villa Gumur celebrata, magister Petrus filius Benedicti nobilis de Chitnek personaliter coram nobis comparens assumpsit, ut Petro filio Johannis nobili de Therenne, feria sexta proxima post octavas Nativitatis beate virginis proxime venturas quinque marcas cum bonis denariis promptis solvere teneretur, tali vinculo, quod si ipso termino easdem marcas dicto Petro non solveret, sine parte iudicis cum duplo solvere teneretur. Datum in villa Gumur, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L-mo quinto.

Zárlatán öt gyűrűs pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1538. 6. dipl. oszt. 4515. Közli: Kovács N.

## 199.

*1355. máj. 7. A pécsváradai convent bizonyáglevele, Benchench nerű valkómegyei birtoknak a margitszigeti apácák részére történt risszafoglalásáról és Barnabás fiának Demeternek ugyanekkor történt megidéztetéséről.*

. . . Lodovico . . . regi . . . conventus monasterii Varadiensis . . . patentes literas vestre serenitatis . . . sanctimonialibus de Insula Leporum ad citaciones, inquisiciones, prohibiciones et reambulaciones possessionum faciendas (. . . . .) alia, que talibus in processibus fieri consveverunt, iuxta regni vestri consvetudinem exequenda per anni circulum (. . . . .) recepimus . . . et iuxta earundem continenciam una cum Paulo de Doboka homine sublimitatis vestre, unum ex nobis fratrem videlicet Johannem sacerdotem pro testimonio transmisimus ad premissa fideliter

exequenda, qui postmodum . . . retulerunt, quod idem homo vestre maiestatis presente dicto nostro testimonio, feria secunda proxima post festum Inventionis sancte crucis ad faciem cuiusdam possessionis Benchench vocate in comitatu Wolkou existentis, universis vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accessisset et eandem nomine iuris dictarum . . . sanctimonialium recaptivasset, ubi nullus contradictor ipsis inibi apparuisset, Demetrium vero filium Barnabe in eadem possessione Benchench repertum contra easdem . . . sanctimoniales de Insula Leporum ad vestre maiestatis presenciam ad octavas festi Penthecostes nunc venturas facie ad faciem citavisset. Datum feria quinta proxima post festum beati Johannis ante portam latinam, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Posoniens. 63. 7. dipl. oszt. 4516. Közli: Kovács N.

## 200.

*1355. Esztergom, máj. 10. Domokos Szent-Tamásról nevezett esztergomi prépost és érseki helyettes, Gyula fia Gergely kismálasi nemes panaszára, Málasi Bód fia Tamás ellen, ki a kismálasi anyaegyház mellőzésével birtokán kápolnát építtetett és az egyház fölszerelvényeit is magához vette, ítéletet hoz.*

Nos Dominicus prepositus ecclesie sancti Thome de Strigonio . . . Nicolai archiepiscopi Strigoniensis eiusdemque loci comitis perpetui vicarius in spiritualibus generalis memorie commendamus . . . quod magister Gregorius filius Gyula nobilis de Kywdmalas, in octavis festi beati Georgii martyris ad nostram iuxta continenciam priorum literarum nostrarum personaliter accedens presenciam, contra Thomam filium Bewd de alia Malas in figura nostri iudicii proposuit eo modo, ut quia idem Thomas filius Bewd ecclesiam parochialem in dicta possessione Kywdmalasa in honore beate virginis constructam relinquendo, in predicta sua possessione capellam lapideam edificare et construi facere procurasset, ideo per constructionem ipsius nove capelle annotata matrix et parochialis ecclesia per factum eiusdem Thome eo, quod sacerdote careret, indumenta eciam sacerdotalia, libros

et calicem ac alia attinencia eiusdem ecclesie suis manibus occupando detineret, annihilata haberetur penitus et desolata. Quo audito idem Thomas filius Bewd personaliter exurgens respondit ex adverso, quod licet ipsa capella lapidea per ipsum sive procuracionem suam constructa sit et existat, non tamen ex eo, ut se et suos iobagiones ab ipsa parochiali ecclesia beate virginis retrahere eandemque relinquere et remittere conaretur, duntaxat pro maiori devocione inibi exercenda construxisset, res vero sive bona aut predicta attinencia dicte parochialis ecclesie ne per manus extraneas vel alienas asportarentur, causa conservacionis ad se recepisset, unde nos parcium proposicionibus sic perceptis commisimus indicantes, quod idem Georgius (*igy*) filius Gywla et Thomas filius Bewd parochialem sacerdotem ad rectoratum ecclesie beate virginis et capelle predictarum pariter et communiter electum vicearchidiacono vel socio suo superiori presentare, qui si sibi sit presentatus ad amministracionem utriusque ecclesie scilicet parochiali et capelle prenotatis inventus fuerit, dicte partes acceptare tenebuntur, ita tamen, quod si dictus Gregorius filius Gywla duodecim iobagiones prope dictam parochialem ecclesiam in sua possessione prescripta habuerit, extunc ipse parochialis presbyter inibi residenciam habebit specialem et personalem, alioquin in possessione Thome filii Bewd supradicti commorabit et residebit, res eciam sive bona vel attinencia in libris, indumentis sacerdotalibus et aliis quibuslibet, que circa manus eiusdem Thome sepedicte parochiali ecclesie penitus et in toto et sine diminucione parochiali sacerdoti, ut premittitur assumpto manibus eiusdem sacerdotis aut alterius hominis, cui plus creditur aut dicte partes voluerint, reddere et restituere teneatur, ut assumsit Thomas sepedictus, ipseque parochialis presbyter in dictis ecclesiis parochiali scilicet et capella pariter missarum solemniam et equaliter amministrare teneatur. . Datum Strigonii, decimo die octavarum festi predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4518. Közl.: Kovács N. V. ő. Hazai Okmánytár VIII. 307. szám.

## 201.

*1355. máj. 15. A pozsonyi káptalan előtt több karcasai nemes, Érsek-karcsa nevű csallóközi birtokon megosztózik.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis . . significamus, quod discretus vir Johannes presbyter de Zeredahel et Stephanus filius Miko, item Nicolaus filius Thome pro se et pro Johanne filio Petri fratris sui, item Jacobus et Sebastianus filii Laurencii de Karcha archiepiscopali personaliter coram nobis constituti, nobis curarunt significare, quod per propositiones et ordinationes proborum virorum tam de genere suarum nacionum, quam eciam nobilium regni in provincia Challoukuz existencium, talem in possessione ipsorum divisionem perpetuam inter se ordinassent, ut a parte meridiei in sessione seu fundo curie Jacobo et Sebastiano, in medio autem Johanni presbitero et Stephano et a parte septemtrionis Nicolao et Johanni antedictis in latitudine per viginti quinque ulnas seu brachia regalia, et a parte orientis ad partem occidentalem in longitudine de meta ad metam cuiuslibet ipsorum et per eos eorum successoribus . . cessisset; si quid autem Nicolao ac Johanni memoratis in longitudine deficeret, cum mensura prelibata, hoc in latitudine de communi terra eorundem augetur, ita tamen, quod unusquisque ipsorum ante suam curiam amplam dimitteret viam inter se pro transitu communi, terras vero arabiles suas, prout ipsorum patres et ipsimet hactenus usi fuissent, eodem modo divisissent, fenetum autem, prata, pascua pecorum et reliqua qua habent secundum seriem premisse divisionis qualibet partium premissarum semper possideret, tali obligatione mediante, quod si . . ipsi vel eorum successores . . vellent irritare divisionem . . extunc ante litis ingressum duas marcas denariorum latorum viennensium iudici, duas vero ipsam divisionem facientibus duasque memoratam divisionem acceptantibus et tenentibus . . solvere tenerentur . . Datum feria sexta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 202.

*1355. Kálló, máj. 23. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabirái előtt, Szabolcsi Feudrin fia László, Csalános nevű szőlőjét Olasziban, Nagyszemjéni László fiának Mihálynak huszonöt forintért eladja.*

Nos magister (*igy*) filius Johannis de Voya vicecomes de Zobouch et quatuor iudices nobilium de eodem memorie commendamus, quod magister Ladislaus filius Feudrini de Zobouch ab una, parte vero ab altera magister Micael filius Ladislai de Nogsenyen (*igy*), coram nobis personaliter constituti, per eundem magistrum Ladislaum propositum extitit viva voce et relatum, quod pro quibusdam necessitatibus suis ipsum nunc ad presens urgentibus, unam vineam suam Chalanus vocatam in possessione sua Olazy habitam, vendidisset . . viginti quinque florenis magistro Micaeli filio Ladislai antedicti iure perpetuo . . possidendam . . Datum in Kallo, sabbato proximo ante festum Penthecosten, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hártyán, hátlapján öt pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay ca. ltárásban.

## 203.

*1355. Torda máj. 25. Kont Miklós erdélyi vajda előtt, Bebek György Liptó vármegye főispánja, Pánczélós Péter kiskoru János fia nevében, Cseh, Mikusteleke meg Jakóteleke nevű dobokamegyei birtokok felerésze királdásért, Lőrincz fiának Jánosnak és Balázs fiának Mihálynak ötven márka megfizetésére magát kötelezi.*

Nos Nicolaus Konth voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . significamus . . quod in congregacione nostra generali universis nobilibus partis Transsilvane, feria quarta proxima post festum Ascensionis domini in Torda celebrata, strenuus vir magister Georgius dictus Bubek aule regie miles, adducens secum quendam puerum, videlicet Johannem filium Petri dicti Panche-lus in etate tenera constitutum et coram nobis statuens, vice et nomine eiusdem Johannis filii Petri proposuit eo modo, quod Laurencius de Reche et Johannes filius eiusdem, de quadam medietate possessionis Cheh vocate et de medietate duarum ter-

rarum Myketeleke et Huuthteleke vocatarum ad eandem possessionem Cheh pertinentium, in comitatu de Doboka existentium, quas predictus Petrus pater ipsius coram Ladislao vicevoivoda Transsilvano ab eisdem Laurencio et Johanne ordine iudiciario pro viginti quinque marcis redimendas obtinisset, iidem Laurencius et Johannes potencialiter ipsum Petrum patrem iamdicti Johannis pueri exclusissent, quas cum residua dimidietate eiusdem possessionis Cheh vocate et terrarum predictarum, que sibi iure hereditarie pertinere (*tyy*) potencialiter occupassent, propter quod eandem medietatem ab eisdem Laurencio et Johanne, modo quo supra optentam, idem Petrus pater ipsius pueri iuxta adiudicacionem ipsius Ladislai vicevoivode in termino eidem assignato, pro eisdem viginti et quinque marcis redimere nequivisset, nunc easdem predictus Johannes, ipso Laurencio patre suo defuncto et Michael filius Blasii filii eiusdem Laurencii, fratris videlicet ipsius Johannis uterini, detinent occupatas, in preiudicium ipsius Johannis pueri et gravamen, et eo dicto idem magister Georgius in persona iamdicti Johannis pueri quasdam literas predicti Ladislai vicevoivode Transsilvani, hunc tenorem continentes, nobis presentavit, quarum tenor talis est: Nos Ladislaus vicevoivoda Transsilvanus . . significamus . . quod Petrus filius Pauli de genere Alia nobilis de Cubulo, ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis literas conventus monasterii beate virginis de Clusmonustra, super estimacione medietatis possessionis Cheh in comitatu de Doboka et duarum particularum terrarum ad eandem pertinentibus, petens nos idem Petrus instanti petitione, tenorem earumdem de verbo ad verbum transscribi et sigillo nostro communitari faceremus, quarum quidem literarum tenor talis est: . . Ladislao vicevoivode Transsilvano conventus monasterii beate virginis gloriose . . Literas vestre magnificencie . . recepimus . . in hec verba: . . conventui monasterii beate virginis de Clusmonustra . . Ladislaus vicevoivoda Transsilvanus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum memorialium in vicesimo secundo die festi beati Georgii martyris comes Laurencius dictus de Reche et Johannes filius eiusdem instrumenta . . capituli ecclesie Transsilvane, quibus mediantibus possessionem Cheh cum duabus particulis terrarum videlicet Mykusteleke et

Hunthteleke vocatarum in comitatu de Doboka existencium obtinissent, coram nobis in Sancto Emerico exhibere debuissent contra Petrum filium Pauli de Chubulo, ipso termino adveniente, idem Laurencius et filius suus Johannes prenotatus exhibuerunt, ut debebant, hunc tenorem continentes: quod Johannes filius Johannis dicti Cheuche de genere Alia pro se et patre suo ac Stephano fratre eiusdem, coram ipso . . capitulo comparendo dictam possessionem Cheh cum duabus particulis terrarum scilicet Hunthteleke et Mykusteleke pro aliis tribus possessionibus seu terris, videlicet: Wzzyway, Chubanka et Kysscemesnya in comitatu de Zonuk existentes, quas eidem Laurencio coram . . capitulo ecclesie Varadiensis pro triginta quinque marcis usque ad terminum pignori obligasset tali modo, quod si ipso termino redimere non posset, tunc in pena dupli pateretur, et quia ipsas terras redimere nequivit, in pena dupli passus fuit, insimul computando in septuaginta marcis remansisset, et pro ipsarum terrarum Wzzuue, Chubanka et Kysscemesnye ipsas terras seu possessiones Cheh, Mykusteleke et Hunthteleke vocatarum eidem Laurencio in filios filiorum suorum perpetuasset. Cuius quidem privilegii seu instrumenti predicti honorabilis capituli Transsilvane (*igy*) in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quartodecimo emanati, ex adverso autem idem Petrus filius Pauli eodem die et loco exhibuit literas . . capituli ecclesie Agriensis memoriales, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> septimo emanatas, hunc tenorem continentes: quod Johanne filio Marci ac patre ipsius Johannis dicti Chenche (*igy*) personaliter coram ipso capitulo Agriensi comparente, per eundem dictum et propositum extitisset, et ad hoc se obligasset, ut quandocunque processu temporum urgentibus suis necessitatibus aliquam de suis possessionibus alienare vellet, non aliquibus de suis consanguineis vel extraneis alienari possit, nisi magistro Paulo patri ipsius Petri, Demetrio et Ethele vendere vel impignorare aut quovis alio colore teneretur. Exhibuit etiam idem Petrus alias literas predicti capituli ecclesie Transsilvane et Petri quondam vicevoivode Transsilvani prohibicionales ab alienacione. Unde nos his visis et peractis unacum nobilibus regni nobiscum tunc in tribunali consedentibus adiudicantes decernendo commisimus, ut dictam medietatem ipsius possessionis Cheh et predictarum duarum terrarum Mykusteleke et

Hunthteleke absque aliquali contradiccione non obstante, quia indivisam esse affirmavit, percipiet perpetuo possidendam, aliam autem dimidietatem ipsarum possessionum deum pre oculis habendo estimare debeant, et sic eciam iuxta estimacionem idem Petrus redimebit (*igy*); super quo amicciam vestram petimus . . quatenus ad faciendam predictam medietatem statuendam et eidem Petro perpetuandam, et aliam partem estimandam, deum pre oculis habentibus, vestrum mittatis hominem vice vestra pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Petri homo noster accedat ad faciem dicte possessionis Cheh et dictarum duarum terrarum Hunthteleke et Mykusteleke medietatum earumdem possessionum seu terrarum, eidem Petro filio Pauli et per eum suis heredibus statuatur perpetuo possidendam nullo penitus contradictore existente, aliam autem dimidietatem usque feriam secundam proximam post festum Penthecostes estimare debeant, et post hec tocius facti statucionis et estimacionis seriem ad octavas festi Penthecostes predicti nobis in vestris literis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto-Emerico, in termino prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> tercio. Unde nos petitionibus vestris annuentes, ut tenemur, unacum predicto Nicolao homine vestro, magistrum Jacobum chori nostri clericum ad premissa faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reservi unanimiter retulerunt tali modo, quod ipsi feria secunda proxima post festum Penthecostes ad faciem predictarum possessionum accessissent et coram probos homines viros idoneos partem illarum possessionum in viginti quinque marcis estimassent, partem vero eidem Petro filio Pauli sub eisdem metis et terminis, quibus mediantibus idem comes Laurencius percepisset in filios filiorum suorum statuissent perpetuo possidendam . . nullo penitus contradictore existente. Datum in Clusmonustra, feria tertia proxima post festum Penthecostes, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> tercio. Nos vero petitionibus eiusdem Petri, ipsam literam de verbo ad verbum transscribi fecimus . . Datum in Sancto-Emerico, tercio die octavarum festi Penthecostes predicti, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> tercio. Quibus exhibitis, si quamplures literas capituli dicte ecclesie Transsilvane conventusque de Clusmonustra et iudicum nobilium comitatus de Doboka inquisicionales et protestancionales super premissa



potenciaria eieccione et ipsarum medietatum occupacione emanatas nobis demonstravit, quo audito predicti Johannes filius Laurencii et Michael filius Blasii personaliter exurgendo responderunt tali modo, quod ipsi preallegatum Petrum de dictis possessionum medietatibus non eicientes rite et legitime in eadem haberentur et super hoc efficacia haberent instrumenta, que in termino per nos eis dando possent exhibere, et dum nos iudicium et iusticiam facere voluissemus inter partes, tandem predictus magister Georgius cum eodem puero videlicet Johanne filio Petri ab una, item Johannes filius Laurencii et Michael filius Blasii parte ab altera coram nobis constituti, nostra iudiciaria licencia prius obtenta, per compositionem proborum et nobilium virorum, videlicet Petri quondam vicebani, Stephani filii Elleus, Akus fratris eiusdem, Nicolai dicti Boryw et Georgii dicti Cheh taliter se dixerunt concordasse, super facto possessionum prefatorum et concordarunt coram nobis, quod predicti Johannes filius Laurencii et Michael filius Blasii medietatem predictae possessionis Cheh et terrarum Mykustelke et Hunthteleke memoratarum, quas predictus Petrus pater ipsius Johannis nec tempore vite sue, nec nunc ipse Johannes pro predicta summa pecunia quantitate videlicet viginti et quinque marcarum redemisse reperiebatur, cum omnibus earum . . . pertinentiis . . . eidem Johanni filio Petri et per eum suis heredibus modo subscripto . . . restituissent ac coram nobis remiserunt cum omni plenitudine sui iuris perpetuo possideudas . . . alia eiusdem possessionis Cheh et terrarum Mykusteleke et Hunthteleke ad eandem pertinentium medietate, in qua dicti Johannes et Michael nullam habuissent et haberent proprietatem salva remanente, sic quod ( . . . ) idem Johannes filius Petri preallegatam possessionem totam cum terris supradictis ad eandem spectantibus perpetuo possidebit, nullum ius . . . in tota possessione Cheh et terris memoratis iidem Johannes et Michael sibi et suis successoribus reservantes in eadem, sed omne dominium . . . ipsius possessionis Cheh et terrarum ad eandem pertinentium in eundem Johannem filium Petri et suos successores convertissent; e converso autem idem Johannes filius Petri quinquaginta marcas denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis denariorum nunc pro tempore currencium in quindenis festi

Penthecostes proxime venturis eisdem Johanni filio Laurencii et Michaeli filio Blasii solvere assumsit coram nobis . . qua quidem pecunia ab eodem Johanne recepta, iidem Johannes filius Laurencii et Michael filius Blasii in eadem possessione ipsum Johannem semper pacifice conservare et ex parte quorumlibet proximorum suorum assumsit roborare . . Datum sexto die dicte congregacionis in loco supradicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Ugyancsak Kont Miklós vajdának a nemes székelyekkel és szászokkal «in villa Bohnya» tartott közgyűlésen 1355. jan. 12. kiadott átiratából, melynek eredetije a N. Múzeumban őriztetik. Közli: Kovács N.

## 204.

1355. Kolozs, jun. 1. Kolozsmegye szolgabirái Kont Miklós erdélyi vajdának jelentik, hogy a midőn Bereczk kolozsmonostori apát számára Monostorfalca, Bogarteleke és Egeres nevű birtokok visszafoglalását megkísérelték, András erdélyi püspök ellentmondott.

. . Nicolao Kuth (*igy*) voivode Transsilvano et comiti de Zonuk iudices nobilium de comitatu Kolus . . noveritis nos literas magnificencie vestre recepisse . . in hec verba: Nicolaus Konth voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . iudicibus nobilium comitatus de Kolus . . noveritis, quod in congregacione nostra generali universis prelatiis, baronibus, nobilibus, siculis, saxonibus, olachis, ceterisque cuiusvis status et condicionis (hominibus in d)ictis partibus Transsilvanis constitutis et existentibus, feria quarta proxima post festum Ascensionis domini in persona domini nostri regis mediantibus suis literis, in quibus ista vi( . . . perpetui)tates revocavit, dando nobis auctoritatem cuiuspiam et ex parte quorumlibet iudicium et iusticiam faciendi auctoritatem (*igy*) in Torda celebrata . . frater Briccius abbas ecclesie beate virginis de Clusmonustra de medio aliorum consurgendo contra . . Andream episcopum ecclesie Transsilvane proposuit eo modo, quod ipse . . episcopus magnam particulam terre possessionum ecclesie sue predictae Monusturfalua, Bogarteluke vocatarum pro se occupasset in preiudicium ecclesie sui iuris et gravamen; item aliam particulam terre possessionis Ege-

res nominate in comitatu de Klus existentis apud manus alienas esset occupata. Unde quia predictus dominus episcopus et occupatores dicte possessionis Egeres non venerunt, nec miserunt, igitur vestre sinceritati firmiter precipientes mandamus, quatenus unacum Nicolao et Laurencio de Nadas homine nostro, ad facies predictarum possessionum Monusturfalua, Bogarteluke et Egeres nominatarum personaliter accedendo . . . predictas particulas terre ipsarum possessionum modo premissis per ipsum . . . episcopum et etiam per alios quoslibet occupatas recapiatis et easdem . . . reambuletis, reambulatasque . . . statuatis ipsas eidem . . . abbati et sue ecclesie perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citetis ipsos contra eundem . . . abbatem in nostram specialem presenciam ad terminum competentem rationem eorum contradiccionis reddituros, et post hec locius facti seriem . . . nobis in vestris literis rescribatis. Datum septimo die dicte congregacionis nostre in loco memorato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto. Nos igitur . . . unacum Laurencio de Nadas homine vestro predicto personaliter ad facies predictarum possessionum accessimus, vicinis et commetaneis presentibus per veras metas et antiquas, novas iuxta veteres, ubi necesse fuisset erigere voluissemus, et eidem . . . Briccio abbati et sue ecclesie statuere voluissemus, et licet hactenus consuetudo non fuisset, quod aliqua recaptivacio possessionum vel reambulatoria (*igy*) mediante iudicum nobilium fieri possit, nos tamen vestris preceptis obedientes modo premissis omnia premissa et singula premissorum finire legitime voluissemus, magister Nicolaus filius Alberti famulus eiusdem . . . Andree episcopi Transsilvani personaliter in facie predictarum possessionum comparendo, vice et nomine ipsius . . . Andree episcopi . . . inibi contradictor extitit et ab huiusmodi metarum erectione prohibendo. Nos vero eundem . . . Andream episcopum Transsilvanum in facie predictarum possessionum contra predictum Briccium abbatem secunda feria proxima post octavas festi Penthecosten proxime preteritas ad specialem presenciam vestre magnificencie iuris ordine observato citavimus comparendum, quindenae vero datarum presencium partibus predictis personaliter coram vobis comparendis duximus assignandas, rationem predictae contradiccionis reddituris. Datum in Clus,

secunda feria proxima post Penthecosten predictas, in anno supradicto.

Zárlatán két gyűrűs pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 28733. Közli: Kovács N.

---

205.

*1355. jun. 11. A zágrábi káptalan bizonyáglevelét ad arról, hogy Abarizi Guillerme lévai várnagy és csurgói preceptor és Illés dubiczai preceptor, huszonöt márkát tevő adósságukat Miklós slavoniai bánnak meg nem fizették.*

Nos capitulum Zagradiensis ecclesie significamus . . quod anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, feria quinta (videlicet) in octavis festi Corporis Christi, Paulus filius Jacobi familiaris magistri Cosme prothonotarii . . Nicolai tocius Slavonie et Croacie bani in nostri presencia personaliter constitutus, exhibuit nobis quasdam literas patentes sub quibusdam duobus sigillis rotundis confectas, in quibus continebatur, quod frater Gillermus de Abaviz castellanus de Lewa et preceptor de Churgou ac frater Elias preceptor de Dubicha, predicto domino Nicolao bano viginti quinque marcas viennensium, in octavis festi Penthecostis proxime nunc preteritis dare et solvere sine crastinacione assumisissent, quas prefatus Paulus per modum protestacionis per prefatos Gyllermum et Eliam fratres dixit non solvisse. Quare nos ad huiusmodi suam protestacionem presentes pro testimonio duximus concedendas. Datum die et anno domini supradictis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 16. dipl. oszt. 4522. Közli: Kovács N.

---

206.

*1355. jun. 16. A budai káptalan előtt, Gutai Miklós Tinnye nevű pilisvármegyei birtoka fele részét, C:udar Péternek, Sáros vármegye főispánjának hatszáz arany forint örökárért eladja.*

Capitulum ecclesie Budensis . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod magistro Nicolao de Guta ab una, item

magistro Petro dicto Zudor comite comitatus de Sarus parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis per eundem magistrum Nicolaum de Guta confessum extitit . . quod ipse rectam et equalem dimidietatem possessionis Tynnye vocate in comitatu Pylisiensi existentis, ipsum iure acquisitionis contingentem, cuius alia recta medietas eiusdem possessionis Tynnye ipsius magistri Petri dicti Zudor similiter iure acquisitionis esse dinosceretur, cum omnibus . . pertinentiis ad eandem . . spectantibus in superficie eiusdem habitis et existentibus, eidem magistro Petro dicto Zudor et per eum suis heredibus . . iure perpetuo . . pro sexcentis florenis aureis . . vendidisset . . vendidit et tradidit nostri in presencia possidendam . . nil iuris . . sibi et suis successoribus . . reservando de eadem. Quorum quidem sexcentorum florenorum medietatem, scilicet trecentos florenos in festo Penthecostes, cuius nunc sexta preterisset revolutio annualis, idem magister Nicolaus ab eodem magistro Petro recepisse asseruit, residuam vero sexcentorum florenorum medietatem, videlicet trecentos florenos predictus magister Petrus dicto magistro Nicolao modo simili in promptis florenis coram nobis persolvit plene et integre, pro quibus quidem sexcentis florenis prenotatus magister Nicolaus de Guta, quandam aliam possessionem Hossyufalu vocatam in comitatu Simigiensi existentem sibi et suis successoribus similiter iure perennali se comparasse affirmavit, assummendo insuper idem magister Nicolaus de Guta prelibatum magistrum Petrum et eius successores ratione dicte medietatis possessionis Tynnye . . a filiis, fratribus, proximis et aliis generacionis sue, et non ab aliis aliquibus hominibus extraneis propriis suis laboribus et sumptibus expedire, universas eciam literas . . si que super facto medietatis prefate possessionis Tynnye vocate usque ad hec tempora essent emanate . . vanas . . ac exhibitoribus earundem nocituras reddidisset et reddidit coram nobis . . Datum feria tertia proxima post festum beati Barrabe apostoli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto. Presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Michaeli, Ladislao, Petro et Cosma ceterisque canonicis . .

A pecsét zöld selyem sodraton függ, a chyrographum a felső szélén van; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Vet. Budens. 31. 18. dipl. oszt. 4524. Közli: Kovács N.

207.

*1355. Buda, jun. 19. I. Lajos király a szinnai vendégnépek közönségének panaszára elrendeli, hogy Vilmos nádor özvegyének halála után, Drugeth Vilmos fia János, a szinnyeiek által jogosan követelt nádasdi berket s rétét ezeknek visszaadni tartozik.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Stephanus filius Swmugh villicus de Zynna et Nicolaus filius Thome iuratus de eadem, suis, item tocius communitatis hospitem de dicta Zynna vice et nominibus ad nostre maiestatis presenciam accedentes et privilegium condam Bele regis . . super metis eorundem confectum et aliud privilegium olim . . Stephani regis . . confirmatorium dicti privilegii . . Bele regis exhibentes, querulose significarunt nostre maiestati, quod quoddam nemus et pratum ipsorum intra metas eorundem in prefatis privilegiis contentas existencia, condam Willermus palatinus ad possessionem suam Nadasd vocatam occupasset et nunc . . relicta eiusdem uteretur possessionem ad eandem, supplicantes ipsis reddi et remitti iuxta continenciam instrumentorum eorundem; et quia dictam possessionem Nadasd vocatam cum omnibus suis . . pertinentiis sub eisdem metis, quibus condam dictus Villermus palatinus tenuit, dicte domine consorti sue usque vitam eiusdem immutabiliter meminimus contulisse possidendam; ideo committimus testimonio presencium mediante, quod predicta domina ipsam possessionem Nadasd vocatam usque vitam eiusdem iuxta primariam nostram donacionem sibi factam in eo statu, in quo nunc existit pacifice perutatur . . ea autem decedente magister Johannes filius condam comitis Nicolai Drugeth iudicis curie nostre, vel alii de generacione eiusdem, cui predicta possessio similiter ex nostra donacione, mortua dicta domina, deberet devolvi, eadem nemus et pratum predictorum hospitem nostrorum de Zynna iuxta continenciam dictorum instrumentorum eorundem, que instrumenta ipsorum in suo vigorositatis robore persistere volumus eisdem hospitem nostris . . remittere teneatur . . si autem . . remittere recusarent . . iure suo proprio in dicta possessione Nadasd vocata privetur eo facto. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 625. 30. dipl. oszt. 4525. Közli: Kovács N.

## 208.

*1355. Buda, jun. 19. Miklós nádor azt az osztályos egyezséget, melyet Rakamázi Benedek fia Pouch egy részről, másik részről Bátori Bereczk fia Miklós és rokonai Ódonmonostor, Ábrány, Bődmonostor, Venczellő, Rakamáz stb. birtok iránt kötöttek, megerősíti.*

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod cum Pouch filius Benedicti de Rakamaz, magistros Ladislaum, Georgium et Stephanum filios magistri Johannis filii Briccii filii Andree de Batur ac Petrum filium Leukus filii eiusdem Briccii, legitime citacionis modum observando, ad octavas festi beati Martini confessoris in anno proxime preterito transactas, super facto divisionis possessionarie nostram in presenciam in causam attraxisset, ipsoque Stephano filio magistri Johannis ad easdem octavas festi beati Martini confessoris non veniente nec mittente et se iudiciali onere aggravari permittente, iamdieta causa ipsius Pouch filii Benedicti contra eosdem magistros Ladislaum et Georgium filios magistri Johannis ac Petrum filium Leukus, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum, ab eisdem octavis festi beati Martini confessoris ad octavas festi Epiphanie domini tunc proxime venturas protelata extitisset; prefatus itaque Pouch filius Benedicti medio tempore eundem Stephanum filium Johannis filii Briccii, necnon magistrum Nicolaum filium prescripti Briccii de Batur similiter in eodem facto possessionarie divisionis ad easdem octavas festi Epiphanie domini per formam citacionis legitime nostram in presenciam adduxisset, tandem ipsis octavis festi Epiphanie domini occurrentibus, prefatus Pouch filius Benedicti de Rakamaz, velut actor personaliter parte, ab una, item prenominati magistri Nicolaus filius Briccii, Ladislaus filius magistri Johannis filii dicti Briccii et Petrus filius Lenkus pro se simili modo personaliter, pro annotatis vero magistris Georgio et Stephano filiis Johannis filii Briccii, Jacobus filius Ivan, cum literis procuratoriis capituli ecclesie Varadiensis,

parte ex altera coram nobis constituti.. confessi extiterant.. quod ipsi obtenta prius concordandi nostra iudiciaria licencia, per compositionem et ordinacionem plurimorum proborum et nobilium virorum.. super facto prescripte divisionis possessionarie taliter inter se concordassent et concordarunt coram nobis, quod possessionariis porcionibus, quas idem Pouch hactenus possedisset, plenarie et absque divisione aliquali apud eundem Pouch remanentibus, insuper iidem magistri Nicolaus filius Briccii et filii magistri Johannis ac Petrus filius Leukus, in octavis festi Pasche domini tunc proxime venturis et aliis diebus ad infrascripta sufficientibus, coram nostro et ipsius capituli Varadiensis hominibus primo in.. reintegracionem ipsius possessionarie divisionis, medietatem possessionarie porcionis eorum in possessione Odonmonostora vocata in comitatu de Zabolch existenti ipsos contingentis, prout usque tunc ipsi eandem tenuissent simulcum locis sessionalibus.. et aliis quibuslibet suis utilitatibus ad eandem medietatem pertinentibus, absque uno fundo curie servi prepositi ecclesie virginis gloriose in eadem possessione eorum Odonmonostora constructe, ibidem habito, ac medietatem possessionarie porcionis eorundem magistrorum Nicolai filii Briccii et filiorum magistri Johannis ac Petri filii Leukus in possessione Abraam nuncupata in comitatu Byhoriensi existenti habite, similiter secundum quod ipsi usque ad tunc eam conservassent, simul cum medietate porcionis eorum possessionarie in terra Kysbatur nominata in vicinitate eiusdem possessionis Abraam adiacenti habita, modo consimili cum quibuslibet suis utilitatibus.. eodem iure et titulo, quo ipsi easdem usque ad tunc possedissent.. prelibato Pouch filio Benedicti in filios filiorum suorum.. tradidissent, imo dederant.. iure perpetuo.. possidendas.. coram nobis; possessionem vero sive terram eiusdem ecclesie virginis gloriose de Odonmonostora Boton vocatam, prout alias possessiones et terras iamdictae eorum ecclesie communiter uterentur, modo consimili ipse partes communiter uti et conservare tenerentur; preterea dimidietatem possessionis Beudmonostora vocate in dicto comitatu de Zabolch existentis, primo porcionem possessionariam, quam idem magister Nicolaus filius Briccii cum prescriptis filiis magistri Johannis et Petro filio Leukus, Johanne filio



Ladislai filii Hodus ac Elye et Dominico filiis Laurencii filii eiusdem Hodus, ratione possessionarie porcionis, quam iidem Johannes filius Ladislai et filii Laurencii de possessione eorum Batur supradicta pro se requirere intendissent, eisdem Johanni et filiis Laurencii antea condonassent, iamdictis Johanni filio Ladislai et filiis Laurencii extradarent, iuxta seriem instrumentorum literalium inter eosdem magistros Nicolaum et filios magistri Johannis ac Petrum filium Leukus ex una, item Johannem filium Ladislai et filios Laurencii prescriptos parte ex altera confectorum; tandemque quantacunque porcio possessionaria de dicta dimidietate possessionis Beudmonostra predictae a porcione ipsorum Johannis et filiorum Laurencii ad porcionem pretactorum magistrorum Nicolai et filiorum magistri Johannis ac Petri filii Leukus remaneret, modo consimili in dictis octavis festi Pasche domini et aliis diebus proxime tunc sequentibus.. prelibato Pouch filio Benedicti cum suis.. pertinenciis.. perennaliter assignarent possidendam; instrumentaque ipsorum universa, quovismodo in facto eiusdem emanata, in manus ipsius Pouch assignare tenerentur, magister Nicolaus et filii fratrum suorum predictorum, omne ius et dominii proprietatem, quod vel quam in ipsa Beudmonostora prefati magistri Nicolaus et filii magistri Johannis ac Petrus filius Leukus usque adtunc habuissent, penitus ab eo tempore in ipsum Pouch et suos heredes perpetuo transferendo; possessionem vero totalem Venchelleu nominatam in comitatu de Zabolch antedicto adiacentem, simul cum terra Solyumusteluk ac piscina Venchel nominatis aliisque piscinis necnon fluvio Tycie, in quantum ipse fluvius possessionem pertineret ad eandem, ac aliis omnibus suis.. pertinenciis.. sub antiquis suis metis.. prout ipsi usque tunc eas possedissent, exceptis solummodo quibusdam duabus particulis terrarum Zanthouteleky et Beynyeteleke nominatis emticiis, ut nobis dixerant et acquisiticiis magistrorum Nicolai filii Briccii et filiorum fratrum suorum predictorum, memorato Pouch filio Benedicti coram eisdem nostro et dicti capituli hominibus in termino supradicto.. assignarent eo modo possidere, ut ipsi magistri Nicolaus filius Briccii, Ladislaus, Georgius et Stephanus filii magistri Johannis ac Petrus filius Leukus prefatum Pouch filium Benedicti in possessione Venchelleu et terra Solyumus-

teluk prenotatis contra quoslibet homines conservare et a quibuslibet hominibus.. ipsum Pouch impetere volentibus expedire tenerentur; si vero ipsi eundem Pouch in predictis possessione Venchelleu et terra Solyumusteluk contra quoslibet homines conservare et.. expedire non possent, extunc totalem porcionem eorum possessionariam in possessione Nyreggaz appellatam, in dicto comitatu de Zabolch existenti ipsos contingentem, iamdicto Pouch, simulcum instrumentis in facto eiusdem Nyreggaz quovismodo emanatis iure perenalli dare, sed in facto eiusdem ab impetitoribus, si qui fierent, eo quod instrumenta eorum universa sibi darent, expedire non tenerentur; in eodem eciam termino tenores quorumlibet instrumentorum ipsorum super facto dicte possessionis Venchelleu et terre Solyumusteluk confectorum ad conservacionem dicte possessionis Venchelleu ac terre Solyumusteluk sub sigillo dicti capituli Varadiensis ac in transcripto eiusdem capituli Varadiensis ecclesie, literas vero quaslibet super facto dotis et rerum parafernalium expeditorias ipsam possessionem Venchelleu et terram Solyumustelek tangentes, omnino in specie eidem Pouch conferre tenerentur magistri Nicolaus et filii fratrum suorum predictorum; ipsaque originalia eorum instrumenta in facto dicte possessionis Venchelleu et Solymustelek confecta apud se reservata, dum necesse fieret eciam penes eundem Pouch deberent exhibere; ceterum in possessione eorum Rakamaz supra dicta, iidem magistri Nicolaus filius Briccii, filii magistri Johannis et Petrus filius Leukus coram pretactis nostro et ipsius capituli Varadiensis hominibus, in termino prelibato tria loca sessionalia, quorundam quatuor iobagionum ipsorum infra nominandorum, duo videlicet a parte ecclesie sancte Crucis in eadem Rakamaz constructe et tertium a parte fluvii Tycie existencia, unum scilicet Petri dicti Buka, alium Jacobi surdi ac Nicolai filii Pauli et tertium Zentes modo consimili eidem Pouch filio Benedicti statuerent eo modo possidenda, ut si a die datarum earundem priorum literarum nostrarum composicionalium, scilicet a vigesimo die octavarum festi Epiphanie domini proxime preteriti, usque revolucionem annualem sepedicti magistri Nicolaus et filii fratrum suorum literalia eorum instrumenta inter eosdem magistros Briccium et Benedictum, filios

Andree de Batur, patres ipsorum, in facto divisionis eiusdem possessionis Rakamaz emanata reinvenire possent, extunc ipsis tribus locis sessionalibus per eundem Pouch iamdictis magistris Nicolao et filiis fratrum suorum plenarie restitutis, divisionem inter eosdem magistros Briccium et Benedictum, patres eorum, in eadem Rakamaz factam, iuxta ipsius divisionalis instrumenti ipsorum seriem perpetualiter inter se observarent, si vero usque ipsius unius anni revolucionem dicta divisionalia eorum instrumenta sepefati magistri Nicolaus et filii fratrum suorum reinvenire non possent, extunc prescripta tria loca sessionalia prenominatorum quatuor iobagionum ipsorum in dicta Rakamaz existencia, iamdicto Pouch perennaliter remanebunt possidenda. . . ac ultra ipsa tria loca sessionalia infra cursum ipsius aque Tycie ad partem orientalem, annotati magistri Nicolaus et filii magistri Johannis ac Petrus filius Leukus pro se villam vel iobagiones locare non valerent, terre autem arabiles, silve, prata, fenilia, stagna vulgo gyalmaastow dicta et alie quelibet piscine sive utilitates ipsius possessionis Rakamaz ex utraque parte fluvii Tycie habita et existentes, quo ad porcionem earundem parcium salvis iuribus alienis spectancia ac pertinentes cum dicto fluvio Tycie, in quantum illic attineret, iamdictis partibus ad usum communem perpetuo remanerent possidere; possessionem quoque Albeusrakamaza vocatam simpliciter ipse partes cum eodem Pouch et aliis eorum generacionibus, quibus iure pertineret simili modo communiter uterentur, presertim possessiones Vydmonostora, Moorh, Bakatha, Fyred et Zyli nominate, secundum quod iuri earundem parcium dinoscerentur attinere, eodem modo ad communem usum dictis partibus remanerent possidende, alie vero universe possessiones et possessionarie porciones hereditarie, acquisiticie, emticie et quovismodo pro tunc apud manus eorundem magistrorum Nicolai filii Briccii, filiorum magistri Johannis et Petri filii Leukus ubilibet intra limites et terminos huius regni Hungarie habite, exceptis solummodo possessionibus et possessionariis porcionibus iam ad porcionem ipsius Pouch cessis et devolutis in presentibusque superius per ordinem nominatis, omnino apud eosdem magistros Nicolaum filium Briccii et filios magistri Johannis ac Petrum filium Leukus, heredum eorum per heredes

pacifice remansissent et irrevocabiliter possidende . . . salvis iuribus alienis. Ad firmiorem autem stabilitatem ipsius concordialis eorum unionis modo premissa inter eos facte, eedem partes super omnibus damnis . . . quovismodo usque ad presentem eorum concordiam quocumque modo inter ipsos illatis et irrogatis mutua vicissitudine sibi invicem satisficientes se se reddidissent et coram nobis reddiderunt expeditos atque . . . satisfactos, universas eorum literas . . . usque ad tempus dicte concordie inter eos emanatas viribus . . . carere committendo. Assumens insuper . . . idem Pouch filius Benedicti, ut super facto omnium possessionum et possessionariarum porcionum predictarum, que modo premissa ad porcionem eorumdem magistrorum Nicolai filii Briccii et filiorum magistri Johannis ac Petri filii Leukus devenissent sive apud manus ipsorum remansissent, et quas in futurum acquirere et pro se obtinere ac reliabere possent, excepta quadam possessione sive terra Dedachteleke nuncupata, cuius factum alié patentes nostre litere in se declarant et expriment, nullius temporis in curriculo aliquam suscitaret litis materiam contra magistros Nicolaum filium Briccii et filios magistri Johannis ac Petrum filium Leukus antedictos. Peracta itaque premissa concordia utreque partes nos . . . postularant, ut ad reambulaciones et statuciones . . . omnium premissorum possessionariorum ipsorum iurium homines nostros sub ipsius capituli Varadiensis ecclesie testimoniis pro ipsis transmittere dignareretur; unde cum ad omnia premissa . . . homines nostri et memorati capituli testimonia pro utrisque partibus transmitti debuerant necessario, idcirco eorum amiciciam . . . pecceramus . . . quatenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus fidedignos, coram quibus homines nostri pro partibus infra declarandi, primo in preallegatis octavis festi Pasche domini tunc venturis ad faciem prescripte possessionis Odonmonostora vocate, et demum aliis diebus ad id sufficientibus ad facies aliarum possessionum et possessionariarum porcionum, in quibus ipsi Pouch filio Benedicti ius possessionarium devenisse modoque premissa cessisse et provenire debere dinosceretur, quarum nomina in presentibus superius seriatim exprimentur . . . accedendo, reambularent easdem . . . reambulatasque . . . medietates earumdem possessionariarum porcionum prescriptorum magistrorum Nicolai

fili Briccii, filiorum magistri Johannis et Petri filii Leukus in possessionibus prenominatis habitarum, prout ipsi usque ad tunc eadem possedissent . . ac totalem ipsam possessionem Venchelleu et terram Solyumustelek necnon porcionem possessionariam eorum similiter totalem, que videlicet et quanta, modo plenius prehabito, eisdem magistro Nicolao et filiis fratrum suorum in eadem Beudmonostora cederet et deveniret, sepius-nominato Pouch filio Benedicti, cum tribus locis sessionalibus in eadem Rakamaz habitis statuerent . . perpetuo possidendas . . sine preiudicio iuris alieni; et abhinc premissarum . . seriem cum tocuis ibi peragendi negocii processu . . nobis ad octavas festi Penthecostes tunc venturas partes predictae in literis dicti capituli tenerentur reportare. Quibus quidem octavis festi Penthecostis adherentibus, prefatus Pouch filius Benedicti personalliter ab una, item Petrus filius Mathie de Gych, pro eodem magistro Nicolao filio Briccii domino suo, cum procuratoris literis comitis Nicolai Drugeth pridem iudicis curie regie . . parte ex altera, coram nobis constituti, pretactis magistris Ladislao, Georgio et Stephano filiis Johannis filii Briccii ac Petro filio Leukus non venientibus, nec mittentibus, nec seriem premissorum, ut debebant, nobis reportantibus, seque adversus eundem Pouch iudiciali onere aggravari permittentibus, duo paria literarum pretacti capituli Varadiensis ecclesie sub una forma verborum super premissis rescripcionalium nobis presentarunt, quarum tenores inter cetera declarabant, quod idem Varadiense capitulum . . una cum Egidio filio Morouch de Noghfalu . . Thomam sacerdotem ecclesie eorum et rectorem maioris altaris beate Marie virginis pro parte ipsius Pouch filii Benedicti, item cum Dominico dicto Zele de Chazar hominibus nostris, Michaelem sacerdotem chori ecclesie ipsorum et rectorem altaris preciosissimi corporis Christi pro parte memoratorum magistrorum Nicolai filii Briccii, Ladislai, Georgii et Stephani ac Petri filii Leukus de Batur in causam attractorum pro testimoniis ad premissa transmisissent, qui tandem . . retulissent, quod ipsi in predictis octavis festi Pasche domini primo ad faciem possessionis Odonmonostora vocate in comitatu de Zabolch existentis pariter accessissent, convocatisque vicinis et commetaneis eiusdem legitime universis, obmittentes reambulaciones et erecciones meta-

rum eiusdem, iuxta tenores literarum nostrarum mediantibus porcionis possessionarie eorundem magistrorum Nicolai filii Briccii et filiorum fratrum suorum in eadem possessione Odonmonostora vocata habite, prout ipsi usque tunc eandem . . possedissent, cum locis sessionum videlicet unum fundum Stephani filii Johannis ante monasterium in eadem possessione Odonmonostora vocata constructum existentem, nec non vicum duplicis ordinis scilicet a fundo Stephani, germani Bene, in vico Wylcha nominato existenti et Petri sartoris a plaga orientali inclusive usque finem, preterea ab eodem fundo Stephani incipiens vicum simplicis ordinis versus meridiem protensum similiter usque finem, nec non a fundo Petri sartoris incipiendo e contra videlicet vel iuxta porcionem Johannis filii Georgii situm, similiter usque finem eidem Pouch iure divisionis dedissent et assignassent, reliqua vero loca sessionum eiusdem possessionis videlicet a fundo Petichk inclusive cum totali vico Wylcha dicto, usque fundum Stephani, germani Bene, supradicti exclusive pro se retinendo. Item in possessione Abraam in comitatu Biboriensi existenti a parte sanctuarii ecclesie beate Virginis in eadem Abraam constructe, vicum simplicis ordinis a fundo Johannis filii Balasee inclusive incipientem, usque finem versus occidentem protensum, nec non vicum similiter simplicis ordinis, videlicet a fundo Petri dicti de Golcha inclusive incipientem et a plaga septentrionali existentem, cum quibuslibet suis utilitatibus eodem iure et titulo, quo iidem magistri Nicolaus filius Briccii et filii fratrum suorum eosdem actenus possedissent . . prelibato Pouch filio Benedicti in filios filiorum et heredum in heredes consimili modo iure divisionis . . assignassent perpetuo possidendos . . reliquis vero eiusdem possessionis Abraam scilicet a fundo Petheu inclusive cum vico totali Baturulcha dicto, usque domum Pauli dicti Bolue similiter inclusive eidem magistro Nicolao et predictis filiis fratrum suorum remanentibus. Preterea in possessione Rakamaz tria loca sessionalia quatuor iobagionum eorundem in presentibus superius nominatorum, duo videlicet a parte ecclesie sancte crucis in eadem Rakamaz constructe et tertium a parte fluvii Tycie existencia, item possessionem Wenchelleu vocatam, iuxta tenorem prescriptarum literarum nostrarum cum piscina Wenchel nominata, aliisque

piscinis, nec non fluvio Tycie, in quantum ipse fluvius possessionem pertineret ad eandem, atque cum quadam terra Solyumustelek nuncupata ac quibuslibet aliis . . pertinenciis eiusdem . . sub antiquis suis metis et metarum limitacionibus, prout ipsi eandem usquemodo possedissent, exceptis tantummodo quibusdam duabus particulis terre Zanthoutelek et Benyetelek nominatis, annotato Pouch filio Benedicti similiter iure divisionis . . assignassent; preterea ad faciem possessionis Bewdmonostora vocate in comitatu de Zabolch existentis, iidem nostri et prescripti capituli Varadiensis homines cum predictis partibus pariter accessissent et eandem in tres partes divisissent coequales, quarum trium parcium duas partes, videlicet vicum totalem simplicis ordinis a parte meridionali adiacentem et alium vicum similiter simplicis ordinis, scilicet a fundo Galli inclusive ad plagam orientalem protensum usque finem, prescripto Pouch filio Benedicti et suis heredibus . . annotati magistri Nicolaus et filii fratrum suorum modo consimili iure divisionis . . assignassent . . irrevocabiliter possidendas . . tertia parte eiusdem possessionis Beudmonostora vocate Johanni filio Ladislai filii Hodus ac Elie et Dominico filiis Laurencii filii eiusdem Hodus remanente; hoc tamen non obmisso, quod literas super facto dotis et rerum parafernalium expeditorias, ipsam possessionem Venchellew et terram Solyumustelek tangentes, prescripti magistri Nicolaus filius Briccii et filii fratrum suorum superius nominati ipsi Pouch filio Benedicti, ut tenebantur, non restituissent. Omnes autem terras arabiles cultas et incultas . . ac quasilibet alias utilitates possessionum superius nominatarum et modo premissis divisarum communi usui deputassent. Quarum quidem duarum literarum ipsius capituli Varadiensis ecclesie per predictos Pouch filium Benedicti et Petrum de Gych procuratorem legitimum dicti magistri Nicolai filii Briccii in uno sensu et sub una forma verborum nobis demonstratarum revisis continenciis et partibus suo modo expositis, cum nos eosdem Pouch filium Benedicti et procuratorem legitimum ipsius magistri in eo, utrum ipse partes premissam divisionem et statucionem possessionariam per modum dicte concordialis eorum unionis inter eos factam perpetuo inter se vellent observare, vel ne, trinario numero, ut nostro incumbit officio, legitime requisitos habuissemus, eedem partes

prescriptam divisionem et statucionem possessionariam premissis modo factam perpetuo inter se velle observare affirmarunt, petentes, ut iamdictam divisionem et statucionem possessionariam mediantibus nostris et dicti capituli Varadiensis ecclesie literis, ut prefertur, factam et habitam acceptantes ratificare nostroque privilegio dignaremur confirmare. Nos igitur iuridicis et iuri consonis eorumdem Pouch et procuratoris legitimi prefati magistri Nicolai petitionibus favorabiliter inclinati, super non restitutione dictorum literalium instrumentorum mediantibus aliis literis nostris alio iudicio per nos imposito, licet preacti filii magistri Johannis et Petrus filius Leukus ad terminum reportacionis seriei premissarum possessionariarum divisionum et statucionem non venerint, nec miserint, verum tamen quia premissis possessionarie divisiones et statuciones premissis modo facte, iuxta pretacte concordialis unionis parcium formam perpetua et indissolubili firmitate persistere oportebant, nec propter dictorum filiorum magistri Johannis et Petri filii Leukus absentiam ipsa perpetuales possessionaria divisio et statucio valebant retractari, easdem eciam possessionarias divisiones et statuciones utrinque nostris literis privilegialibus ad perpetuam stabilitatem confirmari postulabant, ideirco preallegatam divisionem et statucionem possessionariam inter iamdictos Pouch filium Benedicti et magistrum Nicolaum filium Briccii ac filios magistri Johannis et Petrum filium Leukus iuxta formam prescripte compositionalis eorum concordie, ut premittitur, factam et habitam acceptantes ratificamus, approbamus, et presencium nostrarum literarum privilegialium patrocinio perpetuo valere confirmamus, salvo iuribus alienis . . Datum Bude, vigesimo die octavarum festi Penthecostes predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Kont Miklós nádornak 1357. máj. hó 12-én kelt átiratából; melynek eredetije az Ország. Ltárban N. R. A. 814. 17. dipl. oszt. 4526. őriztetik. Közli: Kovács N.



*1353. Buda, jun. 19. Szécsi Miklós országbíró, a szinnai polgárok s vendégnépek és Fülöp nádor özregye közt egy vitás földdarab iránt folyt pert ítéletileg akkép dönti el, hogy a kérdéses földet a szinnaiaknak ítéli.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . Quod cum iuxta continenciam literarum . . Thome condam iudicis curie . . modum et formam iudicii sui exprimencium Johannes filius Mykow de Weche pro parte civium et hospitem de Zynna actorum et Ladislaus filius Nicolai de Koksow pro parte nobilis domine relicte domini Philippi quondam palatini in causam attracte homines regii, presentibus testimoniis conventus de Jazow, in octavis festi beati Martini confessoris in anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo tercio preteritis ad faciem possessionis Chon vocate, vicinis et commetaneis suis legitime inibi convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo literis privilegialibus domini Bele condam incliti regis Hungarie per ipsos hospites de Zynna vel procuratorem ipsorum, inibi in specie et non in transscripto exhibitis eandem iuxta veros cursus metarum in privilegio dicti domini Bele regis contentarum, deum habendo pre oculis, reambulare, reambulatumque, si dictas metas bono, iusto et vero modo ac apparenter invenirent et eciam si easdem veteres et antiquas metas fore cognoscerent, extunc ipsam possessionem Chon sub eadem metis, contradiccione eiusdem nobilis domine relicte Philippi quondam palatini non obstante, ipsis civibus et hospitibus de Zynna eo iure, quo ipsis dinosceretur pertinere possidendam statuere et relinquere, si vero ipsas metas bono, iusto et vero modo ac apparenter invenire non possent, et partes super eadem particula terre discordarent, extunc huiusmodi particulam terre inter ipsas partes litigiosam regali mensura mensurando, vel si mensurari nequiret visu considerando unacum aliis probis viris regni consvetudine exigente statuere, post hecque seriem ipsius possessionarie statucionis ac estimacionis cum tocius facti processu dicto domino nostro regi ad octavas

diei Strennarum tunc proxime venturas predictus conventus fideliter rescribere debuisset. Tandem ipsis octavis occurrentibus, cum discussio reportate seriei premissae cause primo in presencia ipsius comitis Thome ac postmodum eodem comite Thoma . . debitum universe carnis exsolvente, ipsoque domino nostro rege . . honore ipsius iudicatus curie sue personam magnifici viri comitis Nicolai Drugeth pridem iudicis curie regie antecessoris nostri sublimante . . nuperrime . . decessi, iuxta continenciam literarum suarum prorogatoriarum, prout ex serie literarum ipsius comitis Nicolai formam iudicii sui exprimencium informabamur, coram eodem diucius ventilata ac demum ad tunc presentes quindenae residence exercitus regii adversus Rasciam moti et ad quindenae Epiphaniarum domini proclamate extitisset prorogata; tandem ipsis quindenae residence exercitus regii advenientibus, Johannes de Zeuled pro predictis civibus et hospitibus de Zynna . . ab una et Paulus filius Mykocha pro predicta domina relicta domini Philippi palatini . . ad ipsius comitis Nicolai Drugeth iudicarium accedentes conspectum, literas . . conventus (de Jazow) super premissis rescripcionales eidem presentarant, in quibus habebatur, quod predicti Johannes et Ladislaus homines regii ipsis partibus assignati unacum . . Michaele notario ac fratre Fridrico testimoniis predicti conventus de Jazow in pretactis octavis festi beati Martini confessoris ad faciem predictae possessionis Chon vocata vicinis et commetanis eiusdem universis legitime convocatis et ipsis civibus, pro predicta vero nobili domina Paulo filio Mykocha . . presentibus accessissent, dictasque literas privilegiales ipsius domini Bele regis prenotati hospites de Zynna in specie inibi . . presentatis, iidem cives et hospites de Zynna cursus ipsarum metarum in dicto privilegio contentarum taliter demonstrassent: quod primo videlicet a quodam fossato, com(muniter) stagno, Mortua vocato exiret et ad Harnad caderet, procedendo ad partem meridionalem ad quoddam pratum deveniens, relicto ipso prato in nemore quandam arborem non populeam sed alterius generis indicassent, post hec iuvenem arborem gymulchyn, dehinc ad portum fluvii Azzyuzortus perveniens et transeundo ad partem occidentis, quendam truncum magnum igni concrematum demonstrassent, ubi ipsi hospites (. . . .) ad requisicionem prefati

Pauli dictas metas et signa ipsorum fore retulissent, ubi idem Paulus procurator ipsius domine dictas metas secundo die superius in hunc modum demonstrasset (. . . .) a quodam lacu versus partem meridionalem procedens et ad pratum perveniens (. . . .) relicta dictum pratum (. . . . .) penes litus fluvii Harnad stans arborem populeam in dictum fluvium subversum fore indicasset, relicto ipso fluvio et transeundo dictum fluvium versus partem septentrionalem parvum flectens in nemore arbores gymulchyn indicasset, deinde ad partem occidentalem procedendo arbores pomi demonstrasset, postea ad eandem plagam procedendo ad portum Azzyuzortus pervenissent, relicto ipso contra partem meridionalem procedendo ad quendam surculum populeam pervenissent, ab hinc usque ad metas possessionis Nicolai filii Johannis fore indicasset Paulus prenotatus, ubi etiam iidem hospites de Zynna eodem die dictas metas ipsorum bono et iusto ac meliori modo ostendere assumsissent et dixissent, quod prius indicare bono modo ignorassent, qui quidem hospites prenotati dictum stagnum Mortua secundo superius indicassent, dehinc procedendo ad partem meridionalem ad predictum pratum pervenissent, quod (. . . .) procurator domine Wolter, Laza, iobagionis domine prenotate, fore demonstrassent, relicto ipso prato in nemore quandam magnam arborem populeam siccam indicasset, ab hinc procedentes in nemore versus occidentem quandam truncum nomine gymulchyn demonstrassent, postea iuve (. . . . .) ulum pomi similiter, post hec ad dictum truncum populeam circa dictum portum Zortus existentem pervenissent, et quia in demonstratione predictarum metarum partes predictae discordes extitissent, de hoc dictam particulam terre inter partes litigiosam usui unius aratri sufficientem deum habendo pre oculis (. . . .) probis viris conspexissent. Quarum literarum exhibicionibus factis prefati procuratores dictarum parcium eisdem partibus super facto premissae particulae terre litigiose iusticie complementum per (ipsum) comitem Nicolaum impertiri postularant. Verum quia predicto comite Nicolao et baronibus regnique nobilibus (. . . .) iudicio sedentibus in facto dicte particulae terre litigiose ad unum aratrum estimate, predictis villico, iuratis et civibus predictae civitatis de Zynna modo infrascripto (sacramentum) adiudicari de-

bere videbatur, ut eciam pars adversa voluerat, ideo unacum eisdem baronibus regni que nobilibus dictus comes Nicolaus (. . . . .) iudicando (. . . . .) eomodo, ut villicus ac duo iurati necnon unus ex ipsis potior seu principalis (civis de) Zynna feria tertia proxima post (octavas festi) Pasche domini tunc proxime venturas, presentibus Jacobo filio Isak de Zeuled vel Nicolao de Felnoua aut Stephano fratre eiusdem sive Michaelae (. . . . .) pro parte eorundem civium et hospitem, ac Petro (. . . . .) Chuyre de Welse (. . . . .) Nicolao de Koxo ac Jakou de Sebes (. . . . .) Johanne filio Martini de Feluilman pro parte preallegate nobilis domine, aliis absentibus hominibus regis necnon testimoniis dicti conventus (de Jazou, que testimonia per ipsum conventum ad hec literatorie (. . . . .) transmitti postularamus (ad faciem) predictae possessionis Chon vocate . . accederent ac ibidem in una prescriptarum metarum dicte terre litigiose comparendo super eo, ut ipsa particula terre (litigiose ad) unum aratrum sufficiens ad dictam possessionem Chon (. . . . .) pertinere deberet (. . . . .) mete per ipsos ostense vere et iuste mete fuerint et extiterint, et nunquam ipsa particula terre litigiosa ad possessionem prefate nobilis domine Wywar nominate attinuerit, nec nunc attinere deberet . . sacramentum prestare tenerentur, qui si prestarent, tunc ipsam particulam terre litigiosam unius aratri eiusdem civibus ad dictam possessionem Chon, si vero prestare nollent vel non possent, tunc eidem nobili domine ad dictam possessionem eiusdem Wywar iidem homines regii presentibus testimoniis dicti conventus de Jazou statuerent eo iure, quo ipsis dinosceretur pertinere perpetuo possidendam; et quia ipsa iuramentalis depositio multa verba in se contineret, ideo ipse comes Nicolaus Drugeth voluerat, ut testimonium ipsius conventus de Jazou eisdem civibus et hospitibus per predictum conventum ad videndum et audiendum ipsum iuramentum deputatum, seriem dicti iuramenti eisdem villico et aliis predictis de verbo ad verbum paulatim et seriatim recitare teneretur; ipsius itaque iuramentalis depositionis seriem per (homine)s dicti conventus ad octavas festi beati Georgii martyris similiter tunc proxime venturas sibi idem comes Nicolaus Drugeth voluerat reportari; cumque discussio reportacionis seriei premissorum vigesimum

secundum diem festi Penthecostes absque fine et emanacione aliquarum literarum in suo iudicatu attinxisset, (. . . .) vigesimo secundo die festi Penthecostes adveniente, medioque tempore . . ipso comite Nicolao Drugeth viam universe carnis ingresso . . dicto domino (nostro rege cum titulo) prescripti (honoris) iudicatus curie sue nostram personam sublimante, in ipso vigesimo secundo die festi Penthecostis nobis unacum prelati, baronibus regnique nobilibus in nostra sede iudiciaria sedentibus . . Johannes de Zeuled pro eisdem civibus et hospitibus de Zynna . . ad nostram accedens presenciam literas eiusdem conventus super premissis regie maiestati rescripcionales nostro iudiciario examini presentavit, in quibus inter cetera comperimus haberi manifeste, quod idem conventus literis ipsius comitis Nicolai Drugeth . . receptis, unacum prenotato Michaeli filio Petri de Kenys et Petro filio Cythe (*igy*) de Welse, hominibus regiis, duos ex ipsis . . videlicet Petrum lectorem et Fridericum priorem ecclesie ipsorum pro testimoniis ad premissa transmisissent, tandem iidem . . retulissent, quod ipsi feria tertia proxima post octavas festi Pasche domini ad faciem possessionis predictae vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis et ipsis civibus ac Paulo filio Mykocha procuratore ipsius nobilis domine presentibus accessissent, et iidem cives ac hospites de Zynna metas ipsius particule terre litigiose taliter demonstrassent, quod primo a parte orientali de quodam stagno Mortua vocato ab una meta terrea noviter erecta contra meridiem procedendo, ad quoddam pratium pervenissent et transeundo ipsum pratium ad eandem plagam ad unam (arborem) populeam vulgariter *topolya* nominatam in uno nemore pervenissent, post hec ad dictam plagam procedendo ad aliam arborem *gyumulchyn* nominatam venissent, abhinc parvum versus occidentem girando pervenissent ad unam arborem pomi, de ipsa arbore directe versus occidentem (. . . . .) ad quendam locum (. . . . .) nominatum pervenissent, unde (. . . . .) Paulus filius Mykocha procurator iamdictae nobilis domine (. . . . .) unacum (. . . . .) noluisset, pro eo, quia ultra ipsum Zortusmortua non ipsius domine sed alterius nobilis esse dinosceretur; retulisset etiam Paulus (filius Mikocha quod) iidem cives et hospites de Zynna non iuxta tenorem

privilegii eorum sed extra privilegium metas prenotatas indicassent, cives vero hospitesque ipsas metas per ipsos ostensas veras metas eorum fore et existere affirmassent; et his peractis Stephanus villicus ac duo iurati nec non unus (. . . .) pocior de ipsa (Zynna . . . .) super predictas metas dicte terre litigiose, prout debuissent, iuxta regni consuetudinem resolutis cingulis, discalceatis pedibus et terram super capita eorum levando sacramentum prestassent in hunc modum, quod ipsa particula terre litigiosa semper et ab antiquo ad dictam possessionem Zynna pertinuisset et nunc de presenti deberet pertinere, et predictae mete per ipsos ostense vere et iuste mete essent ac nunquam ipsa particula terre litigiosa ad possessionem prefate nobilis domine Wyvar vocatam attinuisset nec nunc deberet aliquomodo attinere; peracto vero ipso iuramento predictas tres arbores metis terreis circumfodendo renovassent. Quarum literatum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, idem Johannes de Zeuled procurator dictorum civium de Zynna (. . . . .) in premissis finem debitum iuri et equitati consonum dari et preberi postulavit iusticia et iure regni exposcente. Verum quia prefatum Stephanum villicum ac duos iuratos necnon unum civem pociorem de predicta Zynna super premissas metas dicte terre litigiose . . . iuxta adiudicacionis formam eiusdem comitis Nicolai Drugeth ex serie prefatarum literarum conventus de Jazou rescripcionalium in hunc modum, quod ipsa particula terre litigiosa semper et ab antiquo ad predictam possessionem Zynna pertinuisset et nunc de iure deberet pertinere et predictae mete per ipsos ostense vere et iuste mete essent ac nunquam ipsa particula terre litigiosa ad possessionem prefate nobilis domine Wyuar vocatam attinuisset nec nunc deberet aliquomodo attinere, sacramentum prestitisse, (peracto) vero ipso iuramento predictas tres arbores metis terreis circumfodendo renovasse reperiebamus, ideo nos unacum baronibus regni que nobilibus tribunal iudicarium nobiscum assidentibus, ipsam particulam terre litigiosam ad unum aratrum sufficiens, eisdem civibus et hospibus de Zynna ad predictam possessionem Chon vocatam applicando eo iure, quo ex vigore et virtute preexhibiti privilegii domini Bale regis ipsis pertinere dinoscitur reliquimus et commisimus, nostra iudicaria auctoritate possi-

dendam . . sine preiudicio iuris alieni, eidem nobili domine re-  
 liete ipsius (domini palat)ini perpetuum silentium imponentes  
 de eadem . . Datum Bude, sexto die termini prenotati, anno  
 domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Az elveszett pecsét veres és zöld selyemsodraton függött; vizfoltos  
 eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 716. 9. dipl. oszt. 4528. Közli: Ko-  
 vács N.

---

210.

1355. jun. 20. *Az esztergami káptalan előtt Moruchuk mester, Bereg  
 vármegye főispánja halála esetére végrendeletileg intézkedik.*

Capitulum ecclesie Strigioniensis . . significamus . . quod  
 magister Marochuk comes de Bereg coram nobis personaliter  
 comparendo . . confessus extitit . . quod cum vita humana sit  
 incerta et nihil incercius hora mortis, timensque ipse absque  
 dispositione bonorum suorum mortem evenire, ideo in bonis  
 suis universis talem dispositionem testamentariam ordinasset  
 et ordinavit coram nobis, quod si decedere de hoc mundo ipsum  
 contingat, tunc in omnibus possessionibus suis in regno Hunga-  
 rie ubique habitis per excellenciam regiam donatis vel precompa-  
 ratis, domina coniux eiusdem possessor remaneret, quamdiu sine  
 marito in viduitate permaneret, et omnes possessiones sue per  
 ipsam usque vitam suam regi et possideri deberent, si vero alium  
 maritum susciperet, tunc non aliter de eisdem possessionibus  
 removeri possit, nisi prius sibi mille floreni per fratrem aut  
 filios fratrum ipsorum eidem domine consorti sue plene persol-  
 verentur, si autem habitum religionis susciperet, tunc tres  
 possessiones suas videlicet Zentmihal et Dudwagzegh ac Beel  
 vocatas cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis sibi sci-  
 licet domine consorti sue perpetuo legavit coram nobis, ita  
 quod eidem monasterio, ubi habitum suscipit, donandi liberam  
 haberet facultatem; premissa tamen nullius robor firmitatis  
 obtineant, si divina favente clemencia ipsum, scilicet magistrum  
 Marochuk, filium aut filiam procreare medio tempore contingat,  
 cuius filie successionem in suis possessionibus iure hereditario  
 voluit, sicut filii masculini, in casu ubi filius masculus, per

ipsum procreatus, pro herede non remaneret. In cuius rei memoriam presentes literas nostras privilegiales nostro sigillo pendenti consignatas duximus concedendas; quarum tenorem de verbo ad verbum nil addendo nilque diminuendo in nostro registro rescribi faciendo in custodia seu conservatorio predictae nostre ecclesie sub sigillo nostro fecimus reponi perpetuo conservandum. Datum per manus Valentini lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo ante festum beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zöld és veres selyem sodraton függő pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. Pos. 8. 3. dipl. oszt. 4529. Közli: Kovács N.

## 211.

*1355. jun. 23. A kolozsmonostori convent Kont Miklós erdélyi vajdának jelenti, hogy a midőn a Myrozlo és Deyche nevű birtokok közt fekvő vitás földet, mely miatt az erdélyi káptalan és Márkus fia János egymással perlekedtenek, elkülöníteni és meghatározni akarták, annak a Rákos, Domboró és Veresmart három nemzetségbeli azékely nemesek ellentmondtak.*

.. Nicolao Kunth (voivode Transsilvano et comiti) de Zonuk conventus monasterii beate Marie Virginis de Clusmunustra . . Noveritis nos literas vestre magnificencie recepisse (in hec verba) . . abbati et conventui . . de Clusmunustra Nicolaus Kunth voivoda Transsilvanus . . declaramus, quod . . capitulum ecclesie Transsilvane iuxta continenciam literarum Stephani vicevoivode nostri in congregacione nostra generali, feria quarta proxima post festum Ascensionis domini universitati nobilium . . eiusdem partis Transsilvanie Saxonum, Siculorum et aliorum quorumlibet hominum pro unicuique iusticia facienda in civitate de Torda celebrata, super facto cuiusdam particule terre inter capitulum ab una et inter Johannem (filium Marcus de D)eyche litigiose, que foret inter possessiones ipsius capituli Mirozlo vocate et eandem Deyche predicti Johannis existentis, sua instrumenta metas dicte possessionis in se continencia, ut assumerat discretus (vir Thomas) archidiaconus de Zonuk, pro eodem capitulo . . presente Johanne filio Markus prenotato, videlicet





causam attractus, citare non oportet, quia in termino reportationis (seriei premis)orum sue contradiccionis racionem reddere oportebit, sed illam particulam terre litigiosam, super qua fuerit contradictum, signis metarum consignantes, si poterit mensurari regali mensurando cum mensura, (si non poterit m)ensurari, extunc visu considerando, deo pre oculis habito visa eius qualitate et utilitate debeant estimare, et tandem premissa reambulacionis . . . seriem . . . ad quintumdecimum diem ipsius ferie sexte ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste nobis . . . rescribatis. Datum quarto die congregacionis nostre supradicte, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos igitur . . . una cum hominibus vestris predictis, videlicet magistro Akus filio Eleus et Ladislao de Kamiatsiek (*igy*), nostros homines testimoniales . . . fratres videlicet Nicolaum pro parte capituli et Petrum pro parte Johannis filii Marcus sacerdotes . . . transmisimus, qui demum . . . retulerunt, quod ipsi sexta feria proxima, ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste in termino per vos assignato, ad faciem predictae particulae terre litigiose accessissent, vicinis et commetaneis legitime convocatis pariter accessissent, in persona vero capituli memorati . . . Thomas Archidiaconus de Zonuk, Lorandus custos, Paulus plebanus de Cluswar et Nicolaus archidiaconus de Hunyad canonici ecclesie predictae . . . (a parte vero altera) Johannes filius Marcus annotatus personaliter in facie eiusdem possessionis astitissent et in presencia commetaneorum ipsam particulam terram litigiosam iuxta cursus metarum per ipsum privilegium (. . . . .) arum ipsas possessiones Myrozlo et Deyche ab invicem sine omni estimacione sequestrare et separare, unicuique parcium suam perpetuo possidendam statuere voluissent, quod quidem privilegium predicti discreti viri in persona capituli antedicti in specie exhibuissent, et dum inter cetera ipsum privilegium perlegissent, nullam metam, nullum signum rite et legitime positum super facto terre litigiose invenire potuissent et reperire, (nec) ipsam terram litigiosam ab invicem separare potuissent, sed predicti domini et canonici verbo quidem dixissent, quod ipsa terra litigiosa ad possessionem Mirozlo de facto et de iure pertineret, Johannes vero filius Marcus allegatus e contra respondisset eomodo, quod si ipsum privilegium aliquod signum rite et legitime positum aut aliquam metam nominaret

vel assignaret in nulla parte viciaret, nec eciam contradictor existeret, (sed) dictis et verbis dictorum dominorum et canonicorum se et causam suam subiacere non permitteret et in ipsa statucione et sequestracione contradictor extitisset; et quia ipsam terram litigiosam ab invicem sequestrare racione cause premissae non potuissent, ideo ipsam terram litigiosam pro duodecim marcis iuxta regni consuetudinem approbatam de mandato vestre magnificencie estimassent; ceterum in persona trium generum siculorum videlicet Paulus filius Pe(tri de Ra)kus, Laurencius filius Johannis de Domboro et Georgius dictus Hodnog filius Stephani de Veresmort in separacione et sequestracione pretacte terre litigiose contradictores extitissent et ipsorum esse affirmassent, quos quidem Paulum, Laurencium et Georgium in persona predictorum Siculorum eodem die, loco et termino ad quindenas predicti termini contra . . capitulum Transsilvanum et Johannem filium Marcus sepredictos, ad vestre magnificencie evocassent presenciam racionem contradiccionis ipsorum reddituros. Et quia idem Johannes filius Marcus in termino per nos assignato tempore reportacionis seriei premissorum contradiccionis sue racionem oporteret reddere, ideo ipsum ad presens non citassent. Datum tertia feria proxima post terminum prenotatum, annis ab incarnationis domini prenotatis.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. cert. 31,097. Közli: Kovács N.

---

212.

*1853. jun. 24. A vasvári káptalan előtt, Egervári Kalmér fiai János és Mihály és ennek fia Miklós, Gerege nevű vasvármegyei és Gorboukfő nevű körösmegyei birtokaikat egymás közt kölcsönösen kicserélik.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei damus pro memoria, quod magistri Johannes et Michael filii Kalmeri de Egurwar et Nicolaus filius eiusdem Michaelis coram nobis personaliter constituti, confessi sunt istomodo, ut ipsi ad tempus infrascriptum in possessionibus eorum Gerege in comitatu Castriferrei et Gorboukfeu vocatis in comitatu Kirisiensi existentibus, talem inter se fecissent permutacionem et concambium, ut dictus ma-

gister Johannes possessionarias suas porciones ultra fluvium Drava in dicto comitatu Kirisiensi existentes et sibi provenientes cum utilitatibus omnibus, a proximo festo beati Johannis Baptiste scilicet nativitatis, usque sextam eiusdem festi revolucionem, predictis Michaeli et Nicolao filio eiusdem, et e converso dicti Michael et Nicolaus filius suus possessionariam ipsorum porcionem in Gerege existentem, similiter usque prefixum terminum cum utilitatibus quibusvis iamdicto Johanni mutua vicissitudine sibi ipsis invicem . . concessissent tenendas . . ita, ut termino prefixo expleto possessionarias porciones ipsorum superius nominatas unus alteri . . remittere tenebitur omni occasione postposita, hoc adiecto, quod si ab aliqua parte porcio possessionaria prescripta per potenciam alienaretur, extunc altera pars ipsam iterum in dominium prioris porcionis sue salva remanentis, intromittere ac reddere et resignare tenebitur, contradiccione qualibet non obstante. Datum in festo prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecséttel; eredetije az Orosz. Ltárban, N. B. A. fasc. 11. 61. dipl. oszt. 4530. Közli: Kovács N.

---

213.

1355. Kálló, jun. 27. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabirdi előtt, Biri Tamás panaszképpen elmondja, hogy Oroszi Simon fia Petres Tót-Kállóról, több czinkostársával együtt, őt birtokán Nagy-Kállón megölni akarták s több jobbágyán erőszakos bántalmakat és károsításokat követtek el.

Nos magister Ladislaus (filius Johan)nis filii Abre vicecomes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod magister Thomas de Byri in nostram accedens personaliter presenciam, cum duobus filiis suis nobis dixerunt protestando in hunc modum, ut die dominica proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste nunc proxime preterita, magister Petres filius Simonis de Urus, de Tothkallo porcione sua, malicia precogitata ad suam possessionem Nogkallo vocatam unacum Nicolao dicto Johhos proximo suo Michaeli et Petro filiis Thome dicti de Foncika, Nicolao dicto

Forgach servientibus suis ac aliis suis complicitibus, manibus armatis ipsum interficere voluissent, ad domum iobagionis defugando insecutus extitisset Nicolaus antedictus, Johos unum iobagionem suum culpa suis nullis exigentibus vulnerasset, unam tunellam suam vacuum ante suam curiam destruxissent, cum gladiis eorumden persecando, et eo non contenti deinde ad domum Blasii iobagionis sui, escas (eius) cum ollis et cucurbitam ad acetum pro aceto factam cum suo gladio idem magister Petres destruxisset et eum Blasium de lecto egritudinis extrahi voluisset et decollare, si non servientes sui non defendissent; tandemque demum ad domum Petri villiei ipsorum irruendo eundem Petrum interficere voluisset, et cum hoc factum, secundo die cum consorte et glossa ad eandem Kallo veniendo letificando cum Caia ad domum Johannis rufi hostium cellarii ipsius iobagionis sui confregi fecisset et tunellam destruere voluisset. Datum in Kallo, sabbato post festum supradictum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzeuumban a Kállay családárban. Ugyanott megvan «Ladislau filius Johannis» alispánnak «sabbato ante dominicam Ramis palmarum» 1355-ben kelt jelentése I. Lajos királyhoz, ennek Budán «quarta feria post festum beati Mathie apostoli» kelt megkeresésére, hogy «Stephani filii Stephani de Kallo» panaszára azt a hatalmaskodást, melyet «Johannes filius Petri hospes de Totkallo et alter Johannes dictus Orros hospes de Nogkallo» a panaszoznak Zasz János familiárisán elkövettek, megvizagáltatta.

## 214.

1355. jun. 27. Az egri káptalan előtt, a Boxa nemzetségből való Tamás fia Miklós az ellen tiltakozik, hogy midőn atyja Tamás, továbbá Mihály és László nagybátyjai, Szécsi Istvánnal Detre fídral minden birtokaikon megosztzkodtak, az osztályba Nagytehna nevű birtoka is fölvetetett.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Nicolaus filius Johannis famulus magistri Nicolai filii Demetrii de Zaluck pro Nicolao filio magistri Thome filii Ladislai de genere Boxa . . in die festi sancti regis Ladislai, anno videlicet Nativitatis domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto . . vice et

nomine eiusdem Nicolai filii Thome per modum protestacionis nobis curavit significare, quod nuperrime prenominatus Thomas pater eiusdem, Michael et Ladislaus patruales sui cum magistro Stephano filio Detrici de Zeech et aliis proximis ac consanguineis ipsorum de eodem genere in universis possessionibus et porcionibus eorum possessionariis ubilibet existentibus et quocumque nomine vocitatis inter se fecissent divisionem perpetuo duraturam; ad quam quidem divisionem quandam possessionem eiusdem Nicolai Tehna vocatam in comitatu Zemliniensi, ut dicitur, existentem ab avo et predecessoribus suis sibi remanentem ad dictam divisionem apposuissent et immiscuissent, contra eiusdem Nicolai prohibitionem et eciam in preiudicium suum non modicum et iacturam; quos quidem patrem et patruales eiusdem Nicolai a quovis colore de se alienacionis, annotatum vero magistrum Stephanum ac quoslibet alios ab occupacione dicte possessionis sue Nogtehna specialiterque ipsam possessionem cum molendinis suis, a subieccione dicte divisioni idem Nicolaus filius Thome prohibendo et pretaxatus Nicolaus filius Johannis procurator suus dictas partes utpote annotatum magistrum Thomam patrem, item magistrum Stephanum filium Detrici, Johannem filium Thome filii Simonis, Petrum filium Francyk, Demetrium et Dionisium filios Gregorii de Agouch proximos eiusdem Nicolai, item Johannem dictum Ewry annotatorum Michaelis et Ladislai filiorum Thome, Johannem filium Ladislai, Nicolai et Francisci filiorum Nicolai filii Boxa, item dictum magistrum Petrum Boxa fratris sui et Dominici filii Cosme, item prelibatum magistrum Stephanum, Georgii filii Nicolai et Andream filium Clementis, Ladislai et Simonis ac ceterorum filiorum Thome filii Simonis procuratores presentibus et audentibus, tribus domini palatini hominibus et tribus testimoniis nostris tunc nostri in presencia adherentibus facie ad faciem instanter prohibuit coram nobis, in persona Nicolai filii Thome supradicti. Datum die et anno prenotatis.

Hátlapján pecséttel; eredetije a N. Muzeuumban a Soós cs. Itárában.

215.

*1355. jun. 29. Az egri káptalan előtt, a Boksa nemzetségből származó László fia Tamás és rokonai, az ezeni Csapiak ősei, az ugyanazon nemzetségből származott Tamás fia Jánossal, a Szrittei család őseivel és ennek rokonaival szabolcs-, ung- s zempléncvármegyei birtokaikon megosztóznak.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus (. . .) (Thomas) filius Ladislai filii Thome de genere Boxa pro Michaele et Ladislao filiis eiusdem Ladislai, Johannes dictus Ewr famulus (. . . .) ex una et magister Johannes filius Thome filii Simonis de Z(. . . . .) vero et Ladislao filiis eiusdem Thome, Andreas filius Clementis.. parte ab altera coram nobis constituti, in quibusdam possessionibus ipsorum infranominandis (. . . .) magnifici viri domini Nicolai.. palatini ac testimoniis nostris tempore adequacionis et divisionis universarum possessionum et porcionum possessionariarum nobilium et proximorum suorum de generatione Boxa per ipsos pro meliori commodo in (. . . . .) autem mature super hoc deliberantes, pari eciam voto et per modum pacificum in locis sessionalibus talem inter se divisionem perpetuo duraturam nobis fecisse asseruerunt: quod recta dimidietas possessionis ipsorum Ezen in comitatu de Zaboch, ut refertur, adiacentis cum dimidietate quorundam (. . . . .) locorum in una insula ibidem existencium, a plaga occidentali et a parte fluvii Tichya habita, prenominitis filiis Ladislai filii Thome, alia autem dimidietas eorumdem a parte orientis annotatis filiis Thome filii Simonis; item recta dimidietas possessionis eorum Okteluk nuncu (. . . . .) in eodem comitatu habite, a plaga septemtrionali, dictis filiis Ladislai filii Thome et alia dimidietas ipsius a parte meridionali pretactis filiis Thome filii Simonis; item equalis dimidietas cuiusdam possessionis ipsorum Rath appellate in comitatu Ungh existentis, a plaga meridionali prelibatis filiis Ladislai filii Thome, a parte vero orientis prenotatis filiis Thome filii Simonis; item quandam possessionem ipsorum Chep vocatam in dicto comitatu Ungh existentem taliter divisissent, quod quia in ipsa possessione tres linee seu platee haberentur, ideo una platea eiusdem a parte septemtrionis cum recta dimidietate tercie

platee a parte meridionali, sepedictis filiis Ladislai filii Thome, alia vero platea ipsius a plaga meridionali cum recta dimidietate eiusdem tercię platee a parte septemtrionis modo alternativo adiacenti preallegatis filiis Thome filii Simonis; item una et equalis dimidietas cuiusdam possessionis ipsorum Bozza nuncupate in comitatu Zemlyniensi intra fluvios Bodrug et Lyka, ut dicitur, habite a parte eiusdem fluvii Bodrug, pretactis filiis Ladislai filii Thome et alia dimidietas ipsius a parte dicti fluvii Lyka sepedictis filiis Thome filii Simonis; item recta dimidietas possessionis ipsorum Pernow vocate semper in dicto comitatu Zemlyniensi existentis, a plaga meridionali, memoratis filiis Ladislai filii Thome alia vero dimidietas ipsius a parte septemtrionis dictis filiis Thome filii Simonis; item equalis dimidietas possessionis ipsorum Polyanka, in prefato comitatu Zemlyniensi situate, a parte occidentis filiis Ladislai filii Thome et alia dimidietas eiusdem a parte orientis, pretactis filiis Thome filii Simonis; item recta dimidietas possessionis ipsorum Stan Koch nuncupate, in dicto comitatu Zemlyniensi existentis, a parte orientis memoratis filiis Ladislai filii Thome et alia dimidietas, a parte occidentis annotatis filiis Thome filii Simonis; item una equalis dimidietas possessionis ipsorum Kereplya vocate, semper in dicto comitatu Zemlyniensi habite, a plaga orientali, prefatis filiis Ladislai filii Thome, alia vero medietas eiusdem a parte occidentis memoratis filiis Thome filii Simonis; item una porcio in dicta capitali possessione ipsorum Zeech habita, et in recta dimidietate loci unius ville seu possessionis in quadam silva ipsorum communi ad castrum Porustyan pertinenti, adhuc fiendi et habitatoribus decorandi, alia vero porcio in prescripta possessione Zeech existens, cum alia dimidietate ipsius fiende et locande possessionis, annotatis filiis Thome filii Simonis cum universis utilitatibus et pertinenciis earundem ut pote terris arabilibus, pratis, silvis, nemoribus, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis, ecclesiarum et capellarum patronatibus, pecorum ac pecudum ac gregum pascuis necnon porcionibus et lucris in dicto castro Porustyan et tributo in ipsa possessione Zeech exigi consveto habitis facta divisione cessissent possidende . . in filios filiorum suorum . . Et quia terras campestres silvas et alias predictas utilitates earundem porcionum propter quasdam neces-



sitates eos ad presens urgentes nondum inter se dividere potuissent, ideo ipsi preallegatas extrinsecas utilitates memoratorum possessionum sic divisarum tam pro se ipsis quam iobagionibus ipsorum adhuc ad communem usum reliquissent et reliquerunt coram nobis. . Datum in die festi Petri et Pauli apostolorum beatorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; az elején hibás eredetije a sóvári Soós es. Itárában a N. Muzseumban. V. ö. II. köt. 396. szám.

## 216.

*1355. Buda, jul. 1. Szécsi Miklós országbíró előtt, Forgács András és Kozmáli András, Zobonyai Lászlót Ezdege nevű nyitraudm megyei birtok elidegenítésétől, Magyar Istvánt pedig annak megvételétől tiltják.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie. . comitatusque de Thuruch tenens honorem, damus pro memoria, quod Andreas dictus Forgach et alter Andreas de Kozmal in suis (. . . . .) suorum personis ad nostram accedendo presenciam per modum prohibitionis et protestacionis nobis significare curarunt, quod magister Stephanus dictus Magyar quendam possessionem Ezdege vocatam ipsis de iure pertinentem in comitatu Nitriensi existentem, magistro Ladislao filio Zobonya vendere et perpetuare niteretur; unde ipsi faciendo huiusmodi protestacionem, prefatum magistrum Stephanum a vendicione. . prefatum vero magistrum Ladislaum et alios quoslibet ab emicione. . et alia quavis callida in dominium prefate possessionis Ezdegee se intromissione prohibuerunt contradicendo. . coram nobis. . Datum Bude, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a gr. Forgács es. Itárában a N. Muzseumban.

## 217.

*1355. jul. 1. Az esztergomi káptalan előtt, Ztaysa fia Mochk a nyitrai egyházat örökösül fogadja, annak Hotosa nevű nyitravármegyei birtokát átadván, a miért Istrán nyitrai püspök magát kötelezi, hogy Mochkot s nejét életök fogytáig eltartani fogja.*

Capitulum ecclesie Strigoniensis.. significamus.. quod.. dominus Stephanus.. episcopus Nitriensis et magister sacre teologie ab una, item Mochk filius Ztaysa de Hotoso parte ab altera, in nostram comparentes presenciam, per eundem Mochk filium Ztaysa propositum extitit.. quod quia ipse heredum careret solacio, et in viribus penitus iam esset destitutus, ut nec se nec suam familiam valeret sustentare, ob hoc ecclesiam kathedralem ad honorem beatorum Andree et Benedicti martyrum in castro Nitriensi constructam in heredem suscepisset, ut ipsa corporaliter eundem cum sua familia sustentaret, et eciam eterne beatitudinis premia suis precibus obtineret, ipseque possessionem suam Hotoso vocatam in comitatu Trinchiniensi habitam, cum iure patronatus ecclesie beate Lucie virginis, que in terra sua esset sita, cum omnibus.. pertinenciis, quibus ipse hactenus possedisset eandem, salvis porcionibus et iuribus fratrum et proximorum suorum remanentibus, cum quibus divisionem dudum habuisset et haberet, donasset et coram nobis donavit.. cum pleno dominio proprietati ecclesie dictorum beatorum martyrum et per eam episcopo Nitriensi et episcopatui in perpetuam elemosinam iure perpetuo.. possidendam.. nulum ius sibi vel aliis exinde reservando, ipseque dominus episcopus e converso pro sustentacione dicti Mochk, talem provisionem sibi et sue familie facere assumsit, quod usque ad vitam eiusdem Mochk in unam possessionem dicte ecclesie sue, ubi idem libencius vellet, unum fundum seu mansum liberum ab omni onere census vel collecte seu serviciorum exemptum daret et donaret ad commorandum, et de necessariis victuum ac vestium in ea qualitate sibi et familie sue provideret, quantum de dicta sua possessione Hotoso habere consvevisset, et si de hoc mundo eundem Mochk transire contingeret, hoc idem coniugi sue facere promisit, si residenciam faceret ibidem, si autem recedere vellet, alium statum suscipiendo, tunc sibi

secundum salutem suam idem . . . episcopus provideret . . . Quorum tenorem ad uberiores cautelam de verbo ad verbum nihil addendo nilque diminuendo in nostro registro rescribi faciendo, in custodia seu conservatorio predictae nostre ecclesiae sub sigillo nostro fecimus reponi perpetuo conservandum. Datum per manus magistri Valentini lectoris ecclesiae nostre, in octavis festi beati Johannis Baptiste, anno ab incarnatione domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Az elveszett pecsét sárga és piros selyemszálakon függött, az alsó szélén chyrographummal; eredetije az Orsz. Ltárban. Eppatus Nitriens. 7. 5. dipl. oszt. 4533. Közli: Kovács N.

## 218.

*1355. jul. 4. Erzsébet királyné Kunegunda szülnek, Bulko opuliai herceg leányának, ó-budai Klarissa apácának, egy hévízi félmalmot adományoz, mely ennek halála után a kolostor birtokába megy át.*

Elizabeth . . . regina . . . ad universorum . . . noticiam . . . volumus pervenire, quod nos volentes commodo et victui precesse virginis domine Kenegund vocate, filie videlicet domini Bulkonis ducis Optiliensis sororis nostre karissime, in claustro beate Clare virginis in Veteri Buda per nos de novo constructo in habitu monialium deo creatori omnium famulantis religiosamque vitam ducentis pie providere, ne ea propter defectum cibi sive panis et amictu temporalium, derelicta contemplacione divina, vitam redire cogatur ad activam, medietatem molendini et rote in capite aquarum Calidarum a parte et in vicinitate fratrum cruciferorum sancti Spiritus existentis ad ius regium, mediante iudiciaria sententia iudicis et iuratorum civitatis Budensis, ut in literis privilegialibus eorundem continetur revolutam, per . . . Lodovicum regem . . . mediantibus suis literis privilegialibus nobis in perpetuum datam et donatam eidem domine Kenegond usque vitam eiusdem pacifice possidendam, cum omnibus suis utilitatibus percipiendam ex nutu et permissione eiusdem domini regis duximus conferendam, tali expressione mediante, quod dicta domina Kenegond vita sibi comite in dicto claustro similiter in habitu monialium voluerit commorari, de

nostra voluntate devolvatur, similiter usque vitam eiusdem percipienda et utenda, ipsa vero defuncta predicto claustro et sororibus in eodem commorantibus remaneat perpetue possidenda.. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, quarto nonas mensis Julii.

A pecsét zöld s halványsárga selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. V. Bud. 21. 6. dipl. oszt. 4534. Közli: Kovács N.

## 219.

*1355. jul. 5. A váradi káptalan előtt, az Vbul nemből való Istrán fia Istrán tiltakozik az ellen, hogy Kállai Irán fia Demeter, Semjén és Kér nevű szatmármegyei birtokait, az ő tudta nélkül az Vbul nemzetségből másoknak, különösen László fiának Mihálynak zálogba adta.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis damus (*így*), quod accedens ad nostram presenciam Andreas de Kerch vice et nomine nobilis viri magistri Stephani filii Stephani de genere Vbul nobis est protestatus in hunc modum, quod Demetrius filius Ivan filii Egidii de Kallo porciones suas possessionarias in possessionibus Semyan et Ker vocatis in comitatu de Zathmar existentibus, eodem magistro Stephano irrequisito et non consenciente, quibusdam aliis hominibus sue generacionis scilicet Vbul et Michaeli filiis Ladislai impignorasset in grave preiudicium eiusdem magistri Stephani.. unde facta protestacione vice et nomine predicti Stephani.. prohibuit eundem Demetrium.. ab alienacione earundem possessionariarum porcionum aliis quibuslibet preterquam magistro Stephano memorato in ea parte, qua ad eundem dignoscuntur pertinere.. Datum in dominica proxima post octavas beati Ladislai regis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzenban, a Kállay cs. ltárában.

220.

*1355. jul. 6. Az esztergami káptalan bizonyáglevelé, Kárás és Toth nevű biharvármegyei birtokoknak, Moyza fia Erne, Leel fia György és Villám fia János közt történt felosztásáról.*

Nos capitulum ecclesie Strigoniensis . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum obligatoriarum nobiles viri magistri Johannes vici (*igy*) et Nicolaus de Told milites, Johannes notarius domini archiepiscopi prelati nostri et Georgius filius Tymus et alii probi viri, super facto divisionis possessionum Kavas et Toth vocatarum in comitatu Byhariensi existencium, inter magistrum Erne filium Moyza, Georgium filium Leel et Johannem filium Vyllam de Leel patruales in medio nostri arbitrium facere debuissent, tandem ipsi arbitri . . taliter . . arbitrati extiterunt, quod predictae possessiones in tres partes equales inter ipsos Erne et Georgium ac Johannem dividerentur ita tamen, quod ante omnia molendina, que reparacione indigerent, de pecunia ipsarum trium parcium equaliter solvenda repararentur, et quia ipsas possessiones ipse magister Erne cum magnis serviciis suis et sanguinis sui effusione ab excellentissimo principe Karulo . . rege . . reoptinuisset . . eedem due partes scilicet, filii Villam et filii Leel ipsi magistro Erne et filiis suis viginti marcas restituere tenerentur, si autem ipse due partes restituere vel aliqua ipsarum duarum parcium non posset vel non curaret, tunc easdem parcium vel ipsius partis non solventis in ipsis possessionibus porciones habitas, ipse magister Erne vel filius suus per duos annos pro ipsis viginti marcis possidendi cum omnibus . . pertinenciis ac provenibus liberam haberet et retinendi facultatem . . Datum in octavis festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hártyán, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzéumban, a Justh cs. ltárában.

## 221.

*1355. Buda, jul. 8. Szécsi Miklós országbíró, Biri Lászlónak és társainak Kállai Simon fia Péter ellen folytatott hatalmaskodási perében, miután a panaszosok a bajvívással való bizonyítást nem fogadták el, a panaszoltnak esküt ítél.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod Ladislaus filius Thome de Bery (*ty*) pro se, pro nobili autem domina matre ac Johanne fratre suis . . iuxta continenciam literarum comitis Nicolai Drugeth iudicis curie regie . . predecessoris nostri, in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste ad nostram accedendo presenciam, contra Petrum filium Simonis de Kallou . . proposuit eo modo, quod Petrus filius Simonis unacum Johanne dictis de Zathmar, ac Nicolao filio Gyula famulis suis necnon aliis suis complicibus in festo beati Luce evangeliste, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> tercio preterito, propria sua auctoritate ad domum cuiusdam iobagionis ipsorum nomine Johannis rufi in eadem Kallou habitam veniendo ipsum de eadem extrahi et in loco fori enormiter verberari fecisset, necnon dominam consortem eiusdem Johannis rufi per facies percussisset et eundem Johannem tota die in suis vinculis tormentando tenuisset . . eo non contentus, eodem die ad domum alterius iobagionis eorum nomine Laurencium . . accessisset, quem domi apprehendere nequivisset, sed dominam consortem eiusdem in lecto egritudinis decumbentem extrahi fecisset; postmodum ad domum eorundem nobilis domine et filiorum suorum . . accedendo, de curia eorum unum hominem nomine Stephanum magnum, qui in vinculis ipsorum legitime captus extitisset, excipi et liberari fecisset, lite tamen pendente inter ipsos . . Quibus auditis . . Gregorius de Pazan . . pro predicto Petro filio Simonis assurgendo, eundem in totali premissa accione . . predictarum domine consortis Thome de Byri et filiorum suorum innocentem . . fore affirmavit. Unde quia universe cause trinis literis inquisitoriis declarate vel humano testimonio comprobate uno istorum duorum articulorum videlicet duelli certamine vel iuramenti depositione debito fine regni consvetudine requirente solent termi-

nari, ideo cum predictum procuratorem ipsius Petri filii Simonis in eo, utrum premissa causa certamine duelli vel iuramenti depositione vellet terminari, legitime requisitum habuissemus, idem procurator prefati Petri premissam causam primo certamine duelli, demumque eodem Ladislao ipsum duellum dimicari velle, per ipsos non acceptante, iuramentali depositione eorundem actorum prout conveniret preeligeret terminandam; et quia predictus Ladislaus se et prefatos alios actores super premissis per nos legitime requisitus, nec duellum dimicari facere, nec iuramentum deponere velle asserebat, igitur his perceptis ipsis partibus volentibus.. unacum baronibus regni que nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus commisimus iudicantes eo modo, ut prefatus Petrus filius Simonis vigesimo quinto se nobilibus in octavis festi beati regis Stephani.. in predicto capitulo ecclesie Varadiensis super eo, quod ipse in totali premissa accione.. innocens existat, sacramentum prestare et seriem eiusdem ipse partes in literis capituli Varadiensis ad octavas Nativitatis virginis gloriose.. nobis reportare teneantur. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzenmban, a Kállay családában. Ugyanott megvan a váradi képtalan bizonyáglevelé 1355-ből, hogy Biri Tamás, László és János akkor, midőn Kállai Péter a föntírt esküt huszonötöd magával letette, az ellen, hogy az eskívő társak között nem nemesek is voltak, protestáltak.

222.

*1355. Buda, jul. 8. Miklós nádor, Domokos fia Bebek Istvánnak és Miklós fia Ákosnak, Chetneki László fia Miklós elleni ügyében azért, mert Bebek István a lengyel király segítségére ment, halasztást ad.*

Nos Nicolaus.. palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam quam magister Nicolaus filius Ladislai de Chytnuk, pro quo Stephanus filius Benedicti de Zeek.. astitit contra magistrum Stephanum filium Dominici dicti Bubeek et Akus filium Nicolai filii Benedicti, pro quo quidem Akus Ladislaus filius Gregorii.. comparuit, iuxta continenciam prio-

rum literarum nostrarum in octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste movere habebat coram nobis, quia pro eodem magistro Stephano filio Dominici dicti Bubeek litere patentes domini nostri regis maiori suo sigillo consignate nobis exhibebantur, mediantibus quibus idem dominus noster rex universas causas magistri Stephani prenotati eo, quod in subsidium regis Polonie fratris sui ex suo mandato esset profecturus, ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas, sine omni iudiciali gravamine, prorogari demandabant, prelibatusque Ladislaus procurator eundem Akus absque ipso magistro Stephano eo, quod dicta causa ipsos communiter attingeret, respondere non posse allegabat, pro eo tum iuxta ipsum regale mandatum, tum eciam allegacione domini Ladislai procuratoris percepta, ad easdem octavas festi beati Michaelis archangeli nunc affuturas statu in eodem duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetiye az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 11. dipl. oszt. 4536. Közli: Kovács N.

---

223.

*1355. jul. 15. Az aradi káptalan előtt, Demeter váradi püspök Péterházára és Tenkén két curialis telkét, Pál fiainak Miklósnak és Jánosnak és Péter fiának Baláznak, Csán unokáinak, bihari nemeseknek, Görbed és Jánosdi nevű biharvármegyei birtokaiért cserébe adja.*

Capitulum ecclesie Orodensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constituti in nostri presencia . . magister Cosmas, Varadiensis, Jauriensis et nostre ecclesiarum canonicus vice et nomine . . Demetri . . episcopi Varadiensis . . ab una parte, ex altera vero Nicolaus et Johannes filii Pauli filii Chanac Blasius filius Petri nobiles de Gurbed et de Janusd . . sunt confessi huiuscemodi contractum possessionarie permutacionis se fecisse . . et coram nobis fecerunt . . perpetuo duraturum, itaque, quod iidem Nicolaus et Johannes filii Pauli ac Blasius filius Petri possessionarias porciones ipsorum, tam titulo hereditarie successione, quam empcionis ad eos pertinentes in eisdem



Gurbed et Janusd habitas in comitatu de Byhor existentibus cum omnibus.. pertinenciis eorundem.. que nunc sunt vel esse possunt in futurum, iure patronatus, locis sessionum, terris.. et quibuslibet aliis.. contulissent ac coram nobis.. contulerunt eidem domino Demetrio episcopo Varadiensi ac sue ecclesie et per eum suis successoribus iure perpetuo.. possidendas.. assummentes.. in eisdem possessionariis porcionibus sepedictum.. episcopum et suos successores ab omnibus impetitoribus tam ratione quarte filialis, quam dotis et rerum parafernalium necnon a vicinis et commetaneis conservare.. E converso autem idem magister Cosmas.. nomine prelibati.. episcopi, eisdem Nicolao et Johanni filiis Pauli et per eos eorum heredibus.. unum fundum seu unam curiam liberam, ab omni exactione exemptam, preter decimas in villa Peterhaza vocata, vicina et commetanea ville Kuleseer existenti, qui vel que extitit filiorum Ched, similiter cum omnibus pertinenciis suis.. item prefato Blasio filio Petri in villa Tenke similiter unam curiam seu fundum unum, qui vel que olim extitit Andree dicti Semes, in quo fundo post hoc officiales eiusdem.. episcopi habitaverunt, simulcum omnibus.. pertinenciis eiusdem.. que ad usum unius curie integre sufficere possunt, iuxta ritum et consuetudinem predictarum villarum similiter iure perpetuo.. in filios filiorum suorum.. titulo permutacionis.. contulit pure et simpliciter possidendos seu possidendas, eciam preter decimas, porcos vero ipsorum iidem nobiles prescripti ad quamcunque silvam cuiuscunque possessionis ipsius episcopatus propter pascua ad glandines depelli facerent, nullam decimam, nullumque lucrum de eisdem, similiter de apibus ipsorum ad loca Mehleu vulgariter vocata eidem episcopo et suis successoribus dare et persolvere teneantur, adductis seu adducendis, renunciatis omni iuri idem magister Cosmas in persona prefati.. episcopi, quod hactenus idem.. episcopus et sui predecessores habuit seu habuerunt in fundis prelibatis, nec post hoc iidem nobiles et eorum heredes ignobiles censeantur, nec quisquam eis et eorum heredibus ignobilitatis seu popularis notam obicere valeat nunc et in futurum, hoc tamen expresso, quod si iidem aut alter ipsorum sine liberis decesserit seu decesserint, extunc iidem fundi seu fundus ipso facto redibunt in ius et proprietatem episcopatus Vara-

diensis prenotati, nec eosdem fundos vendere seu alienare iidem nobiles et sui heredes ullo unquam tempore aliis possint preterquam ecclesie prelibate, nec eosdem nobiles quispiam villicus seu officialis aut iudex iudicare possit, preter personam.. episcopi et suorum successorum, et quia prelibate possessionarie porciones maioris valoris et carioris precii existerent, quam curie seu fundi prenotati, ideo idem.. dominus episcopus in supplementum huiuscemodi defectus agens conscienciose faciendo congruam compensacionem eisdem nobilibus decem et octo marcas rationis Budensis super addidisset, marcam quamlibet quinquaginta sex grossis computando, et insuper octo boves et unum stamen panni de Papring eisdem dedisset ex quadam liberalitate, que omnia iidem nobiles recepisse ab eodem.. episcopo sunt confessi plene et integre.. Datum feria quarta proxima post festum beate Margarete virginis et martyris, per manus magistri Jacobi lectoris ecclesie nostre, magistro Petro cantore, Petro custode, magistris Johanne de Halmy, Paulo, Andrea ac aliis fratribus et canonicis ecclesie nostre.. anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 26561. Közli: Kovács N.

## 224.

*1355. Deda, jul. 17. Beregvármegye ispánja és szolgabírái előtt, Perényi István királyi ember jelenlétében, Istrán fia Istrán bodolói nemes panaszát, a várú népek hatalmaskodása ügyében, tizenkét eskütt férfú valónak bizonyítja.*

Nos magister Morochuk comes de Bereg et quatuor iudices nobilium de eadem, memorie commendantes, quod in quadam congregacione nostra generali in persona serenissimi Lodovici regis in festo Divisionis apostolorum in villa Deda universitati nobilium et ignobilium dicti comitatus celebrata, presente magistro Stephano de Peren homine regis, magister Stephanus filius Stephani nobilis de Bodolou de medio universorum consurgens dixit, quod hospites universi de villa Vary anno in presenti potencialiter ad possessionem suam antedictam venissent, duos iobagiones suos cum omnibus suis bonis ad supradictam

Vary conduxissent, viros et mulieres percussissent, qua facta duodecim iurati assessores per predictos hospites de Vary fecisse affirmaverunt.. Datum in supradicta villa, tercio die festi supradicti, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján öt pecsét nyomaival ; eredetije a N. Muzenumban, a Kállay ca. ltárában. Ugyan a fõntebbi napon Bodolai István a thorpai hospesek ellen hasonló panaszt emelt, mirõl egy külön bizonyságlevél megvan u. o.

## 225.

1355. Naysvárád, jul. 20. Miklós nádor, Tárnok nærü biharcármegyei birtokot, mely Tárnoki Pous fiai proscriptiója következtében red szállott, rokonainak Jakabnak és Pálnak, Dózsa fainak adományozza.

Nos Nicolaus.. palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum nos ob regie serenitatis preceptum generalem congregacionem universis nobilibus comitatus Bihoriensis celebrassemus, qui quidem universi nobiles iuratique assessores eiusdem comitatus Bihoriensis in nostram exurgentes presenciam, filios Pous de Tarnuk nomine proscipcionis note de medio ipsorum nobis tradiderant, ex eoque annotata possessio ipsorum Tarnuk nuncupata racione premissae proscipcionis note nostris manibus extiterat devoluta ; tandem nos ad instantissimis petitionibus (*igy*) magistrorum Jacobi et Pauli filiorum magistri Dose proximorum nostrorum, racione proximitatis dictam possessionem Tarnuk cum omnibus suis utilitatibus.. eis et eorum heredibus.. eo iure, quo nobis pertinere dignoscitur, perpetuo duximus conferendam, salvis iuribus alienis.. Datum in Varadino, feria secunda proxima post festum Divisionis apostolorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel ; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1509. 26. dipl. oszt. 4540. Közli : Kovács N.

## 226.

*1355. Buda, jul. 28. I. Lajos király Miklós mestert, makoviczai vár-nagyot, a vár tartozékaiban, különösen a Gybolchon feltalálható arany és ezüst bányák igazgatójává nevezi.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod quia referente magistro Nicolao filio Jacobi castellano de Makavicha fidele nostro, intelleximus, quod in tenutis et pertinenciis dicti castri Makavicha, specialiter super villam Gybolch vocatam, bona procuracione mediante, minere auri vel argenti aut alterius alicuius metalli forent reperiende. Ideo nos, ut huic invencioni dictarum minerarum iamdictus magister Nicolaus filius Jacobi, operam det sollerciozem, diligenciozemque curam gerat, commisimus eidem, ut apparicioni et invencioni fodine dictarum minerarum in pertinenciis ipsius castri inveniendarum, insistat. Et dum ipsas domino annuente invenerit, rector earumdem existat more et consuetudine aliarum montanarum regni nostri, universosque redditus et proventus nostros, qui nobis de eisdem secundum libertatem ceterarum montanarum nostrarum debent provenire, dictus magister Nicolaus fideliter amministret nostre maiestati. Datum Bude, feria tertia proxima post festum beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto.

Hártyán, hátlapján a nagy felségi pecséttel; eredetije a N. Muzeuumban, a Motesiczky cs. ltárában.

## 227.

*1355. Buda, aug. 15. I. Lajos király a váradi káptalant kiküldi, hogy Encsencsi György fia János lednyait, Agnest és Scolastikát, Szaniszló és Nagykároly nevű szatmárvármegyei és Léta nevű szabolcsvármegyei birtokokba iktassa be.*

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Varadiensis . . Dicitur nobis in persona nobilium dominarum Agnes et Scolastica vocatarum filiarum videlicet Johannis filii Georgii de Enchnench (igy), quod ipse in dominium possessionariarum porcionum videlicet medietatis possessionis Zanizlo et terre Nogkarul vocate in co-

mitatu Zatmariensi existencium necnon porcionis possessionarie in possessione Leta habite, in comitatu de Zaboch existentis, per predictum Johannem patrem earum ipsis, mediantibus literis vestris privilegialibus, pro dote et rebus parafernalibus necnon pro centum marcis domine matris earum ac quarta filiali eis traditarum, legitime vellent introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Alexander de Petri vel Dominicus de Chasar aut Johannes filius Petri de Panyla aliis absentibus homo noster predictas dominas in dominium predictarum possessionariarum porcionum, presentibus vicinis et commetaneis earundem legitime introducat et statuatur ipsas in eisdem iure, quo ad easdem dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra predictas dominas ad nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem ipsius statucionis . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, in festo Assumcionis virginis gloriose, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

A váradi káptalannak 1355. sept. 21-én kelt s az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 4545. sz. n. őrzött eredeti jelentéséből, mely szerint a midőn a káptalan kiküldöttje és a király embere a beiktatást teljesíteni akarták „Michael filius Georgii de Zonyzlo frater patruelis dictarum dominarum uterinus” ellent mondott.

228.

*1355. Fejértő aug. 16. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabirái előtt, Horon György Oroszi Simon fiát Petrest, tartozásának megfizetéséről nyugtatja.*

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii Abre vicecomes de Zabolch et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum solucionalium, sabbato proximo ante festum beati regis Stephani, magister Petres filius Simonis de Urus Georgio de Horon, minus uno fertone quatuor marcas coram nobis solvere debuisset, ipse namque termino adveniente partes predictae

comparuerunt propriis in personis ut debebant, et idem magister Petres antedictus eidem Georgio supradicto easdem quatuor marcas, fertone postposito, persolvit coram nobis, ut debebat, plene et integre et est absolutus, item in quocunque termino usque huc contra Georgium sepedictum magister Petres filius Simonis antedictus convictus extiterat, Georgius sepe nominatus magistro Petro relaxavit expeditum coram nobis. Datum in Feyrthou, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Kállay családában.

## 229.

*1355. Buda, aug. 20. I. Lajos király előtt, Reguni Tamás fia István, Magyar Pált és nejét, Bach nevű szabolcsvármegyei birtok elidegenítésétől, másokat pedig annak megvételétől szomszédjogon tiltatja.*

Nos Lodovicus . . rex . . damus pro memoria, quod in persona Stephani filii Thome de Regun Dionisius dictus Magyar extitit protestatus, quod, prout ipse percepisset, Paulus dictus Magyar et domina consors sua quandam possessionem eorum Bach vocatam in comitatu de Zaboch existentem quibusdam alienis vendere niterentur, que tamen possessio ratione vicinitatis et propinquioris commetaneitatis nemini alteri nisi eidem Stephano competeret ad emendum; unde facta huiusmodi protestacione predictum Paulum dictum Magyar ac dominam consortem suam antedictam a vendicione vel quovis modo alienacione predicte possessionis, alios vero quoslibet ab emcione vel quomodolibet se intromissione in eandem facta vel facienda prohibuit in persona eiusdem contradicendo et contradixit prohibendo . . Datum Bude, in festo beati Stephani regis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

230.

*1355. Buda, aug. 22. László császári prépost s titkos cancellár előtt, Olaszi Balázs fia Pál tisztjének megöléseért, Olaszi Feuldruch fia László és Beke fia Feuldruch, százharmincz két forint fejráltság megfizetésére magukat kötelezik.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . regis . . memorie commendamus, quod Johannes filius Bogizlo pro Paulo filio Blasii de Olazy . . ab una, item Petrus filius Francik de Zeredabel pro Ladislao filio Feuldruch de Olazy et Feuldrub filio Beke de eadem . . onus Petri filii Deseu de Kisfalud . . super ipsum Ladislaum in hoc facto assummendo, parte ab altera, coram nobis comparentes, in facto mortis Pauli filii Abrae de Karthal condam officialis dicti Pauli filii Blasii de eadem Olazy, ipsas partes taliter concordasse sunt confessi, ut iidem Ladislaus, Feldruch filius Beke et Petrus filius Deseu scilicet quilibet eorum terciam partem pecunie infrascripte, et pro eodem Petro filio Deseu eciam idem Ladislaus centum triginta duos florenos promptos, nulla pecunia alia inclusa, ipsi Paulo filio Blasii in quatuor terminis infrascriptis, scilicet quartam partem dicte pecunie centum triginta duorum florenorum, in octavis beati Michaelis archangeli, aliam quartam partem eiusdem in octavis beati Georgii martyris, iterum quartam partem ipsius pecunie in octavis beati Jacobi apostoli, festorum scilicet proxime post se se venturorum, et residuam quartam partem ipsorum centum triginta duorum florenorum in revoluzione annuali predictarum octavarum festi beati Michaelis archangeli nunc venturi, scilicet in quolibet dictorum quatuor terminorum singulos triginta tres florenos coram capitulo ecclesie Strigoniensis solvere tenerentur, penam dupli ipsius pecunie, contra dictum Paulum filium Blasii incursum, si aliquem dictorum terminorum preterirent in solvendo; videlicet quilibet eorum pro negligencia sue solutionis, dictus vero Ladislaus eciam pro ipso Petro filio Deseu remaneret eo facto, sicque dicto termino ultimo elapso et ad eos dicta pena aggregata, statim idem Paulus filius Blasii super dicta morte et omnibus suis accionibus aliis contra ipsos Ladislaum, Feldruch et Petrum filium Deseu iuxta series literalium

suorum instrumentorum et iurium causas suas de iure prosequendi haberet facultatem. Si vero dicta pecunialis solucio suo modo affieret, tunc idem Paulus filius Blasii de sua et de domine relicte ipsius Pauli filii Abrae, Konya filii et eciam filie predicti Pauli filie Abrae parte, super dicta morte eiusdem in predicto ultimo termino sufficientes literas expeditorias predicti capituli Strigoniensis in eodem capitulo prescriptis Ladislao filio Feldruh et Petro filio Deseu dari et emanari facere tenerentur, prout ipsi parcium procuratores affirmarunt omnia premissa coram nobis. Ita quod dictum capitulum Strigoniense in omnibus predictis terminis suas literas partibus super premissis, sicut convenit, dari facere deberent, et emanari. Datum Bude, in octavis festi Assumptionis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Csicseri cs. ltárában.  
Közli: Kovács N.

## 231.

*1355. sept. 9. A székesi káptalan előtt, Els asszony, Fülefalvi Jakab lednya Herolt neje, fia és unokája nevében, fulefalvi birtoka nyolczad-részt, Fülefalvi János fiának Helpusnak, nyolcz finom ezüst markáért örök áron átengedi.*

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus memorie commendamus, quod nobilis domina Els vocata, consors Herolt, filia Jacobi filii Mechlr de Phylefalua, una cum filio suo Jacobo ac Ziuert filio Petri nepoti suo ab una, ac Helpus filius Johannis de eadem parte ab altera coram nobis personaliter constituti, idem domina Els ac Jacobus filius suus et Ziuert filius predicti Petri sunt confessi . . quod ipsi octavam partem porcionis possessionarie ipsorum unius aratri ipsos contingentem, in predicta Phylefalua prescripto Helpus filio Johannis pro octo Marcis fini argenti vendidissent . . irrevocabiliter . . possidendam . . nil domini ipsi reservando, insuper assumserunt prenotati domina Els cum Jacobo filio suo et Ziuert filio Petri nepoti suo, omnes literas quas ipsi haberent contra prenominatum Helpus filium Johannis, illas ipsi omnino commisissent frivolas et inanes et



exhibitoribus earum nocituras. Datum in crastino festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeuumban. Közli Kovács N.

## 232.

1355. sept. 14. A vasvári káptalan előtt, Mákfai Pető fia Miklós, nővérének leánynegyedi illetőségét, Mákfa nevű birtokból kiadja.

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Nicolaus filius Petew de Makua coram nobis personaliter comparendo confessus extitit . . eomodo, ut ipse predictam possessionem suam Makua vocatam cum omnibus suis . . pertinentiis . . nobilebus dominabus sororibus suis, filiabus predicti Petew, videlicet Elena vocata consorti Jacobi filii Ladislai, rufi de Beztered et alteri domine Clara vocate, coningi Nicolai filii Michaelis de Fanchka ac Margaretha vocate flore virginali nitente, pro quartis filiarum ipsarum de universis possessionibus prefati Petew patris earum ipsis debentis . . contulisset perpetuo . . possidendam . . in filios filiorum . . imo . . contulit coram nobis . . Datum in festo Exaltacionis sancte crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 7. 34. dipl. oszt. 4547. Közli: Kovács N.

## 233.

1355. sept. 19. A veszprémi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Megyeri Varju Benedek nejét, Kaldi Egyed leányát megillető leánynegyedi jog megállapíthatása végett, Kald, Gely, Herén és Szenesc nevű birtokokat hatrannyolcz márkára becsülték.

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Vesprimiensis . . Noverit vestra sublimitas regia, quod cum nos iuxta continenciam literarum domini Nicolai comitis de Ze(ech) iudicis curie vestre maiestatis, comitatusque de Turuch tenentis honorem, formam iudicarie sue sentencie et modum suo ordine seriatim exprimencium . . unacum Valentino de (. . .) mulch

pro parte nobilis domine consortis magistri Benedicti Varyu (de Meger) actoris, ac Stephano magno filio Benedicti de Sehter, pro parte Parys et Simonis filiorum Egidii de Kald, fratrum scilicet eiusdem domine, in causam attractorum hominibus vestre celsitudinis, quorum nomina in eisdem literis pro presenti processu faciendo inter aliorum nomina inserta habebantur, discretum virum magistrum (. . . . .) cantorem prefate ecclesie nostre socium et concanonicum nostrum et Johannem presbyterum rectorem altaris sancte crucis, in corpore (. . . . .) existentis, ac ebdomadarium chori nostri homines nostros pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos duxissemus transmittendos, (. . . .) iidem . . . recitarunt, quod ipsi in octavis festi Nativitatis virginis gloriose proxime nunc preteritis et aliis diebus subsequentibus ad hec sufficientibus, ad facies quarundam possessionariarum porcionum olim dicti Egidii de Kald patris eiusdem domine consortis magistri Benedicti, nunc apud manus eorundem Parys et Simonis filiorum eiusdem Egidii in possessionibus infradeclarandis scilicet in Kald, in Gely, in Heryn et in Zynisse habitaram et existencium, de quibus eadem domina pro iure quarte sue puellaris et iuxta regni consuetudinem debet porcionari, accessissent, ibique vicinis et commetaneis earundem possessionariarum porcionum universis legitime convocatis et inibi congregatis, eisdemque filiis Egidii personaliter, pro ipsa vero nobili domina Gregorio dicto Varyu, legitimo procuratore ipsius domine . . . ibidem astantibus, dictas possessionarias porciones per veras suas metas et antiquas . . . reambulassent, factaque reambulacione et metali distincione regali mensura easdem mensurare nequeantibus, iidem homines vestre maiestatis presentibus ipsis nostris testimoniis prout visu earundem qualitatem, quantitatem, ac utilitatem et fructuositatem considerare valuisent, easdem simul cum earum utilitatibus universis, ut consuetudo regni vestri ab antiquo usitata et aprobata requirit et exposcit, pro septuaginta marcis denariorum latorum viennensium pro tempore currencium (minus) duabus, conscienciose estimassent . . Datum sabbato proximo ante festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredeti je a N. Muzenmban. Ugyanott megvan a veszprémi káptalan bizonyságlevelé 1355. sept. 9-rol, mely

szerint Rezneki Mihály fia Miklós kijelentette, hogy anyját Erzsébet asszonyt Káldi Egyed leányát, utóbb Némai Nana fiának Lorándnak nejét illető leánynegyedi járandóságot, Káldi Egyed fiának Párisnak és Simonnak elengedte.

## 234.

*1355. Buda, sept. 22. László császári prepost s királyi titkos kancellár előtt, Jakab fia János és Pál fia Péter péczeli nemesek, egyik nemzetségbeli magvaszakadt fivéröknek hátrahagyott birtokrészét Péczelen Pest vármegyében, rokonsági szeretetből Peturman fiának Jakus mesternek átengedik.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmenais, comes capelle et secretarius cancellarius . . regis . . memorie commendamus, quod Johannes filius Jacobi et Petrus filius Pauli filii eiusdem Jacobi nobiles de Pechul, coram nobis personaliter constituti . . confessi extiterunt . . quod ipsi totalem porcionem possessionariam Nicolai filii Michaelis fratris eorum generacionalis absque filiorum solacio iam defuncti, in dicta possessione Pechul in comitatu Pestiensi existentis habitam, ipsis iure successionis devolvi debendam, ob sincere dileccionis proximitatem magistri Jakus filii Peturmani condam iudicis Pestiensis, sicut prefati eorum patres et generacionales proximi eundem magistrum Jakus in dictam possessionem Pechul pro vero vicino et generacionali proximo assumissent, sic et eodem modo ipsi ipsum magistrum Jakus pro vero generacionali proximo et vicino ac commetaneo ad dictam possessionem Pechul in eorum medium assumendo, ex eorum parte cum omni plenitudine iuris ad prescriptam porcionem possessionariam spectantibus, eidem magistro Jakus et suis heredibus . . perpetuo possidendam dedissent . . imo dederunt . . coram nobis, nullum ius . . reservando de eadem, sed penitus ac per omnia in ipsum magistrum Jakus et eius heredes transferendo, hoc tamen adiecto, quod quandocunque . . tam ipsum magistrum Jakus, quam eosdem Johannem et Petrum aut eorundem heredes, suas possessionarias porciones in prefata possessione ipsos contingentes vendere vel impignorare contingeret, extunc non alteri alicui nec ipse magister Jakus eidem Johanni et Petro, ipse vero Petrus et Johannes eidem magistro

Jakus vendere vel impignorare possent et valeant . . Datum Bude, secundo die festi beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzéum könyvtárában.  
Közli: Kovács N.

## 235.

*1355. Buda, sept. 25. I. Lajos király előtt, néhai István bán fia, Merse nevű tolnavármegyei birtokukat, Solymár és Kovácsi nevű pilisvármegyei birtokokért, a margitazigeti apáczáknak cserébe adják.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod Dionisius magister agazonum nostrorum comes de Karasso et de Kewe, item Nicolaus et Emericus filii Stephani quondam bani pro suis, necnon Stephani et Ladislai fratrum suorum in personis ab una, parte vero ex altera . . frater Ladislaus ordinis fratrum predicatorum prior ecclesie beate virginis de Insula Leporum, pro . . sanctimonialibus eiusdem ordinis sancti Dominici de eadem Insula . . ad nostram veniendo presenciam confessi extiterunt . . quod ipsi in possessionibus eorum infrascriptis tale concambium et permutacionis contractum possessionarium inter se perpetuo duraturum . . fecissent . . quod predicte . . sanctimoniales quasdam possessiones earum, unam, videlicet Salmar vocatam, in comitatu Pilisiensi existentem, per Nana comitem predicte ecclesie beate Virginis ex permissione et consensu Bele olim regis Hungarie . . collatam, item aliam possessionem ipsarum Kezakoachy nuncupatam in eodem comitatu Pilisiensi habitam, per . . Ladislaum regem . . vigoribus literarum suarum privilegialium iamdicte ecclesie beate Virginis donatam, prenominatis filiis Stephani bani et per ipsos eorum heredibus . . iure perpetuo . . possidendas . . contulissent, imo prefatus frater Ladislaus . . in personis iamdictarum . . sanctimonialium . . contulit in presenciam nostre maiestatis, omne ius et dominium, quod eedem in prescriptis possessionibus Salmar et Kezakoachy vocatis habuissent . . in ipsos filios Stephani bani et eorum heredes . . transferendo. E converso autem predicti filii Stephani bani videlicet Dionisius, Nicolaus et Emericus in suis et in personis predicto-

rum Stephani et Ladislai fratrum suorum uterinorum quandam possessionem ipsorum Merse vocatam in comitatu Tolnensi adiacentem per . . Karolum regem . . ipsi Stephano bano patri ipsorum pro suis . . serviciis . . collatam, in concambium pre-nominatarum possessionum Salmar et Kezakoachy vocatarum cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub eisdem metis . . quibus ipsam predictus Stephanus banus pater ipsorum et per consequens ipse . . possedissent predictae ecclesie beate virginis et . . sanctimonialibus . . similiter perpetuo . . possidendas . . contulissent, imo . . contulerunt coram nostra maiestate, omne ius et dominium eiusdem ad eandem ecclesiam beate virginis et sanctimoniales prenotatas per omnia transferendo, tali moderaminis vinculo interserto, quod quelibet parcium partem alteram in dominio prelibatarum possessionum et utilitatum earumdem, sibi ipsis mutua vicissitudine concambialiter traditarum, conservare et ab omnibus impetitoribus . . se se mutuo tenerentur expedire . . Datum Bude, feria sexta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Háttalján a nagy kir. peccét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4549. Közli: Kovács N.

## 236.

*1355. oct. 4. I. Lajos király, Heem unokája Pál fia Benedek kérelmére, Jakabtelek s Erdőtelek nevű veszprémvármegyei birtokokról, 1351. ében kelt adománylevelét megerősíti.*

Lodovicus . . rex . . significamus . . quod magister Benedictus filius Pauli filii Heem aule nostre miles ad nostri culminis presenciam accedendo exhibuit nobis quasdam literas nostras patentes, super collacione quarumdam possessionum nostrarum regalium Jacouteleke et Erdenteleke vocatarum, in comitatu Vesprimiensi existencium, eidem Johanni, Nicolao, Paulo, Petro et Blasio fratribus suis uterinis facta confectas tenoris infra-scripti, supplicantes nostre maiestati . . ut eas . . ratificare et pro eodem ac fratribus suis antedictis nostro dignaremur privilegio confirmare, quarum tenor talis est: Nos Lodovicus . . rex . . significamus, quod nos attendentes inviolabilem fidei

constanciam magistrorum Benedicti et Johannis filiorum Pauli filii Heem aule nostre militum . . quam ipsi (nobis) et sacre nostre regie corone constanter noscuntur exhibuisse, considerantes quoque labores continuos et honera expensarum, que iidem ad honorem nostri culminis subisse probantur, necnon satis grata et accepta (irremissa servicia) eorundem, que ipsi primum . . Karolo . . regi . . suis temporibus, ac domino ipso patre nostro, volente domino, de medio sublato, nobis in cunctis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis fortuitis et inopinatis casibus se exponentes, non parcentes rebus nec personis pro exaltacione nostri regii regiminis et augmento rei publice ab evo puericie eorum nobis adherentes, cum summa sollicitudine et evigilanti cura, omnique fervore fidelitatis exhibuisse scimus (tempore) sentimus in presenti et exhibituros pro firmo credimus in futurum, racione quorum licet ipsi multo plura et ampliora a nobis mererentur, in particularem tamen serviciorum eorundem retribucionem, quasdam possessiones nostras regales Jacouteleke et Erdeuteleke vocatas in comitatu Vesprimiensi existentes, habitatoribus destitutas, cum omnibus earum utilitatibus . . in superficie earum existentibus, sub omnibus his metis et terminis quibus easdem usque ad hec tempora tenuerunt et conservaverunt, eisdem magistris Benedicto et Johanni ac per eosdem Nicolao, Paulo, Petro et Blasio fratribus ipsorum uterinis et eorum heredibus nove donacionis nostre titulo eo iure, quo ad nostram dignoscuntur pertinere collacionem . . contulimus perpetuo . . possidendas . . imo . . conferimus in his scriptis, sine tamen preiudicio iuris alieni . . Datum Bude, in festo beati (. . . .) M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo primo. Nos itaque humillimis supplicacionibus predicti magistri Benedicti favorabili pietate exauditis predictas literas nostras in nulla sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus insertas quoad omnes suas continencias acceptamus, ratificamus et approbamus ac easdem et collacionem possessionariam expressam in eisdem pro eodem magistro Benedicto suisque fratribus antedictis perpetue confirmamus salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem concessimus literas nostras privilegiales duplicis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini

Nicolai episcopi Zagradiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto, quarto nonas Octobris, regni autem nostri anno quartodecimo. Venerabilibus. \*

A régibb pecsét romjai veres selyemsodraton függnnek, az 1364. évben «sexto nonas Februarii Benedictus filius Pauli filii Heym comes Posoniensis ac Petrus et Nicolaus, uterini nec non Ladislaus filius Johannis patruelis fratres» részére kiadott megerősítő záradékkal; eredetije a N. Muzéum könyvtárában. Közli: Kovács N.

## 237.

1355. Gömör, oct. 12. Az egri püspök helyettesének bizonyáglevelé, hogy a kiküldött lelkészek Demeter fiának Bata Istránnak Belesér nerü birtokára kimenvén, ott Bata leányának Anychnak, Demeter ellen megítélt lednyegyedi járandóságát kiadták.

Nos Georgius sacerdos de Deresk vice vicarius . . magistri Dominici prepositi ecclesie beati Thome martyris de promontorio Strigoniensi, vicarii . . Nicolai . . archiepiscopi predicti loci Strigoniensis, in provincia Gumuriensi, tenore presencium significamus . . quod Petrus de Bast, Laurencius de Aynasken, Lucas de Simoni ecclesie sacerdotes et rectores personaliter coram nobis comparentes, per eosdem . . propositum extitit . . quod ex nostro literatorio precepto, in octavis beati Michaelis archangeli proxime preteritis, ad faciem particule possessionarie Demetrii filii Stephani filii Bata, Belesser vocatam accessissent, ibique convocatis vicinis, proximis et commetaneis ipsius Demetrii et possessionis Belesser et nullo ex ipsis commetaneis vicinis et proximis . . prohibente . . predictus Demetrius filius Stephani presentibus ipsis, rectam quartam partem sue particule possessionarie in ipsa Belesser existentem cum omnibus . . pertinenciis . . domine Anich filie Bata, prout eadem domina super ipsum Demetrium ordine iudiciario coram nobis adquisierat exdisset (*igy*), perpetualiter in filios filiorum possidendam . .

\* Következnek az egyház és országnagyok nevei, l. Fejér. l. m. IX. 2. 389. Balázs tinnini püspök neve azonban nem fordul elő. Kont Miklós erdélyi vajda pedig meg van nevezve.

ita tamen, ut cum loco sessionali illo, in quo prius predicta domina Anich mansisset, eandemque latitudine usque ad fluvium Gortua, ac silvam et nemora communiter uti permisisset, et post hec ipsi personaliter astantes permiserunt coram nobis, volentibus eciam predictis partibus, ut ad aliquod venerabile capitulum presentes litere nostre deportarentur, ipsum capitulum cum literis ipsorum confirmarent seu solidarent . . Datum in villa Gumuriensi, feria secunda proxima post predictas octavas beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Az esztergomi káptalannak 1381-ben kelt a István esztergomi érkanonok, mint Beleséri István fia Demeter megbízottja kérésére készült átiratából, melynek eredetijét a Vay ca. daróczi ltárában őrzik.

## 238.

*1355. Visegrád, oct. 13. Szécsi Miklós országbíró a nyitrai káptalannak meghagyja, hogy Jakab fia Anda és Forgács András közt föntforgott perben, a felmutatott levelek alapján, Zelepcsén nevű birtok határait pontosan állapítsák meg.*

. . capitulo ecclesie Nitriensis comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . Noveritis, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in octavis festi beati Michaelis archangeli, Anda dictus Papuuy filius Jacobi in causam attractus, quasdam duas literas privilegiales, unam domini Andree olim regis Hungarie felicis recordationis, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tricesimo quarto et aliam domini Bele condam illustris regis Hungarie clare memorie, in anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo confectas ab una, Andreas dictus Forgach quasdam literas vestras privilegiales in anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> vigesimo nono emanatas parte ab altera, contra se se in facto possessionis Zelepchen vocate, quam quidem possessionem Zelepchen ipse Andreas tempore propositionis sue hereditariam fore allegarat, simul cum aliis instrumentis eorum, si que in facto eiusdem possessionis haberent confecta, exhibere debuissent coram nobis; tandem ipsis octavis advenientibus, prefatus Andreas dictus Forgach . . ab una, item Nicolaus filius



Gregorii . . pro ipso Anda filio Jacobi parte ab altera ad nostrum iudiciarium accedentes conspectum, primo idem procurator ipsius Anda premissas duas literas privilegiales dominorum Andree et Beele . . regum Hungarie nobis presentavit, in quarum unius videlicet ipsius domini Andree regis litere tenore habebatur, quod cum homines de villa Zelepchen Mylos (*stb. l. Wenzel i. m. XI. 266. l.*). In alterius vero scilicet dicti domini Bele regis litere tenore continebatur: quod Dobrina et Vyzlov frater eiusdem (*stb. l. H. Okmtar VIII. 354. szám.*). Demumque prefatus Andreas dictus Forgach premissas literas vestras privilegiales, prius in nostri presencia exhibitas, coram nobis in contrarium dictarum literarum privilegialium presentavit, in quibus vidimus contineri, quod vos ad preces Iwance comitis et filiorum Cosme, Temerche et Bench confratrem et concanonicum vestrum Markum, ut coram ipso terram Zelepchen (*Zepchen volt elsőben irva, de ki lett törölve*) inter se dividerent (*stb. l. Fejér Gy. C. Dipl. III. 2. 487. l., hol egész terjedelmében van közölve*). Quarum quidem literarum privilegialium per ipsas partes . . exhibitarum perlectis continenciis, quia nobis et baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio assidentibus de eo, utrum premissis mete in dictis literis privilegialibus domini Andree regis contentis, et annotate mete in prescriptis literis vestris privilegialibus habite, ipsam possessionem Zelepchen vocatam per predictum Andream dictum Forgach recaptivatam, uno modo et uno eodem cursu metali sine variacione aliquali circumdent et ambient vel ne, veritas non constabat; igitur volentes de his certitudinaliter sciscitari, vestre discrecionis amicitiam presentibus requirimus . . quatenus vestros mittatis homines . . coram quibus Georgius filius Petri de Nempchyn vel Nicolaus filius Pathko aut Johannes dictus Gyepus pro parte . . Andree dicti Forgach actoris, ac Johannes filius Iwan de Hynd vel Thomas de eadem aut Nicolaus filius Maurici de Gyurud pro parte predicti Anda in causam attracti . . homines regii in octavis festi beati Martini confessoris proxime venturis . . ad faciem prefate possessionis Zelepchen . . per eundem Andream dictum Forgach recaptivate . . accedant, et ibidem premissis privilegiis . . per partes . . exhibitis, possessionem Zelepchen . . reambulent videantque . . si mete in ipsa

duobus privilegiis inserte prescriptam possessionem Zelepchen uno et eodem modo . . circumdent et distingant, vel si mete in uno ipsorum privilegio existentes metas, que in altero eorundem privilegiorum continentur in se includant et circumdent, cuius enim privilegii mete veriores et iustiores cercioresque sint et existant; et post hec tocius facti seriem . . ad octavas festi Epiphaniarum domini . . rescribatis. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzéumban a gr. Forgács ca. ltárában. U. ott megvan a nyitrai káptalannak I. Lajos királyhoz 1355-ben intézett jelentése, a királynak «Bude feria sexta post dominicam Invocavit» 1355-ben kelt megkeresésére, hogy «Andreas frater Pop» Szelepcsén nevű birtokot Forgács (Fargach) Andrástól elfoglalván, ez utóbbit abba iktassa vissza; azonban a beiktatás nem sikerült, mert annak Anda neje, férje és ennek testvére nevében ellentmondott; a kijelölt királyi emberek valának «Nicolaus filius Potko (Patko) de Kaluz, Ladislaus filius Zunug».

## 239.

*1355. Visegrád, oct. 13. Szécsi Miklós országbíró az esztergomi káptalannak meghagyja, hogy Mikolai Péter fia Andrásnak és Szódó Bereczknek Mikola és Szódó nevű birtokaik között, a ritás határt járassa meg.*

. . capitulo ecclesie Strigoniensis comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . declaramus, quod Andreas filius Petri de Mykola personaliter iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatarum in octavis festi beati Michaelis archangeli ad nostram veniendo presenciam contra Briccium nobilem de Zodo quasdam literas vestras domino nostro regi rescriptas tercio die festi beate Anne matris Marie proxime preterito confectas formam possessionarie reambulacionis in se declarantes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem explicari, nostro iudiciario conspectui presentavit, in quibus inter cetera comperimus haberi manifeste, quod cum ipse Andreas de Mykola accepto Nicolao filio Michaelis de Sarow homine regio et Paulo presbitero de choro dicte ecclesie vestre, per vos pro testimonio ad infrascripta

exequenda transmissio, sabbato proximo ante festum beati Jacobi apostoli proxime preteritum, ad faciem predictae possessionis sue Mykola accedendo, presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis eandem ab aliis partibus reambulasset . . et ad metas possessionis Zodo appropinquando devenisset, tunc ipse Briccius nobilis de eadem, licet a reambulacione non tamen a metarum ereccione contradicendo prohibuisset, cuius contradiccionis racionem scire volebat a Briccio prenotato, quo percepto idem Briccius personaliter exurgendo respondit tali modo, quod ipse prohibicionem prenotatam pro eo fecisset, quia iamdictus Andreas tempore reambulacionis metarum antedictae possessionis sue non per cursus metarum suarum verarum seu ordinem transivisset, sed de ipsa possessione sua Zodo ad eandem occupare voluisset, unde si per ordinem et secundum cursus metarum suarum verarum transire vellet in reambulacione possessionis prenotatae, nullo contradiccionis obstaculo sibi obviaret. Verum quia ad separacionem . . metarum possessionum parcium predictarum homines regii et vestra testimonia vice iterata necessario transmitti debere videbantur, ideo vestram amicitiam . . petimus . . quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Thomas de Peel vel Nicolaus filius Salamonis de Endred aut Michael de Gudur sive Thomas filius Philippi de eadem, pro parte ipsius Andree de Mykola actoris, item Thomas de Zewlos vel Lachk de Hynd aut Stephanus filius Dionisii sive Michael de eadem Hynd, pro parte dicti Briccii in causam attracti aliis absentibus homines regii, in octavis festi Omnium Sanctorum proxime venturis ad faciem prenotatae possessionis Mykola vocate vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus metas et metarum distinciones et separaciones eiusdem possessionis Mykola a parte sepius nominate possessionis Zodo vocate, secundum p(ri)ores (sepa)raciones parcium reambulent et possessiones utrarumque parcium novis metis iuxta veteres ubi necesse fuerit erectis (. . . . .) ipsarum metarum reambulacionibus et ereccionibus concordēs fuerint, ab invicem separando et distingendo cuique parti sua iura possessionaria pacifice possidere committendo; si vero in aliqua particula

terre discordes fierent, tunc ipsam particulam terre inter partes litigiosam signis pro metis positis regali mensura si mensurari poterit mensurando, vel si mensurari nequierent visu considerando unacum aliis probis viris . . . estiment regni consuetudine requirente. Et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, statucionis ac estimacionis seriem . . . ad octavam diem predictarum octavarum festi Omnium Sanctorum regie fideliter rescribatis maiestati. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1698. 79. dipl. oszt. 4531. Kovács N.

## 240.

*1355. oct. 14. A kőí káptalan előtt Károlyi Mihály fia Miklós és Miklós fia László, Bobodi Pál fia Miklóssal Sebeszug vitás birtok felett megegyeznek.*

Nos capitulum ecclesie de Kw memorie commendamus . . . quod cum per petitionem Nicolai filii Michaelis et Ladislai filii Nicolai nobilium de Karul, in una, parte vero in altera Nicolai filii Pauli de Bobud instantissimam . . . Paulum sacerdotem chori nostri ad exequenda infrascripta pro testimonio transmissemus fidedignum, idem postmodum . . . retulit nobis . . . quod coram ipso et aliis nobilibus . . . videlicet Johanne filio Thome de Budun, Johanne dicto Vitez de Iklod et Gregorio filio Pauli de Zenth Ivan, feria secunda proxima post festum beati Dionisii martyris proxime nunc preteritum, super quadam possessione seu terra contenciosa inter eos Sebus Kuz (*igy*) vocata, per eorundem nobilium . . . compositionem . . . in perpetue pacis et concordie unionem devenissent isto modo, quod idem Nicolaus filius Pauli sola sua cum persona super unum truncum seu radicem unius arboris betula vocate, vulgo nyarfa nominate astando, iuxta Zavarsuk existentem, super eo videlicet, quod ipsa radix eiusdem possessionis seu terre Sebuszuk vocate vera et iusta meta extitisset et ipsa possessio seu terra Vosas avi et predecessori suo cum Petro fratre suo, avo Nicolai et Ladislai predictorum, dum in eorum possessionibus divisionem habuis-

sent . . devenisset in perpetuum possidenda, suum deposuisset iuramentum, ad radicem vero eiusdem arboris metam terream de novo erexissent, et deposito huiusmodi iuramento eiusdem Nicolai, predicti Nicolaus et Ladislaus eandem possessionem seu terram Sebuszug vocatam ab ipsa meta incipiendo usque ad Kubulzad versus orientem se extendentem cum dabio, silvis et aliis . . pertinentiis . . eidem Nicolao filio Pauli et per eum suis heredibus . . remisissent . . iure perpetuo . . possidendam . . Datum feria quarta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A 1509. 27. dipl. oszt. 452. Közli: Kovács N.

## 241.

*1355. octob. 15. A reszprémi káptalan bizonságglevele, hogy Ujlaki Heym unokája Miklós, Heym unokája Benedek mesternek három márka tartozását a kikötött határnapon meg nem fizette.*

Nos capitulum ecclesie Vesprimensis damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum . . Ladislai prepositi ecclesie Chasmensis, comitis capelle et secretarii cancellarii . . regis, super quodam pecunie quantitate infrascripta . . confessionem Nicolai filii Georgii filii Heym de Wylak exprimentem, in octavis festi beati Michaelis archangeli nuper preteriti tres marcas cum decem pensis computando, idem Nicolaus magistro Benedicto filio Pauli filii Heym, penam dupli dicte quantitatis pecunie incursum, si secus faceret in premissis, solvere debuisset coram nobis, ipso termino adveniente idem Nicolaus predictam quantitatem pecunie, ipsi magistro Benedicto solvere non curavit, Nicolao filii Iwan famulo eiusdem magistri Benedicti sex diebus eandem solutionem expectante coram nobis. Datum feria quinta proxima post quindenam festi beati Michaelis archangeli prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije a N. Múzeumban. Közli: Kovács N.

## 242.

1355. oct. 20. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy midőn Miklós zágrábi püspök, néhai Mákfai Beke fia Bekének Nagymákfa, Ozkói, Michalouch, Dolonia, Volkarach és Ivanoch nevű birtokaiba beiktattatott, Mákfai Márk fia Pető ellentmondott.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Castriferrei . . Noveritis literas vestre excellencie sub annulari sigillo vestro confectas nos reverenter recepisse in hec verba; Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Castriferrei . . Noveritis, quod nos, qui ex regie liberalitatis circumspecta providencia cunctorum fideliter nobis obsequencium merita animo metiri debemus pietatis, et his, quos opera sue virtutis regali remuneratione dignos efficiunt, grata debemus reddere premia meritorum, attendentes inviolabilem fidei puritatem . . Nicolai episcopi Zagradiensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, quam ad nos constanter noscitur habuisse, quem inter virtuosos virtute eximia et constancium numero potissima constancia cognovimus prefulgere, considerantes quoque satis grata et accepta ac immensa servicia eiusdem preconio laudum multiplici non immerito attolenda, que ipsum in variis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis cum sedula solitudine persone sue continue latere nostro adherendo, vestigiaque nostre maiestatis immitando exhibuisse scimus, exhibere sentimus in presenti et exhibiturum pro firmo credimus in futurum, ratione quorum licet a nobis multo maiora mereatur, ut tamen ipsius serviciis paulisper respondere videamur, universas possessiones et possessionarias porciones quondam Beke filii Beke de Makva hominis sine herede decendentis, tam scilicet hereditarias, quam etiam alias quaslibet qualicumque iusto titulo ipsum contingentes, ubique in regno nostro et in quibuslibet comitatibus existentes, qualitercunque vocitatas, et specialiter possessiones eiusdem Nogmakva, Ozkou, Mychalouch, Dolonia, Volkarach et Ivanoch vocats, omni eo iure, quo ad nostram collacionem dinoscuntur pertinere, eidem domino episcopo nove donacionis nostre titulo . . contulimus perpetuo . . possidendas . . sine preiudicio iuris alieni; quare . . fidelitati . . mandamus, quatenus vestrum mittatis

hominem pro testimonio, quo presento magister Lachk, frater Kolus, aule nostre iuvenis, homo noster de aula nostra ad hoc specialiter transmissus, predictas possessiones et porciones possessionarias eiusdem Beke . . . statuatur ipsi domino episcopo premissis titulo nove donacionis nostre perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra predictum dominum episcopum ad nostram presentiam ad terminum competentem. Et post hec seriem ipsius statucionis . . . nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos igitur . . . cum prescripto magistro Lachk, fratre Colus . . . hominem nostrum magistrum Bartholomeum, socium et concanonicum nostrum, ad premissa . . . peragenda pro testimonio duximus transmittendum, qui postmodum . . . retulerunt eo modo, quod idem magister Lachk homo vester, presente ipso nostro testimonio prescripto, feria tertia, scilicet in quindenis festi beati Michaelis archangeli proxime nunc preteritis, ad facies possessionum et possessionariarum porcionum prefati Beke Nogmakva, Ozkou, Michalouch, Dolina, Volkarach et Ivanoch vocatas vicinis et commetaneis earumdem universis legitime inibi convocatis et presentibus accessisset, sed dum easdem prenotato . . . Nicolao episcopo Zagrabiensi statuere voluissent, Petew filius Mark de Makva inibi personaliter adherendo, non reambulacioni sed .recaptivacioni et statucionis predictarum possessionum et possessionariarum porcionum prescripti Beke filii Beke contradixisset prohibendo, quare eundem Petew filium Mark eodem die et in facie prescriptarum possessionum contra predictum . . . episcopum ad octavas festi Omnium Sanctorum proxime nunc venturas ad vestre celsitudinis citasset presentiam. Datum octavo die citacionis prenotate, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában. Castriferr. 39. Ugyanott 40. sz. a. egy másik hasonló tartalmu idézés van nevezett Márk fia Pető ellen, ugyanazon birtokokban a zágrábi püspök beiktatásakor történt ellenmondás miatt, csak hogy e szerint ezen birtokrészek Mákfai Miklós fia Pető voltak, ki nevezett Bekének megöletésével vádoltatott, és e miatt birtokvesztes lön, e jószágait a zágrábi püspök felkérte a királytól.

## 243.

*1355. oct. 29. Ujhely városának bírája, esküttjei s közönsége előtt, Sidó Lukács, a szent Egyedről nevezett egyháznak egy irtás földet adományoz.*

Nos Valentinus filius Desew iudex de Vyhel, Paulus de Zemlyn, Beke filius Mikus iurati ac universi hospites de eadem memorie commendamus, quod Lucasius dictus Sydow ad nostram personaliter presenciam accedendo proposuit, quod terram suam destirpatam iuxta viam, que duxit versus villam Turona a parte orientali existentem vicinitate terrarum, ex una parte terre Thome dicto Egeto, ab altera terre alterius Thome dicto Ormenus cum suis utilitatibus dedisset . . ecclesie beati Egidii confessoris in perpetuum possidendam . . quod si qua ratione terre predictae causam aliquam contra ecclesiam predictam moveret, tunc calumnie pervincantur eo facto . . Datum feria sexta proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4554. Közli: Kovács N.

## 244.

*1355. Várfalva, october 29. Bács vármegye alispánja és szolgabirái, I. Lajos királynak jelentik, hogy Szucsaki Dénes fia István kérelmére, Ivánka fiai Tamás és János asszonyfalvi polgárok és Egyed s Péter alsó szegedi vendéglakók ellen, az ezek megidézésére kiküldött bizottság tagjai megöletése dolgában, a vizsgálatot teljesítették.*

. . Lodovico . . regi . . Michael vicecomes ac Dionisius et Paulus iudices nobilium comitatus Bachiensis . . Noverit vestra regalis celsitudo literas vestras . . per nos recepisse hunc tenorem continentes: Lodovicus . . rex . . Hungarie . . comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Bachiensis . . Dicit nobis Stephanus filius Dionisii de Suchagh, quod cum ipse feria tertia proxima post festum beate Marie Magdalene proxime preteritum, Thomam et Johannem filios Iwanka cives de Azunfolva ac Egidium et Petrum hospites de inferiori Zegedino, per Gre-



gorium de Tharania hominem nostrum regium, presente testimonio capituli Bachiensis contra se citari voluisset, iidem Thomas et Johannes, Egidius et Petrus . . prefatum Gregorium hominem nostrum et predictum testimonium iamdicti capituli Bachiensis ac quendam famulum suum Gregorium nomine, nullis culpis eorum exigentibus, miserabili nece interemissent in preiudicium ipsius Stephani non modicum et iacturam, super quo . . mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus, a quibus decet et licet, diligenter de premissis investigando sciant et inquirent omnimodam veritatem, et tandem, prout vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum beati Dionisii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos igitur . . duos ex nobis nostros provinciales, videlicet Martinum filium Thome de Kezy et Valentinum filium Bere de Berey ad premissa exsequenda transmisimus, qui deinde . . retulerunt, quod ipsi a nobilibus et ab aliis cuiusvis conditionis et status in comitatibus Chongradiensi, Budrugensi et Bachiensi hominibus . . diligenti . . inquisitione prehabita, sabbato proximo et in die dominica videlicet in festo beati Luce evangeliste ac feria secunda et tertia post se se continuis immediate subsequentibus diebus nunc proxime preteritis, scire et investigare de premissis potuissent veritatem, sic scivissent, quod cum ipse magister Stephanus feria tertia proxima post festum beate Marie Magdalene tunc proxime preteritum, Thomam et Johannem filios Iwanka cives de Azunfolva ac Egidium et Petrum hospites de inferiori Zegedino antedictos, per Gregorium filium Barnabe de Tharanya hominem vestrum regium, per vestram maiestatem, prout moris est et consuetudo regni vestri ab antiquo approbata, ad hoc deputatum, presente testimonio capituli ecclesie Bachiensis contra se citari fecisset, predicti Thomas et Johannes, Egidius et Petrus diabolico adducti spiritu, cum eorum consociis et complicibus, prefatum Gregorium filium Barnabe hominem vestrum et testimonium capituli Bachiensis pro testimonio, ac Gregorium famulum ipsius magistri Stephani vice et nomine eiusdem domini sui predictam citationem prosequendam transmissos, in via iusta procedentes, culpis eorum non exigentibus, nece miserabili interemissent die superius dicto. Datum in Var-

folna, feria quinta proxima post festum beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno prenotato.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1509. 29. dipl. oszt. 4579. Közli: Kovács N.

## 245.

*1355. nov. 3. A váradi káptalan előtt, Anna asazong néhai Megyesi Móricz leánya Bátori Lászlónak neje kijelenti, hogy krasznaórmegyei Somlyó nevű várát s a Maros folyó mellett Miklós-laka nevű jé-hérvármegyei birtokát, gyermekei között osztály alá bocsátotta.*

Litera privilegialis capituli ecclesie Varadiensis alphabeto intercisa, feria tertia proxima post festum Omnium Sanctorum, in anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto exorta declarabat, quod accedens ad presenciam ipsius capituli nobilis domina consors magistri Ladislai filii Johannis filii Briccii de Bator, filia videlicet condam magistri Mauricii de Megyes, Anna vocata . . retulisset et coram ipso capitulo . . fuisset confessa, quod cum quoddam castrum Somlio nuncupatum in comitatu de Karazna existens cum villis et terris ad ipsum pertinentibus ac villa Myklosslaka in partibus Transsilvanis et in comitatu Albensi iuxta fluvium Morisii consistens, partim pro quarta sua puellari, quam iure et laudabili regni consuetudine exigente de possessionibus aviticiis et paternis habere debuisset, partim vero nomine possessionum sexus femineos imitancium et ab ava ipsius in filias filiarum descendencium per . . Simonem filium prescripti magistri Mauricii fratrem suum uterinum mediantibus literis . . Lodovici regis . . et dicti capituli sibi date et donate exstitissent perpetuo possidende, ipsa cupiens suos heredes in eorum iuribus et opulenciis extollere pelles tabernaculorum eorundem extendendo, ob amorem filialis dilectionis easdem possessiones inter suos successores sexus utriusque matura deliberacione prehabita per medium dividendo, non coacta nec compulsa, rectam medietatem earundem pro quarta sua puellari ad manus suas devolutam, cum omnibus . . pertinenciis . . que tunc fuissent, vel humano ingenio fieri debuissent in futurum filiis suis precise, exceptis filiabus suis, videlicet

Stanizlao, Ladizlao et Georgio tunc de se procreatis et iis, quos volente domino in posterum generare valeret, et per eos eorum heredibus . . . reliquam vero medietatem earumdem ipsam ratione possessionis sexus femineos contingencium et ab ava sua sibi conveniencium similiter cum omnibus . . . pertinenciis . . . heredibus suis prescriptis ac filiabus suis communiter . . . contulisset iure perpetuo . . . possidendas . . . ita videlicet, quod in medietate possessionum predictarum modo premissis filiabus suis donata, prenominati filii sui tunc nati et in futurum nascituri eorundemque heredes cum suis filiabus pari passu incedentes, equalem habeant porcionem, dimidia parte eiusdem filii sui, reliqua vero filie sue perpetuo gavisuri, et quamdiu heredes sui masculini novo germine pululantes vivendo gratularentur, eodem filie sue aut earum heredes nunquam se intromittere possent in medietatis possessionum predictarum modo quo supra filiis suis perpetuatarum, nec aliquam porcionem pro se acquirere ex eisdem, nullo iure proprietario . . . pro se ex ipsis reservato, renunciatis solenni stipulacione promittendo condicionibus et exceptionibus exquisitis, omnibusque legum auxiliis ad irritandam huiusmodi donacionem nullum adhibentibus remedium, nec ipsam aliquammodo protegentibus, iidem filii sui et filie cum eorum heredibus tamquam veri domini et legitimi possessores, ut premitteretur, dictis possessionibus gauderent pacifice et quiete secundum formam et modum supradictum, nec ipsa ullo unquam tempore eosdem ratione earumdem quovismodo impetendi nec easdem aut aliquam ex eis repetendi haberet facultatem, sed ipsos contra quoslibet molestare volentes expedire teneretur et in pacifico dominio earumdem perpetuo conservare.

Bebek Imre országbirónak 1390. april. 9. kelt ítéletéből, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 29992. Közli: Kovács N.

246.

*1355. nov. 5. A szegvárđi convent előtt, Kéméndi Jakab fia Korrard, fivérével Miklóssal bizonyos pénzkérdésben kiegyez.*

Nos conventus monasterii Saxardiensis memorie commendamus . . . quod Benedictus literatus pro magistro Corrado filio

Jacobi de Kemed, Nicolao, Johanne et Jacobo filiis suis . . ab una, item Gregorius filius Martini famulus magistri Nicolai fratris eiusdem magistri Corradi pro eodem domino suo, parte ab altera, coram nobis constituti, idem Benedictus literatus confessus est . . quod in causa, quam idem magister Corradus et dicti filii sui, contra predictum magistrum Nicolaum, Jacobum Michaellem et Ladislaum filios suos super facto damni pecunie movere habuisset, per . . compositionem proborum et nobilium virorum taliter concordassent, quod dictus magister Nicolaus et filii sui eidem magistro Corrado et filiis suis decem marcas denariorum, marcam quamlibet cum sex pensis computando . . persolvissent, ratione quorum omnium premissorum idem magister Corradus et filii sui eundem magistrum Nicolaum et dictos filios suos reddidissent emendatos . . et reddidit idem Benedictus literatus . . coram nobis, literas eciam universas . . quas idem magister Corradus et dicti filii sui contra eundem magistrum Nicolaum et filios suos haberent emanatas, exceptis literis . . capituli ecclesie Quinqueecclesiensis privilegialibus super divisione possessionum confectis, omnino viribus carituras reddidissent, imo reddidit idem Benedictus literatus coram nobis, obligatione tali interposita, quod si idem magister Corradus et dicti filii sui eundem magistrum Nicolaum et filios suos super premissis . . quoquomodo molestare niterentur, extunc notam calumnie incurrerent eo facto. . Datum feria quinta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hártyán, hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a b. Révay család javnyicskái ltárában; Gyulay IV. 26.

## 247.

1355. nov. 5. Az egri káptalan előtt, Nagysenjéni István fia István és Kállai Simon fia Imre panaszképen elmondják, hogy István fia László és néhai Gumani Kellyan leánya Klára, a gumani jobbágyok ellen közösen vitt per költségének viseléséhez eddig mirel sem járultak.

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Gregorius filius Gregorii de Baccha nunc famulus Stephani filii

Stephani de Noghsemien pro eodem domino suo, et Emerico filio Simonis de Kallo . . per modum protestacionis nobis curavit significare, quod licet iidem domini sui cum Ladislao filio Iwan et nobili domina filia Kellyani condam de Guman, Clara vocata, in quadam causa per fratrem Jacobum sacerdotem, rectorem ecclesie de eadem Guman, contra quosdam hospites et iobagiones earumdem parcium similiter de predicta Guman iamdiu motam, hactenus coram domino nostro episcopo et suo vicario generali in iudici cogitatum, communiter defendere et eciam communiter expendere assumsissent, tamen memoratus Ladislaus filius Iwan et nobilis domina Clara . . nullam expensam contribuissent . . quamvis tamen prescripti Stephanus et Emericus magistri . . iam ad prosecucionem dicte cause . . sexaginta florenos vel citra hoc expendissent absque laboribus et fatigiis. Datum in die festi sancti Emerici confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzéumban a Kállay cs. Itárában.

— —  
248.

*1355. nov. 6. A nyitrai káptalan tanúsítja, hogy Kozmali András Elefánti Mátyás fiát Mátyást, egy rég posztó dolgában készpénzzel való fizetés által, kielégítette.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis significamus . . quod cum secundum continenciam literarum . . Ladislai prepositi ecclesie Chazmensis et secretarii cancellarii . . regis . . obligatarum, Mathias filius Mathie de Elephanth de una pecia panni de Ipri de Vienna portate et super expensis ad causam persecucionis prefati panni contra ipsum Mathiam factis, in octavis festi assumptionis beate Marie virginis proxime preteritis coram nobis Andree de Kozmal satisfacere debuisset, ipsis octavis festi assumptionis beate Marie virginis occurrentibus, prefatus Mathias dignam et congruam memorato Andree de Kozmal in pecuniaria solutione scilicet duodecim marcarum, decem pensis pro qualibet marca computatis, coram nobis impendit satisfaccionem, quibus habitis sepedictus Andreas de Kozmal literas suas contra ipsum Mathiam super dicta causa emanatas, causas

processus exprimentes, cassas.. reddendo, prescriptum Mathiam et suos successores expeditum et expeditos reddidit.. Datum feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival, eredetije az Orsz. Ltárban. N. B. A. 1671. dipl. oszt. 4556. Közli: Kovács N.

---

249.

*1355. nov. 12. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Szécsi Miklós országbíró ítélete következtében, a Mikalai András és Szodói Bereczk közt folyt perben kiküldött emberei, Mikala nevű birtok határait megjárták ugyan, de a felek a ritás föld határai fölött meg-egyezni nem tudtak.*

.. Lodovico.. regi.. capitulum ecclesie Strigoniensis.. Noverit vestra excellencia, quod nos receptis literis.. comitis Nicolai de Zech iudicis curie vestre inter Andream de Mykala et Briccium de Zodo motam et formam sui iudicii continentibus nobis directis, amicabilibus petitionibus eiusdem annuentes unacum Michaele filio Johannis de Gudur, Jacobum pro parte dicti Andree de Mykala, idem cum Lachk de Hynd, Andream, pro parte Briccii de Zodo, presbiteros ecclesie nostrę prebendarios hominibus vestris, nostros homines pro testimoniis ad infra-scripta exequenda duximus transmittendum. Quibus tandem ad nos reversis iidem.. retulerunt.. quod ipsi, in octavis festi Omnium Sanctorum.. cum dictis testimoniis ad faciem prenominate possessionis Mykala accedendo.. primo iuxta ostensionem memorati Andree de Mykala in tribus locis novem metas terreas invenissent; item secundum ostensionem dicti Briccii unam metam terream antiquam et aliam, que conspectui metafore apparuisset, a parte possessionis Mykala reperissent; deinde propter discordias parcium metas erigere non potuissent, sed particulam terre litigiosam in locis campestribus, prout visu considerare potuissent, ad triginta quinque iugera, item in locis nemoribus ad duo iugera se extendentem pro una estimassent.. Datum feria quinta proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán két pecséttel; eredetije a N. Muzzeumban a gr. Forgács családában.

250.

*1355. nov. 18. A somogyvári convent előtt, Ropoly Miklós bán unokája János és Sági Mátyás fia Deák János, Németi és Varjas nevű birtokaikat egymás közt elcserélik.*

Conventus monasterii sancti Egidii de Simigio . . declaramus, quod accedentes ad nostri presenciam magistri Johannes filius Nicolai filii Nicolai quondam bani de Rupul ab una, necnon Johannes literatus filius Mathie quondam de Saag, parte ab altera propriis eorum in personis, talem inter se, iuxta continenciam et formam literarum obligatoriarum . . Ladislai prepositi ecclesie Chasmensis comitis capelle et secretarii cancellarii . . regis . . fecisse ordinationem sunt confessi, quod idem magister Johannes filius Nicolai possessionem suam Nempty vocatam, in comitatu Simigiensi in vicinitate possessionis Zenthpal vocate sitam, sub eisdem metis, quibus hactenus ipsam idem . . possedisset et iisdem obligaminibus, quibus possessio Woryas vocata in dicto comitatu Simigiensi habita ipsi Johanni literato per ipsum magistrum Nicolaum filium Nicolai quondam bani patrem suum, iuxta seriem privilegii . . Nicolai palatini data fuisset, cum omni plenitudine sui iuris prefato Johanni literato filio Mathie . . contulisset, iuxta . . condiciones . . in eodem privilegio . . Nicolai palatini contentas et in eodem suo statu . . plene remanentes possidere . . E converso autem idem Johannes literatus filius Mathie prefatam possessionem Woryas vocatam cum suis utilitatibus . . ipsi magistro Johanni filio Nicolai filii Nicolai quondam bani iure perennali restituisset . . imo restituit . . coram nobis possidendam . . omnes eciam literas, quas contra eundem magistrum Johannem usque nunc in facto dicte possessionis Woryas, exceptis scilicet prefatis literis obligatoriis ipsius comitis capelle regie et prefato privilegio . . Nicolai palatini confici fecisset, manibus eiusdem magistri Johannis nostri in presenciam assignavit, et si aliquas ex eisdem reservasset viribus carituras reliquit . . Datum feria quarta proxima post festum beati Martini

confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.. fratre Georgio abbate et prelato nostro, Benedicto priore, Nicolao custode..

Függő pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 555. 18. dipl. oszt. 4559. Közli: Kovács N.

## 251.

*1355. nov. 20. A nyitrai káptalan előtt, Mochk fia Domokos, az I. Lajos király által neki adományozott öt birtokból Kis-Vezekényt, a béke kedvéért, Vezekényi Máté fia Péternek és fiának birtokába bocsátja.*

Capitulum ecclesie Nitriensis.. ad universorum noticiam.. volumus pervenire, quod Petrus filius Matheus de Wezeken, Nicolaus Rufus, Alexander, Ladislaus et Matheus filii eiusdem ab una, item magister Dominicus filius Mochk parte ab altera, nostri in presencia personaliter constituti retulerunt.. quod in causa, que inter eosdem super facto possessionum Petri filii Alexandri de Sechche et Alexandri filii eiusdem utrarumque Sechche, Warad, Perlep et Kyswezeken vocatarum, in quibus se idem Petrus et filii sui prenominati ius habere sperabant, per.. Lodovicum regem.. eidem magistro Dominico pro suis fidelibus serviciis.. prout in literis eiusdem.. regis patentibus plenius vidimus contineri, collatarum ventilabatur, per.. compositionem.. proborum et nobilium virorum.. ad talem pacis et concordie devenissent unionem et devenerunt coram nobis, quod prefatus magister Dominicus unam ex dictis quinque possessionibus suis per dictum.. regem sibi.. collatis, videlicet Kyswezeken vocatam antedictam, in comitatu Nitriensi in vicinitate et commetaneitate possessionis Sarfew vocate.. adiacentem, cum omnibus suis utilitatibus quibuscunque nominibus vocatis, prefato Petro filio Matheus, Nicolao Rufo, Alexandro, Ladislao et Matheus filiis suis predictis perpetuo.. in filios filiorum.. possidendam.. contulisset.. et contulit coram nobis; item insuper triginta quinque marcas denariorum latorum viennensium, decem pensis pro qualibet marca computatis, et decem equas equaciales eidem Petro suisque filiis prenominatis similiter coram nobis plene persolvit.. Quibus habitis et receptis prefatus Petrus et sui filii.. universas.. literas contra eundem



magistrum Dominicum quovismodo super facto dictarum quatuor possessionum, videlicet duarum Seche, Varad et Perleph vocatarum emanatas cassas . . reddendo coram nobis, obligarunt se . . suosque successores, quod si ipsi vel dicti sui successores quandocunque . . sepefatum magistrum Dominicum vel filios aut heredes eiusdem ratione memoratarum possessionum impeterent . . extunc in succubitu duelli facti potencialis convincerentur ipso facto, contra magistrum Dominicum vel suos heredes prenotatos . . Datum secundo die festi beate Elizabeth, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, magistro Johanne lectore ecclesie nostre existente.

I. Lajos királynak 1363. febr. 9. kelt átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban. N. R. A. 933. 11. dipl. oszt. 4024. Közli: Kovács N.

## 252.

*1355. Visegrád, nov. 22. I. Lajos király előtt, Ogyai András fiának Péternek leányát Margitot, Családi Falkos fia Miklósnak özvegyét, hitbér s leánynegyedi követezésére nézve, Kont Miklós erdélyi vajda és testvére Lökös, kielégítik.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nobilis domina Margaretha vocata, relicta Nicolai filii Falkus de Chalad de comitatu Nitriensi, filia videlicet Petri filii Andree de Ogya de districtu de Challokuz ab una, item parte ex altera vir magnificus Nicolaus Konth voivoda Transsilvanus et magister Leukus dapiferorum et pincernarum magister ac comes siculorum, filii scilicet condam magistri Laurencii Sclavi coram nobis constituti, eadem domina Margareta extitit confessa . . quod predicti Nicolaus voivoda et magister Leukus frater suus, pro dote et rebus parafernalibus quondam domine Kata vocate matris sue, eandem de possessionibus olim Fako et Andich filiorum dicti Petri filii Andree, hominum scilicet sine herede defunctorum et eo titulo eidem Nicolao voivode et magistro Leukus in perpetuum . . per nostram maiestatem donatis, item pro quarta sua filiali eidem de prefatis possessionibus ex approbatissima regni nostri consuetudine requirente provenientibus, quinquaginta marcas regni sibi . . persolverunt coram nobis, que quidem domina dictis

quingenta marcis in satisfaccionem premissarum dotis et rerum paraphernalium . . matris sue predicte ac quarte sue filialis gratanter receptis, eosdem Nicolaum voivodam et magistrum Leukus . . super ipsis expeditos . . reddidit . . assummens eadem domina ab omnibus dominabus vel puellis specialiter sororibus eorundem Fako et Andich, aut filiis et filiabus eorundem seu eciam a domina Clara filia eiusdem domine Margarete consorte scilicet Johannis filii Georgii dicti Pasar de Zakalos, eosdem Nicolaum voivodam et magistrum Leukus et suos successores in executione predictarum dotis et rerum paraphernalium ac quarte filialis molestare volentibus semper et ubique expedire . . Datum Wysegrad, in festo beate Cecilie virginis, anno domini CCC° L-mo quinto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltár. dipl. oszt. 4560. Ugyanott I. Lajos király megerősítő átiratában is megvan 1360. mart. 26-ról, dipl. oszt. 4909. Közli: Kovács N.

## 253.

*1355. nov. 22. A nyitrai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Székely Miklós országbíró ítéletében, a Forgách András felperes és Anda alperes közt folyt perben, Szelepcsény nevű birtok vitás határait megjáratta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Nitriensis . . Literis . . Nicolai de Zeech iudicis curie . . modum et formam iudicarie deliberacionis exprimentibus . . receptis, unacum Georgio de Nemchyn magistrum Jacobum socium et concanonicum nostrum, pro parte magistri Andree dicti Forgach actoris, item cum Johanne filio Juan de Hynd vestre celsitudinis hominibus, magistrum Blasium similiter socium et concanonicum nostrum, pro parte Anda in causam attracti, ad videndum et reambulandum metas possessionis Zelepchen vocate, inter partes predictas litigiose pro testimonio destinavimus. Qui demum . . contulerunt . . quod ipsi in octavis festi beati Martini confessoris . . ad faciem dicte possessionis Zelepchen vicinis et communitatibus . . convocatis, et partibus presentibus, primo eandem iuxta secundum cursus metarum in privilegio nostro, antiquo sigillo

consignato, conscriptarum, postmodumque in instanti iuxta cursus metarum in privilegio domini Andree regis habitarum, in specie in facie ipsius possessionis Zelepchen exhibitarum, reambulassent. Mete autem per predictum Andream Forgach ostense et demonstrate currerent ordine subsequenti ita videlicet: quod prima meta incipit a parte occidentali penes rivulum Dervenche vocatum et tenderet inter terras arabiles in longitudine unius iugeris, versus orientem ad metam terream bonam in virgultis habitam, ubi idem privilegium nostrum silvam nominabat, deinde ad eandem partem orientis pergendo ostendisset eis locum mete noviter peraratum, de quo utrum meta fuerit nec ne ad plenum veritas non apparuisset, de quo ultra pergendo in exitum eorumdem virgultorum pro silva, ut in dicto privilegio nostro positum fuisset, ostendisset locum simile; deinde in longitudine fere dimidii iugeris ultra pergendo flecteretur ad plagam meridionalem, ad metam terream satis bonam in terminis vulgariter mege dictis positam antiquam; deinde per idem mege currit directe ad orientem, ad metam terream, deinde iterum ad metam terream, deinde ad rivulum Hethche ad metam terream; ab inde ultra ipsum rivulum Hethche ad metam terream, ab hinc semper versus orientem per idem mege pergendo, veniret ad metam terream iuxta fluvium Sytwa vocatum positam antiquam; deinde ex alia parte ipsius fluvii Sitwa supra ad septemtrionem in modico spacio currendo, in ripa ipsius fluvii, ubi privilegium nostrum metam nominat, metam invenire nequivissent; deinde ad fossatum, quod fossatum comitis Ivanka fuisse nominatur; deinde per nemus pergendo veniret ad montem et inde in latere ipsius montis ascendendo veniret ad cacumen ipsius montis, ad metam terream nimium depressam, secus viam magnam conterminalem terre Nyuegh, et ibi terminarentur. Quibus sic peractis Mykou filius Ipoliti, cum procuratoris literis conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, pro eodem conventu in facie ipsius possessionis Zelepchen litigiose, asserendo eandem dicti monasterii esse et fuisse et nunc debere pertinere et literalia munimenta super eadem dictum conventum habere, dictasque metas non Andree Forgach esse, sed dictas possessiones ab invicem separantes et per Ladislaum abbatem fuisse erectas, affirmando, prefatum Andream For-

gach ab adquisicione eiusdem, dictum vero Anda ab amissione prohibuisset. Mete autem per prefatum Anda secundum contineciam privilegii Andree regis demonstrate current isto modo: prima meta inciperet ex parte terre Nyuegh in eodem (monte) penes viam predictam in rubetis et descenderet ad metam terream, ubi privilegium Andree regis tres monticulos de terra erectos pro meta positos fuisse commemorat; deinde descendit ad quandam vallem, quam Poklosverem dictum privilegium nominat; deinde autem tenderet ad metam terream in prato iuxta terras arabiles positam; deinde ad fluvium Sitwa et deinde per sessiones inter medium iuvenum arborum fructiferorum transiret ad rivulum Hechcha ad partem septemtrionalem, et intraret viam magnam ad metam terream; deinde per eandem viam per continuas metas terreas veniret ad rivulum Dervenche supradictum, per quem ascendit includendo utrasque Zelepchen, ad terminos possessionis Kysherestyen nobilium de eadem, et ibi terminarentur. Que quidem mete per Andream Forgach demonstrate separant ipsam possessionem Zelepchen a possessione monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron similiter Zelepchen vocata; mete autem per prefatum Anda ostense separant eandem Zelepchen a possessione Mykou Jouka vocata. Datum die dominica proxima post festum beate Elizabeth, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán peccsét maradványaival; eredetijs a N. Muzeumban a gr. Forgács es. ltárában.

## 254.

1355. nov. 29. A kolosmonostori convent előtt, Kalyáni Manos Bertalan fivérével, Diós nevű birtokban levő két utcúját, ifjabb Vas Miklósnak négyszáz garusért elzálogosítja.

Nos conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra memorie commendamus, quod nobilibus viris Mannus de Kalyan sua ac Bartholomei fratris sui . . ab una, parte ex altera magistro Nicolao dicto Wos iuniori coram nobis personaliter constitutis, confessum existit per eundem Manus . . quod urgentibus necessitatibus suis evitandis duas stratas, quas Deme nobili de Tyborthteleke, videlicet a puteo Cepegen incipiens, in possessione

Dyos vocata pignori obligasset, eadem duas stratas magistro Nicolao dicto Wos predicto usque eundem terminum, sicut in prioribus literis nostris aliis patentibus est obligatum, pro quadringentis grossis . . obligavit coram nobis, ceterum ipso termino redemcionis adveniente, predictas duas stratas ab eodem Deme cum pecunia aliorum quovis modo, nisi cum sua propria aut ipsius magistri Nicolai dicti Wos, redimere non possit neque valeat, si vero cum propria pecunia sua ab eodem redimere possit, extunc eodem die et termino sine crastinacione, pretactos quadraginta grossos eidem magistro Nicolao dicto Wos tenebitur plenarie persolvere, si vero non posset, extunc absque iudicio gravaminis birsagii duplum incurreret eo facto; assummens eciam, quod ab eodem Deme ad predictas duas stratas causa obligacionis magis de pecunia habere non valeat neque possit. Datum dominica proxima ante festum beati Andree apostoli, anno Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

A kolozsmonostori conventnek 1361-ben kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 26,980. Közli: Kovács N.

## 255.

*1355. nov. 30. I. Lajos király, az erdélyi nemesek kérésére az erdélyi részek egyház- és országnagyjainak meghagyja, hogy a vajda által összehívott és a királyi személynök jelenlétében tartandó gyűlésekre megjelenjenek, hogy azokon az erdélyi nemesek ügyeiket elintézhessék és ügyes-bajos dolgaik miatt a királyi curiához folyamodni ne kényteleníttessenek.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod comes Nicolaus, dictus Was et Akus filius Elley nobiles partis Transsilvane suis et universorum nobilium eiusdem terre Transsilvane vice et nominibus ad nostram accedentes presenciam vocibus querulosis nostre significari curarunt maiestati, quod dum voivoda noster Transsilvanus pro tempore constitutus in dictis partibus Transsilvanis ex nostra commissione in persona nostre maiestatis, presente homine nostro speciali, congregacionem celebraret generalem, nonnulli prelati, barones, milites et alterius status homines possessiones in dictis partibus

Transsilvanis habentes, qui in aliis partibus regni nostri resident, in ipsam congregacionem venire non curarent, sique iidem nobiles in eisdem partibus Transsilvanis commorantes propter vie prolixitatem et loci distanciam, pro exequendis causis eorum in curiam nostram accessus facere nequeuntes in eorum causis finem non possent consequi decisivum, pro quo eisdem ultra eorum libertates consvetas iniuria plerumque irrogaretur, incommoditatemque non modicam paterentur, supplicantes nostro culmini ipsis super hoc provideri de remedio opportuno. Nos igitur volentes eosdem nobiles, omni incommoditate semota, ab eisdem in eorum libertatibus illesos conservare, commisimus et committimus presencium per tenorem, ut amodo et deinceps universi et quilibet prelati, barones, nobiles et alterius cuiusvis status homines in dictis partibus Transsilvanis possessiones habentes, qui in aliis partibus regni nostri commorantur, congregacioni generali voivode Transsilvani pro tempore constituti, quam idem regia in persona presente speciali homine regio ex commissione regia prefatis partibus Transsilvanis legitimis temporibus celebrabit, interesse teneantur, et iudicio ac iudicatu eiusdem, tamquam nostro, in omnibus obedire ac contra ipsos conquerentibus respondere teneantur, non obstantibus aliquibus graciis et libertatibus eorumdem per nos forsitan vel per alios reges Hungarie progenitores nostros eisdem vel alteri eorum factis, datis et concessis, quas duntaxat quo ad ipsam congregacionem et diem celebracionis eiusdem annullamus, cassamus et decernimus minime valituras testimonio presencium mediante . . Datum per manus . . Nicolai episcopi Zagradiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, secundo kalendas mensis Decembris, regni autem nostri anno quartodecimo. Venerabilibus \*

A függő pecsét hiányzik; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30660. Közli: Kovács N.

\* L. az egyház és országnagyok neveit Fejér i. m. IX. 2. 404, 405.

256.

*1355. Visegrád, nov. 30. László császári prépost és kir. titkos cancellár előtt, Péter, Kont Miklós erdélyi vajda ítélőmestere, fia korai halálán megdöbbenvén, összes vagyonáról végrendeletileg intézkedik.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis comes capelle et secretarius cancellarius . . regis . . significamus, quod . . magister Petrus iudex et prothonotarius . . Nicolai Konth voivode Transsilvani et comitis de Zonuk in nostri presencia personaliter comparendo mente et corpore per omnia sanus . . est confessus, cum nuper, nudius tercius videlicet, ut communis hominum usus proloquitur, feria quarta quatuor temporum sancti Michaelis archangeli, anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> quinto Paulus literatus filius suus . . nitens flore puerili, quem ex nobili domina sorore domini fratris Jacobi magistri cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis et sancti regis Stephani de Strigonio genuisset, de hac luce, que fallentis mundi naufragium appellatur, ad dominum transmigrasset, de cuius honesta et preclara vita patrium gestasset honorem et filiale sibi subsidium sperassent imperturum, eius mortis contemplacione animadvertens, ut si de ipso filio suo virido hoc foret, ad se aridum mors citius et tucius eveniret. Ne ipse illo misso divinitus nuncio repente veniente suorum bonorum et adinvencionum temporalium intestatus ingrederetur viam carnis universe, volens finem prevenire, ignorando quando et qua hora veniente, et ut heredes sui sine litis contagio in pacificum dominium suarum hereditatum et bonorum succederent, talem de suis bonis et adinvencionibus intra et extra civitates a deo sibi datis et dandis in futurum, testamentalem disposicionis ordinationem edidisset et fecisset condendo in vita pariter et in morte, quibuslibet aliis suis prioribus testamentis revocatis perpetuo . . duraturam; ut universas possessiones et possessionarias suas porciones inventas et inveniendas in futurum et specialiter possessiones suas Petel, Kurtuelus, Syra, Nandurfeulde et Dusnuk ac quaslibet alias ipsum iusto titulo contingentes inibi; item medietatem possessionis Veterch, item possessiones suas Besenew, Gyolduchfeulde et Tyuadarfeulde, Kurmusd et

Lazar vocatas; item possessionarias suas porciones in possessionibus Inarch, Rada et Felkezw vocatis in comitatu Pestiensi, et possessionariam suam porcionem in Kekenusfew in comitatu de Baranya adiacentes, item domos suas in castro Budensi, inferioribus Calidis Aquis, in Pestiensi et in Zavasentdemetrus civitatibus habitas, item vineas suas in territorio Veteris Bude supra albam ecclesiam sancti Lazari Reme vocatam, et terciam versus ecclesiam sancti Laurentii circa magnam stratam euntem habitas, et vineas suas in Felkezew et Alkezew nunc apud manus suas habitas et dei adiutorio iusto acquisitionis titulo habendas in futurum; item equicam suam numero nunc septuaginta nobilibus pueris seu filiis suis iure successorio ipsos tangentibus, item filiabus suis nunc procreatis et procreandis in futurum, tam pro sexingentis florenis a compatribus et commatribus eorum eis datis; item domine Margarete filie videlicet comitis Benedicti dicti Harcha nobilis de (K?)erzel consorti sue karissime, tum pro dote et rebus suis parafernalibus, quam pro quadringentis florenis secum allatis; item fratribus et sororibus suis, filiis et filiabus videlicet Perezlai, Dragwyn, Fynta, Barrabe, Georgii Ladislai de Bylye, Benedicti filii Herrici de Wanyarch, Veyteh ac Barrabe filii Georgii et generaliter quibuslibet aliis fratribus et sororibus suis patruelibus et consobrinis, tum ratione proximitatis, tum etiam pro quadringentis marcis ab eisdem habitis et receptis, cuius quidem universalis pecunie summam ad requisicionem, empcionem et obtencionem possessionum, vinearum et domorum predictarum et in curia regali continue residencia expendisset, ipsis simul et in communi; pecudes autem et pecora universa, necnon quaslibet alias res scrinales eidem domine coniugi, filiis et filiabus suis per se et singillatim, item domum suam, macellum et fundum domus alium in Veteri Buda existentes, Simoni literato sibi attinenti cum eorum . . pertinenciis universis . . contulisset et legasset, tam per modum testamenti, quam pro pecuniis supradictis perpetuo possidendas . . ita quod nihil horum quoquam temporis in processu ipsi simul vel eorum alter possint vendere vel quovismodo deperdere aut alienare. Distractor vero et alienator possessionum et rerum predictarum suam iusticiam et ius perdat eo facto. Eius tamen nati liberi,



magistrum Dominicum quovismodo super facto dictarum quatuor possessionum, videlicet duarum Sechehe, Varad et Perleph vocatarum emanatas cassas . . reddendo coram nobis, obligarunt se . . suosque successores, quod si ipsi vel dicti sui successores quandocunque . . sepefatum magistrum Dominicum vel filios aut heredes eiusdem ratione memoratarum possessionum impeterent . . extunc in succubitu duelli facti potencialis convincerentur ipso facto, contra magistrum Dominicum vel suos heredes prenotatos . . Datum secundo die festi beate Elizabeth, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, magistro Johanne lectore ecclesie nostre existente.

I. Lajos királynak 1363. febr. 9. kelt átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban. N. R. A. 933. 11. dipl. oszt. 4024. Közli: Kovács N.

## 252.

1355. Visegrád, nov. 22. I. Lajos király előtt, Ogyai András fiának Péternek leányát Margitot, Családi Falkos fia Miklósnak özvegyét, hitbér s leánynegyedi köretelésére nézve, Kont Miklós erdélyi vajda és testvére Lökös, kielégítik.

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nobilis domina Margaretha vocata, relicta Nicolai filii Falkus de Chalad de comitatu Nitriensi, filia videlicet Petri filii Andree de Ogya de districtu de Challokuz ab una, item parte ex altera vir magnificus Nicolaus Konth voivoda Transsilvanus et magister Leukus dapiferorum et pincernarum magister ac comes siculorum, filii scilicet condam magistri Laurencii Selavi coram nobis constituti, eadem domina Margareta extitit confessa . . quod predicti Nicolaus voivoda et magister Leukus frater suus, pro dote et rebus parafernalibus quondam domine Kata vocate matris sue, eandem de possessionibus olim Fako et Andich filiorum dicti Petri filii Andree, hominum scilicet sine herede defunctorum et eo titulo eisdem Nicolao voivode et magistro Leukus in perpetuum . . per nostram maiestatem donatis, item pro quarta sua filiali eidem de prefatis possessionibus ex approbatissima regni nostri consuetudine requirente provenientes, quinquaginta marcas regni sibi . . persolverunt coram nobis, que quidem domina dictis

quingenta marcis in satisfacionem premissarum dotis et rerum paraphernalium . . matris sue predicte ac quarte sue filialis gratanter receptis, eosdem Nicolaum voivodam et magistrum Leukus . . super ipsis expeditos . . reddidit . . assummens eadem domina ab omnibus dominabus vel puellis specialiter sororibus eorundem Fako et Andich, aut filiis et filiabus eorundem seu eciam a domina Clara filia eiusdem domine Margarete consorte scilicet Johannis filii Georgii dicti Pasar de Zakalos, eosdem Nicolaum voivodam et magistrum Leukus et suos successores racione predictarum dotis et rerum paraphernalium ac quarte filialis molestare volentibus semper et ubique expedire . . Datum in Wysegrad, in festo beate Cecilie virginis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4560. Ugyanott I. Lajos király megerősítő átiratában is megvan 1360. mart. 26-ról, dipl. oszt. 4909. Közli: Kovács N.

---

253.

*1355. nov. 22. A nyitrai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Szécsi Miklós országbíró ítélete értelmében, a Forgách András felperes és Anda alperes közt folyt perben, Szelepcsény nevű birtok vitás határait megjáratta.*

.. Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Nitriensis . . Literis . . comitis Nicolai de Zeech iudicis curie . . modum et formam iudicarie deliberacionis exprimentibus . . receptis, unacum Georgio de Nemchyn magistrum Jacobum socium et concanonicum nostrum, pro parte magistri Andree dicti Forgach actoris, item cum Johanne filio Juan de Hynd vestre celsitudinis hominibus, magistrum Blasium similiter socium et concanonicum nostrum, pro parte Anda in causam attracti, ad videndum et reambulandum metas possessionis Zelepchen vocate, inter partes predictas litigiose pro testimonio destinavimus. Qui demum . . retulerunt . . quod ipsi in octavis festi beati Martini confessoris . . ad faciem dicte possessionis Zelepchen vicinis et commetaneis . . convocatis, et partibus presentibus, primo eandem secundum cursus metarum in privilegio nostro, antiquo sigillo

consignato, conscriptarum, postmodumque in instanti iuxta cursus metarum in privilegio domini Andree regis habitarum, in specie in facie ipsius possessionis Zelepchen exhibitarum, reambulassent. Mete autem per predictam Andream Forgach ostense et demonstrate current ordine subsequenti ita videlicet: quod prima meta incipit a parte occidentali penes rivulum Dervenche vocatum et tenderet inter terras arabiles in longitudine unius iugeris, versus orientem ad metam terream bonam in virgultis habitam, ubi idem privilegium nostrum silvam nominabat, deinde ad eandem partem orientis pergendo ostendisset eis locum mete noviter peraratum, de quo utrum meta fuerit nec ne ad plenum veritas non apparuisset, de quo ultra pergendo in exitum eorumdem virgultorum pro silva, ut in dicto privilegio nostro positum fuisset, ostendisset locum simile; deinde in longitudine fere dimidii iugeris ultra pergendo flecteretur ad plagam meridionalem, ad metam terream satis bonam in terminis vulgariter mege dictis positam antiquam; deinde per idem mege currit directe ad orientem, ad metam terream, deinde iterum ad metam terream, deinde ad rivulum Hethche ad metam terream; ab inde ultra ipsum rivulum Hethche ad metam terream, ab hinc semper versus orientem per idem mege pergendo, veniret ad metam terream iuxta fluvium Sytwa vocatum positam antiquam; deinde ex alia parte ipsius fluvii Sitwa supra ad septemtrionem in modico spacio currendo, in rippa ipsius fluvii, ubi privilegium nostrum metam nominat, metam invenire nequivissent; deinde ad fossatum, quod fossatum comitis Ivanka fuisse nominatur; deinde per nemus pergendo veniret ad montem et inde in latere ipsius montis ascendendo veniret ad cacumen ipsius montis, ad metam terream nimium depressam, secus viam magnam conterminalem terre Nyuegh, et ibi terminarentur. Quibus sic peractis Mykou filius Ipoliti, cum procuratoriis literis conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron, pro eodem conventu in facie ipsius possessionis Zelepchen litigiose, asserendo eandem dicti monasterii esse et fuisse et nunc debere pertinere et literalia munimenta super eadem dictum conventum habere, dictasque metas non Andree Forgach esse, sed dictas possessiones ab invicem separantes et per Ladislaum abbatem fuisse erectas, affirmando, prefatum Andream For-

gach ab adquisicione eiusdem, dictum vero Anda ab amissione prohibuisset. Mete autem per prefatum Anda secundum contineciam privilegii Andree regis demonstrate current isto modo: prima meta inciperet ex parte terre Nyuegh in eodem (monte) penes viam predictam in rubetis et descenderet ad metam terream, ubi privilegium Andree regis tres monticulos de terra erectos pro meta positos fuisse commemorat; deinde descendit ad quandam vallem, quam Poklosverem dictum privilegium nominat; deinde autem tenderet ad metam terream in prato iuxta terras arabiles positam; deinde ad fluvium Sitwa et deinde per sessiones inter medium iuvenum arborum fructiferorum transiret ad rivulum Hechcha ad partem septentrionalem, et intraret viam magnam ad metam terream; deinde per eandem viam per continuas metas terreas veniret ad rivulum Dervenche supradictum, per quem ascendit includendo utrasque Zelepchen, ad terminos possessionis Kysherestyen nobilium de eadem, et ibi terminarentur. Que quidem mete per Andream Forgach demonstrate separant ipsam possessionem Zelepchen a possessione monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron similiter Zelepchen vocata; mete autem per prefatum Anda ostense separant eandem Zelepchen a possessione Mykou Jouka vocata. Datum die dominica proxima post festum beate Elizabeth, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzetumban a gr. Forgács es. Itárában.

## 254.

1355. nov. 29. A kolosmonostori convent előtt, Kalyáni Manos Bertulan fivérével, Diós necü birtokban levő két utcáját, ifjabb Vas Miklósnak négyszáz garasért elzálogosítják.

Nos conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra memorie commendamus, quod nobilibus viris Mannus de Kalyan sua ac Bartholomei fratris sui . . ab una, parte ex altera magistro Nicolao dicto Wos iuniori coram nobis personaliter constitutis, confessum exstitit per eundem Manus . . quod urgentibus necessitatibus suis evitandis duas stratas, quas Deme nobili de Tyborthteleke, videlicet a puteo Cepegen incipiens, in possessione

Dyos vocata pignori obligasset, easdem duas stratas magistro Nicolao dicto Was predicto usque eundem terminum, sicut in prioribus literis nostris aliis patentibus est obligatum, pro quadringentis grossis . . obligavit coram nobis, ceterum ipso termino redemptionis adveniente, predictas duas stratas ab eodem Deme cum pecunia aliorum quovis modo, nisi cum sua propria aut ipsius magistri Nicolai dicti Was, redimere non possit neque valeat, si vero cum propria pecunia sua ab eodem redimere possit, extunc eodem die et termino sine crastinacione, pretactos quadraginta grossos eidem magistro Nicolao dicto Was tenebitur plenarie persolvere, si vero non posset, extunc absque iudicio gravaminis birsagii duplum incurreret eo facto; assummens eciam, quod ab eodem Deme ad predictas duas stratas causa obligacionis magis de pecunia habere non valeat neque possit. Datum dominica proxima ante festum beati Andree apostoli, anno Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

A kolozsmonostori conventnek 1361-ben kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 26,980. Közli: Kovács N.

---

255.

*1355. nov. 30. I. Lajos király, az erdélyi nemesek kérésére az erdélyi részek egyház- és országnagyjainak meghagyja, hogy a vajda által összehívott és a királyi személynök jelenlétében tartandó gyűlésekre megjelenjenek, hogy azokon az erdélyi nemesek ügyeiket elintézhessék és ügyes-bajos dolgaik miatt a királyi curiához folyamodni ne kényteleníttessenek.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod comes Nicolaus, dictus Was et Akus filius Elley nobiles partis Transsilvane suis et universorum nobilium eiusdem terre Transsilvane vice et nominibus ad nostram accedentes presenciam vocibus querulosis nostre significari curarunt maiestati, quod dum voivoda noster Transsilvanus pro tempore constitutus in dictis partibus Transsilvanis ex nostra commissione in persona nostre maiestatis, presente homine nostro speciali, congregacionem celebraret generalem, nonnulli prelati, barones, milites et alterius status homines possessiones in dictis partibus

Transsilvanis habentes, qui in aliis partibus regni nostri resident, in ipsam congregacionem venire non curarent, sique iidem nobiles in eisdem partibus Transsilvanis commorantes propter vie prolixitatem et loci distanciam, pro exequendis causis eorum in curiam nostram accessus facere nequeuntes in eorum causis finem non possent consequi decisivum, pro quo eisdem ultra eorum libertates consuetas iniuria plerumque irrogaretur, incommoditatemque non modicam paterentur, supplicantes nostro culmini ipsis super hoc provideri de remedio opportuno. Nos igitur volentes eosdem nobiles, omni incommoditate semota, ab eisdem in eorum libertatibus illesos conservare, commisimus et committimus presencium per tenorem, ut amodo et deinceps universi et quilibet prelati, barones, nobiles et alterius cuiusvis status homines in dictis partibus Transsilvanis possessiones habentes, qui in aliis partibus regni nostri commorantur, congregacioni generali voivode Transsilvani pro tempore constituti, quam idem regia in persona presente speciali homine regio ex commissione regia prefatis partibus Transsilvanis legitimis temporibus celebrabit, interesse teneantur, et iudicio ac iudicatu eiusdem, tamquam nostro, in omnibus obedire ac contra ipsos conquerentibus respondere teneantur, non obstantibus aliquibus graciis et libertatibus eorundem per nos forsitan vel per alios reges Hungarie progenitores nostros eisdem vel alteri eorum factis, datis et concessis, quas duntaxat quo ad ipsam congregacionem et diem celebracionis eiusdem annullamus, cassamus et decernimus minime valituras testimonio presencium mediante . . Datum per manus . . Nicolai episcopi Zagradiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto, secundo kalendas mensis Decembris, regni autem nostri anno quartodecimo. Venerabilibus \*

A függő pecsét hiányzik; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30660. Közli: Kovács N.

\* L. az egyház és országnagyok neveit Fejér i. m. IX. 2. 404, 405.

256.

1355. Visegrád, nov. 30. László császári prépost és kir. titkos cancellár előtt, Péter, Kont Miklós erdélyi vajda ítélőmestere, fia korai halálán megdöbbenvén, összes vagyonáról régrendeletileg intézkedik.

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis comes capelle et secretarius cancellarius . . regis . . significamus, quod . . magister Petrus iudex et prothonotarius . . Nicolai Konth voivode Transsilvani et comitis de Zonuk in nostri presencia personaliter comparendo mente et corpore per omnia sanus . . est confessus, cum nuper, nudius tercius videlicet, ut communis hominum usus proloquitur, feria quarta quatuor temporum sancti Michaelis archangeli, anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> quinto Paulus literatus filius suus . . nitens flore puerili, quem ex nobili domina sorore domini fratris Jacobi magistri cruciferorum ecclesie sancte Trinitatis de Calidis Aquis et sancti regis Stephani de Strigonio genuisset, de hac luce, que fallentis mundi naufragium appellatur, ad dominum transmigrasset, de cuius honesta et preclara vita patrium gestasset honorem et filiale sibi subsidium sperassent imperturum, eius mortis contemplacione animadvertens, ut si de ipso filio suo virido hoc foret, ad se aridum mors citius et tucius eveniret. Ne ipse illo misso divinitus nuncio repente veniente suorum bonorum et adinvencionum temporalium intestatus ingrederetur viam carnis universe, volens finem prevenire, ignorando quando et qua hora veniente, et ut heredes sui sine litis contagio in pacificum dominium suarum hereditatum et bonorum succederent, talem de suis bonis et adinvencionibus intra et extra civitates a deo sibi datis et dandis in futurum, testamentalem disposicionis ordinationem edidisset et fecisset condendo in vita pariter et in morte, quibuslibet aliis suis prioribus testamentis revocatis perpetuo . . duraturam; ut universas possessiones et possessionarias suas porciones inventas et inveniendas in futurum et specialiter possessiones suas Petel, Kurtuelus, Syra, Nandurfeulde et Dusnuk ac quaslibet alias ipsum iusto titulo contingentes inibi; item medietatem possessionis Veterch, item possessiones suas Besenew, Gyolduchfeulde et Tynadarfeulde, Kurmusd et

Lazar vocatas; item possessionarias suas porciones in possessionibus Inarch, Rada et Felkézw vocatis in comitatu Pestiensi, et possessionariam suam porcionem in Kekenusfew in comitatu de Baranya adiacentes, item domos suas in castro Budensi, inferioribus Calidis Aquis, in Pestiensi et in Zavasentdemetrus civitatibus habitas, item vineas suas in territorio Veteris Bude supra albam ecclesiam sancti Lazari Reme vocatam, et terciam versus ecclesiam sancti Laurentii circa magnam stratam euntem habitas, et vineas suas in Felkezew et Alkezew nunc apud manus suas habitas et dei adiutorio iusto acquisitionis titulo habendas in futurum; item equaciam suam numero nunc septuaginta nobilibus pueris seu filiis suis iure successorio ipsos tangentibus, item filiabus suis nunc procreatis et procreandis in futurum, tam pro sexingentis florenis a compatribus et commatribus eorum eis datis; item domine Margarete filie videlicet comitis Benedicti dicti Harcha nobilis de (K?)erzel consorti sue karissime, tum pro dote et rebus suis parafernalibus, quam pro quadringentis florenis secum allatis; item fratribus et sororibus suis, filiis et filiabus videlicet Perezlai, Dragwyn, Fynta, Barrabe, Georgii Ladislai de Bylye, Benedicti filii HERRICI de Wanyarch, Veyteh ac Barrabe filii Georgii et generaliter quibuslibet aliis fratribus et sororibus suis patruelibus et consobrinis, tum racione proximitatis, tum eciam pro quadringentis marcis ab eisdem habitis et receptis, cuius quidem universalis pecunie summam ad requisicionem, empcionem et obtencionem possessionum, vinearum et domorum predictarum et in curia regali continue residencia expendisset, ipsis simul et in communi; pecudes autem et pecora universa, necnon quaslibet alias res scrinales eidem domine coniugi, filiis et filiabus suis per se et singillatim, item domum suam, macellum et fundum domus alium in Veteri Buda existentes, Simoni literato sibi attinenti cum eorum . . pertinenciis universis . . contulisset et legasset, tam per modum testamenti, quam pro pecuniis supradictis perpetuo possidendas . . ita quod nihil horum quoquam temporis in processu ipsi simul vel eorum alter possint vendere vel quovismodo deperdere aut alienare. Distractor vero et alienator possessionum et rerum predictarum suam iusticiam et ius perdat eo facto. Eius tamen nati liberi,



si fierent, amissum per alienacionem ius paternum reingrediendo possidere valerent, contradiccione quorumlibet non obstante. Hoc specialiter declarato et siquidem precipue ac summa devocione ad exequendum et firmiter observandum commisso, quod omnes homines sue generacionis predictorum suorum detentores literarum et possessores in quolibet anno diebus festivitatis Omnium Sanctorum atque defunctorum, qui ad invicem sunt propinqui in unum locum, in quem pariter consenserunt cum suis victualibus, si poterunt, convenirent, si autem inopia vel alia apparenti necessitate prepediti ad ipsum locum communem venire non possent, extunc in ecclesiis suis parochialibus in beatam memoriam passionis et mortis domini nostri Jesu Christi missarum comparaciones offerent et solemnia celebrarent, ubi corde contrito, pura mente, pioque suspirio omnium conditori pro parentum, fratrum, sororum, filiarum, cognatorum et omnium benefactorum suorum vivorum et defunctorum et quorum possessiones apud ipsos existant, pro quibus sanguis Christi est respersus et quas delictorum catena et purgatorii pena constringeret, sanitate, salute et peccatorum suorum remissione preces porrigerent et eciam in sui ipsius memoriam decantarent, et pudicos Christi pauperes in eorum laribus et alios necessarios educarent et cibarent, suamque vitam et mores in alterutrum corrigerent, ut participes efficerentur timencium et custodiencium mandata clemencie salvatoris; investigando de modo conservacionis bonorum predictorum, male gubernantem corrigerent et incorrectum privarent bonis supradictis; et si predicti sui successores simul vel divisim in occupacione possessionum, domorum, vinearum et aliorum bonorum predictorum invidia vel cupiditate instigati maior minorem vel pocior deterioremem memor sue salutis contemnendo discordarent, quatuor probi et conscienciosi viri videlicet literati nobiles et cives inter eos premissam discordiam limitent atque stabilirent, quorum limitacionem et ordinacionem salutiferam non acceptans, suo iure privaretur. Volens tamen dominam coniugem, filios et filias suas meliorem habere porcionem, et uniuscuiusque ius suum herede decedentis, non obstante alicuius testamenti largicione vel quolibet alia dispersione in superstitem remaneret in communi possi-

dendum et habendum . . Datum in Wysegrad, in die festi beati Andree apostoli, anno domini supradicto.

A pecsét zöld selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 912. 23. dipl. oszt. 4562. Közli: Kovács N.

---

257.

1355. Visegrád, dec. 2. Szécsi Miklós országbíró, Dombó Valkóvármegyei birtok háromnegyed részét, Vadakoli Lőrincz fiának Lőrincznek s Péter fiának Istvánnak, Phyle unokáinak, negyedik részét pedig Dombói Péter fia Márton három leányának ítéli.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod cum nos sabbato proximo post festum Nativitatis virginis gloriose nunc proxime preteritum, una cum . . Nicolao regni Hungarie palatino et iudice comanorum ac magistris Johanne filio Gyeleti, fratre eiusdem domini Nicolai palatini, Philippo de Beldre comite udvarnicorum regalium et de Insula Magna, Lachk fratre Balus ac Leukus filio Abrahe de Cheklisz et Nicolao protonotario dicti domini Nicolai palatini et aliis nobilibus regni in nostra sede iudiciaria sedissemus et uniuscuiusque causantis lites et iurgia equo moderamine pandissemus, Gallus filius Sebastiani pro Stephano filio Petri de Mykola . . ac Laurencio filio Laurencii de Vadakul . . ad nostram iudiciariam veniendo presenciam, quasdam septem literas, unam capituli ecclesie Boznensis patentem ac tres evocatorias, duas videlicet capituli ecclesie Bachiensis et terciam dicti capituli ecclesie Boznensis, nec non tres iudiciales, unam comitis Nicolai Druget condam iudicis curie regie predecessoris nostri . . et duas nostras in diversis terminis sub variisque formis confectas et emanatas, contra . . relictam Martini filii Petri condam de Dombo nostro iudiciario examini presentarat, in quarum unius videlicet ipsius capituli ecclesie Boznensis patentis litere tenore seriose habebatur, quod magistri Laurencius filius Laurencii filii Phyle et Stephanus filius Petri filii eiusdem Phyle fideles aule regie milites, ad regie serenitatis accedentes presenciam, suasque fidelitates et obsequia sue regie maiestati per eosdem diversimode

exhibitas et impensa proponentes et declarantes et in suam regiam memoriam revocantes, quamdam possessionem quondam Martini Zachud dicti filii Petri Dombo nuncupatam in comitatu de Valkou existentem, asserentes ipsum Martinum Zachud dictum ab hoc seculo sine herede sexus virilis decessisse, ex eoque dictam possessionem eiusdem, iuxta approbatam regni consuetudinem manibus eiusdem domini regis devolutam extitisse, a ipsa regia maiestate ipsis dari perpetuo et conferri postulassent; verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis quondam dicti Martini Dombo vocate, et utrum eadem sue regie collacioni pertineret, aut ne, ipsi regie sublimitati veritas non constitisset, ideo ipsa regia maiestas fidelitati dicti capituli ecclesie Boznensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Blasius filius Pauli homo sue regie maiestatis ad hoc specialiter destinatus, ad faciem prefate possessionis quondam ipsius Martini Dombo vocate accedendo, et ipsam . . reambulando . . si eandem possessionem premissa modo sue regie collacioni pertinere inveniret, statueret prefatis magistris Laurencio et Stephano eo iure, quo ad suam regiam collacionem pertinere dinosceretur perpetuo possidendam, si non fieret contradictum; contradictores autem, si qui fierent, citaret eosdem contra ipsos magistros Laurencium et Stephanum ad suam regiam presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius statucionis . . sue regie excellencie rescriberet capitulum ecclesie Boznensis prenotatum. Ipsum igitur capitulum Boznense . . unum ex ipsis . . magistrum Johannem ipsorum ecclesie canonicum, cum prefato Blasio filio Pauli homine regio ad exequendum premissa pro testimonio duxissent destinandum, qui postmodum . . retulissent, quod ipsi convocacionibus legitimis universorum vicinorum et commetaneorum predictae possessionis quondam ipsius Martini Zachud dicti filii Petri Dombo vocate in comitatu de Valkov existentis ante omnia factis, feria secunda proxima ante festum Nativitatis domini nunc proxime preterita, ad faciem eiusdem possessionis accedendo et eandem diligenti inquisitione ab eisdem vicinis et commetaneis facta ad suam regiam collacionem pertinere inveniundo, utpote possessionem hominis sine herede sexus mascu-

lini decedentis, perseveratis in eadem plus quam novem diebus successivis, prefatus homo regius, presente predicto testimonio ipsius capituli Boznensis, statuisset eisdem magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri filiorum videlicet Phile eo iure, quo ad collacionem dicti domini regis pertinere dinoscerentur perpetuo possidendam, iure salvo in eodem alieno remanente. Verum tamen heres feminei sexus dicte possessionis, scilicet tres filie predicti Martini Zachud dicti in facie eiusdem possessionis per predictum patrem earum in eadem derelictae apparuissent, que contradicere se non valere exhibuissent, neque alio aliquo contradictore apparente. Tenores vero aliarum premissarum literarum exprimebant, quod primo et principaliter eadem nobilis domina ad octavas festi Pasche domini ad presenciam ipsius comitis Nicolai Druget, secundo ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste et tercio ad quindenae ferie secunde proxime ante festum Assumcionis virginis gloriose nunc proxime elapsas in nostram presenciam super eo, quod ipsa domina relicta Martini filii Petri sua (iura) et trium filiarum suarum de quadam possessione ipsorum Laurencii filii Laurencii de Vadakul et Petri filii Petri Mykola Dombo vocata, que quondam ipsius Martini mariti ipsius domine heredum solacio destituti extitisset, iuxta regni consvetudinem premissis titulo manibus regis devoluta et pro meritorum ipsorum serviciis per regalem benignitatem eisdem Laurencio et Stephano collata fuisset, proveniencia reciperet, per homines regios et presentibus dicti capituli Vachiensis testimoniis binis vicibus, tercio vero eiusdem capituli Boznensis legitime evocata venire vel mittere non curasset, se in quolibet predictorum trium terminorum singularum trium marcarum iudiciorum oneribus . . . aggravari permittendo. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, prefatus Gallus filius Sebastiani eisdem Laurencio et Stephano filio Petri ex parte prefate domine relicte Martini filii Petri medelam equitatis imperitari postularat iure et iusticia regni exposcente; unde quia prefata nobilis domina relicta Martini filii Petri nobis et eidem domino Nicolao palatino ac nobilibus regni predictis, premissa sua iura et trium filiarum suarum de predicta possessione Dombo vocata, premissis modo eisdem Laurencio filio Laurencii,

et Stephano filio Petri per regiam maiestatem collata proveniencia, recipienda, prehabitis trinis forensibus proclamacionibus ad tramitem iusticie invitari debere visum extiterat, ideo predicto capitulo Bachiensi amicis nostris scribendo, eorum amicitiam pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Jacobus filius Johannis de Palagar homo regius eandem nobilem dominam relictam Martini filii Petri in tribus foris comprovincialibus publice et manifeste super iudiciis in dictis tribus terminis modo quo supra in ipsam aggregatis, nobis in duabus partibus, velud iudici, et in tertia parte eisdem partibus adversis satisfacturam ac sua et dictarum trium filiarum suarum iura prenotata de eadem possessione Dombo vocata proveniencia recipendam, ad quintum decimum diem ultime diei ipsius proclamacionis in presencia regie maiestatis faciat proclamari, que si veniret et de premissis iudiciis nobis et dictis partibus adversis satisfaceret et premissa iura sua et dictarum trium filiarum suarum recipere curaret bene quidem, alioquin faceremus in premissa causa, quid requireret ordo iuris. Et post hec ipsarum forensium proclamacionum seriem, cum tocuis peracti negocii processu, ad ipsum quintumdecimum diem ultime diei proclamacionis regie maiestati fideliter rescribere debuerat capitulum ecclesie Bachiensis prenotatum. Tandem ipso quinto-decimo die diei ultime proclamacionis videlicet octavis festi Omnium Sanctorum occurrente, Stephanus parvus pro predictis Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri . . ad nostram veniendo presenciam, quasdam literas eiusdem capituli Bachiensis nobis presentavit, in quibus inter cetera expresse vidimus contineri, quod predictum capitulum receptis literis nostris cum predicto Jacobo filio Johannis de Palagari homine regio, ipsorum misissent hominem videlicet Benedictum clericum chori ipsorum, ad ea que in ipsis literis nostris contineri vidissent exequenda pro testimonio . . qui postmodum . . ipsis retulissent, quod idem homo regius sub testimonio predicti hominis eorundem, presentibus Stephano parvo, Laurencio filio Laurencii, item Benedicto magno Stephani filii Petri filiorum scilicet Phile de Vadakun procuratoribus legitimis, pro eisdem adherentibus, sabbato proximo ante festum beati Michaelis archan-

geli proxime preteritum in foro generali in villa Jenke vocata celebrari consveto, item secundo die dicti sabbati scilicet in die dominica proxima in villa Zenthylya vocata et feria secunda proxima post eandem in villa Munustur vocata, similiter in foris generalibus in eisdem celebrari consvetis post se se continuis in predicto comitatu de Valkov existentibus, observata serie literarum nostrarum publice et manifeste fecisset proclamari . . ut nobilis domina relictæ Martini filii Petri condam de Dombo eiusdem comitatus, propter quam causam iura sua et trium filiarum suarum iure geniture et regni consvetudine requirente ipsis provenienciâ . . ab eisdem Laurencio et Stephano recipere . . non curaverit et eciam ad tres evocaciones ad presenciam ipsius regie maiestatis cum predictis literis nostris legitime factis in terminis ad hoc assignatis, contra eosdem Laurencium et Stephanum ire personaliter aut legitimum suum procuratorem mittere non curaverit, insuper eciam quo iure et quo titulo in predicta possessione Laurencii et Stephani predictorum Dombo vocata . . permaneret, racionem redderet coram ipsa regia maiestate contra Laurencium et Stephanum supradictos, ad quem quidem terminum predicta domina relictæ Martini non venit neque misit per prefatum Stephanum procuratorem ipsorum magistrorum Laurencii et Stephani viginti diebus continuis legitime coram nobis expectata; quibus sic habitis idem Stephanus procurator dictorum magistrorum Laurencii et Stephani eisdem magistris Laurencio et Stephano super premissis iusticie complementum ex parte sepefate . . relictæ Martini per nos impertiri postulavit. Verum quia tempore statucionis predictæ possessionis Dombo vocate nomine possessionis hominis sine herede sexus virilis decedentis, ipsis magistris Laurencio et Stephano per regiam maiestatem . . collate, nemo aliquod ius in eadem possessione preterquam tres filie prefati Martini filii Petri quartam ipsarum puellarum eis de iure provenientes se habere, in presenciam predictorum regii et capituli Boznensis hominum asseruisse ac memorata domina relictæ Martini ad recipiendum iura sua ab eisdem magistris Laurencio et Stephano iuxta regni consvetudinem sibi provenienciâ . . evocata et quarto proclamata, ad nullum predictorum quatuor terminorum venisse vel misisse ex serie prescriptarum

literarum reperiabantur, ideo una cum . . Nicolao episcopo ecclesie Zagradiensis aule regie vicecancellario ac . . Stephano preposito Budensis, Gregorio custode Varadiensis ecclesiarum, necnon . . domino Nicolao Kont voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, Thoma filio Petri magistro ianitorum regalium et aliis quampluribus nobilibus nobiscum in adiudicacione predictae cause sedentibus, matura deliberacione prehabita, tres partes prefate possessionis Dombo vocate, prelibatis magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri iuxta premissam regiam collacionem nostra iudiciaria auctoritate . . reliquimus perpetuo possidendas . . sine preiudicio iuris alieni, predicta vero quarta parte dicte possessionis cum universis utilitatibus eiusdem, ipsis tribus filiabus predicti Martini filii Petri, quousque ipse maritis matrimonialiter copulabuntur, remanente ita tamen, quod annotatis tribus filiabus pretitulati Martini filii Petri viris matrimonialiter copulatis, ipsa quarta pars dicte possessionis, habita prius eisdem iuxta regni consuetudinem de iuribus ipsarum videlicet quarta puellari satisfaccione, iam dictis magistris Laurencio et Stephano similiter perpetuo secundum premissam regiam collacionem devolvatur possidenda, hoc eciam declarato, ut dum ipsa domina relicta Martini filii Petri voluerit, dotem et res suas parorfanales sibi in dicta possessione de iure provenire debentes, ab eisdem magistris Laurencio et Stephano requirere et rehabere possit iusticia exigente . . Datum in Visegrad, vigesimo quinto die octavarum festi Omnium Sanctorum predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

I. Lajos királynak 1367. febr. 8-án «Stephanus filius Petri filii File et Nicolaus filius Laurencii in sua et Fabiani filii eiusdem Laurencii personis» kérésére kiadott privilegiumából, melynek eredetije megvan két példányban az Orsz. Ltárban N. R. A. 646. 28. dipl. oszt. 33604 és 33605. Közli: Kovács N.

## 258.

*1355. Ujlak, dec. 4. Miklós macsói bán, Baranya vármegye alispánjának meghagyja, hogy Kéméndi Jakab fia Miklós és ennek fia Jakab kérésére, Nyomja nevű birtok vámjövédelme iránt intézkedjék.*

Nicolaus de Machou et inter ceteros suos comitatus comes de Baranya . . magistro Laurencio vicecomiti suo de comitatu antedicto vel vices eius gerenti . . Dicunt nobis magistri Nicolaus filius Jacobi de Kemud et Jacobus filius eius, quod quoddam tributum ipsorum in villa eorum Namyán vocata exigi consuetum abolitum esset et annihilatum, eo quod homines ad ipsum tributum de iure venire debentes, per alias vias procederent et per possessiones aliorum nobilium falsas et indirectas vias sibi transeundi ordinarent; superquo . . mandamus . . quatenus in foris et locis publicis in ipso comitatu palam proclamari faciatis, ut universi homines ad ipsum tributum de Namyán (venire) debentes, transitum facere debeant de eadem, iustum eorum tributum ibidem persolvendo (. . . . .), quoscunque tales in aliis viis falsomodo incedentes invenire et apprehendere potuerint, omnibus bonis et rebus suis apud eos inventis privabuntur eo facto, et ad premissa exequenda hominem vestrum,obilem et possessionatum, eisdem magistris Nicolao et Jacobo filio suo dare et assignare debeatis, iusticia tamen mediante. Datum in Wylak, in festo beate Barbare virginis et martyris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije a báró Révay család javnyicskai ltárában; Gyulay, IV, 24.

## 259.

*1355. dec. 15. I. Lajos király, a Nyaláb várához tartozó s Ugocsa vármegyében fekvő Nagyszáz, Királyháza, Ardó és Verecze nevű királyi birtokokon lakó jobbágyait, ezek kérelmére, kiváló szabadságokkal ruházza fel.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus devenire, quod nos universis populis et iobagionibus nostris de Nogzaz et de Kyralhaza, de Ordow et de Vereche ad castrum



nostrum Nyalab pertinentibus in districtu de Vgacha existentibus congregatis et congregandis, ad humillimam supplicationem eorundem per Johannem de Nogzaz, Hanconem de Ordow et Andream de Kyralhaza ecclesiarum plebanos, Herbordum et Andream ac Georgium et Johannem villicos predictarum villarum nobis factam et porrectam, hanc ex regie nobilitatis elemencia libertatis prerogativam duximus faeiendam, quod iidem populi et iobagiones nostri villicos et plebanos, quos voluerint, excepta plebania de Nogzaz, cuius collacionem nobis et nostris successoribus reservamus, inter ipsos eligendi habeant facultatem; pro collecta autem annuali de una integra curia unum fertonem in duobus terminis, medietatem videlicet in festo sancti Georgii martyris et aliam medietatem in festo sancti Martini confessoris, terminis post se se occurrentibus, nobis dare et persolvere teneantur, pro munere autem in dictis terminis comiti eorum de qualibet curia unum cubulam cerevisie, duas tortas et unum pullum, item in festo Nativitatis domini iidem populi nostri de qualibet villa comiti vel castellano eorum munus unum fertonem valens, vel ipsum unum fertonem dare teneantur, akones autem in avena et tritico, castro nostro Nyalab ex parte ipsorum provenientes, solvunt, prout ab antiquo fuit consvetum, nulla innovacione occurrente, item si aliquod homicidium inter ipsos perpetrari contingat, extunc comes eorum non plus nisi unam marcam pro iudicio seu birsagio extorquere possit, cuius iudicii due partes comiti eorum, tertia vero pars in villicorum suorum cedere debeat porcionem; de homine autem interfecto plebani eorum ab homicida unam marcam, prout fuit consvetum, percipiant; item omnes cause exceptis causis furti, potencie vel sanguinis effusionis villici predictarum villarum cum coniuratis eorum iudicabunt, quas quidem tres causas comes eorum cum villicis et iuratis predictis iudicare debeat et terminare, iudiciorum autem ipsarum trium causarum due partes comiti eorum et tertia pars in porcionem villicorum cedere debeat; item si quis eorum super homicidio iuraverit, comes eorum pro iudicio ab eodem homine pro expurgacione sue persone mediam marcam habere possit et extorquere ita tamen, quod due partes comiti, tertia pars villicis predictis debeant remanere, volentes enim, ut ipsa iudicia seu birsagia non

eorum comes seu castellanus sed villici predicti, ab his quibus decuerit, exigant et sic castellano predicto administrent, preterea si iidem populi mortem uniuscuiusque hominis convenire aut expedire debuerint, extunc cum tredecim personis convenire vel expedire valeant atque possint, in productione autem testium procedant sicut moris est in civitate nostra Zeuleus; item si aliqua causa ardua evenerit inter ipsos, de qua suspicio oriri possit vel ambiguitas, extunc a iudice et iuratis de Zeuleus iudicium requirant et interrogent ad evitandam ambiguitatem supradictam, de quorum iudicio per ipsos interrogato tam eorum castellanus et ipsi, quam pars adversa debeant contentari. Ceterum si aliqua congregacio generalis ex mandato regio in ipso districtu vel prope ibi celebrari contingat, extunc iidem populi nostri ad ipsam congregacionem ire non teneantur, sed si quicumque accionis materiam contra ipsos in ipsa congregacione moverit, hi in presencia castellani aut villicorum ipsorum legitime exequantur; item si qui ex ipsis terras silvestres pro terris arabilibus extirpaverint, easdem perpetuo possideant et disponant de eisdem, quo eorum placuerint voluntati, iidemque populi nostri a solucione tributi, quod in portu Tycie Kyratreue dicto exigitur, racione terrarum ipsorum usualium exempti habeantur; item ecclesie eorum parochionales pristina pociantur privilegia libertatis, absque impetitione castellanorum castri nostri Nyalab antedicti; item silvas glandinosas, montes, aquas et rivulos ac piscinas exceptis iuribus nostris sicut hactenus usi fuerant, sic et nunc utendi et utilitates earundem percipiendi habeant facultatem. . Datum per manus . . domini Nicolai . . episcopi Zagradiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini Millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto, decimo octavo kalendas mensis Januarii, regni autem nostri anno quarto decimo; venerabilibus \*

A pecsét zöld, vörös, és kék selyemsodraton függ; eredetije a b. Perényi cs. ltárában III. 10. Közli: Kovács N.

\* L. az egyház és országnagyok neveit, Fejér IX. 2. 404. 405. l. azzal a különbséggel, hogy az egyháznagyok közt Balázs tinnini püspök is meg van nevezve, s hogy a váradi püspök neve nem Domokos, hanem Demeter.

260.

*1355. dec. 16. A csanádi láptalan előtt, Zuhai Albert leánya és ennek fia: Ószölös nevű, a Maros folyó mellett fekvő csanádvármegyei birtokukat, Margitnak Pousa mester leányának a székelyek volt grófja László nejének, száz márkáért eladják.*

Capitulum ecclesie Chanadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nobilis domina Lucia vocata, filia videlicet magistri Alberti de Zuha de comitatu Borsodiensi, item Nicolaus et Bartholomeus filii sui in sua et Johannis germani eorum uterini absentis personis, ad nostram accedentes presenciam propositum extitit per eosdem ad onus et gravamen eorum . . quod ipsi quamdam possessionem eorum totalem Ozelews vocatam iuxta fluvium Morus in comitatu Chanadiensis existentem, in qua ecclesia in honore sancti Petri constructa esse dinoscitur, que possessio de possessione Ahtunmonustur vocata decisa fuisset et ad dictam dominam Luciam iure gentiture, ratione sue quarte partis puellaris eam contingentis, ex parte fratrum suorum fuisset devoluta, nomine sui iuris prenominati, cum omnibus suis pertinenciis . . sub suis metis prioribus . . et eo iure, quibus et quo dictam possessionem ipsi actenus . . possederunt, nobili domine scilicet Margarete filie magistri Pousa, nunc consorti magistri Ladislai quondam comitis sicularum et per eam cui vel quibus dictam possessionem voluerint donare . . pro centum marcis duplicatorum denariorum monete in provincia currentis plenarie ab eadem . . Margareta sicut dixerunt . . receptis . . coram nobis vendiderunt . . iure perpetuo . . possidendam . . nil iuris . . sibi aut eorum posteris in eadem possessione relinquendo, sed totum ius et proprietatem eiusdem in ipsam . . Margaretam transferendo, quam quidem pecunie quantitatem dicta domina Margareta de rebus suis parafernalibus et scrinalibus, secum de domo patris sui apportatis solvisse eisdem, per Andream filium Jacobi dictum de Baranya procuratorem suum . . in persona eiusdem domine coram nobis astantem, auctoritate procuratoria perhibetur . . Datum feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis et martyris, per manus magistri Nicolai ecclesie nostre lectoris, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto . . Michaelis pre-

posito kathedrali, Michaele cantore, Mathia custode, Stephano Temusiense, Nicolao Ultramorusiensi, Martino de Crasow archidiaconis, Gregorio, Petro et Stephano canonicis . .

A pecsét hamvaskék selyem-sodraton függött; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 555. 9. dipl. oszt. 4568. I. Lajos királynak »Johannes et Stephanns filii quondam magistri Pethew de Adacs» kérelmére 1357. jul. 21-én kiadott átiratában is meg van, mely szintén az Orsz. Ltárban őriztetik N. R. A. 587. 25. dipl. oszt. 4643. Közli: Kovács N.

## 261.

*1355. Visegrád, decemb. 19. Szécsi Miklós országbíró előtt, Kont Miklós erdélyi vajda és Löhös kir. főasztalnok, Olgyai Chuna András fiával Pállal és Endre fiával Jánossal, a magyarok által Andych és Fako után maradt birtokok iránt kiegyeznek.*

Nos comes Nicolaus de Zeech index curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod magnificis viris domino Nicolao Konth voivode Transsilvano et comite de Zolnok nec non Leukus magistro dapiferorum dicti domini nostri regis ac comite siculorum, filiis magnifici viri Laurencii dicti Thot condam magistri tavarnicorum regalium ab una, et Paulo filio Andree dicti Chuna ac Johanne filio Endere de Ogya, parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis propositam extitit per eosdem . . quod ipsi super factis possessionum et possessionariarum porcionum quondam Andych et Fakou de dicta Ogya infradeclaratarum, per . . Lodovicum regem nomine possessionum hominum sine herede decedencium pro fidelissimis et laude dignis meritis . . ipsorum . . Nicolai voivode et magistri Leukus eisdem datarum et collatarum, taliter . . concordarunt coram nobis, quod licet ipsi videlicet Paulus filius Andree et Johannes filius Endre racione iurium eorum ipsis de possessionibus et possessionariis porcionibus quondam Andych et Fako predictorum, prefatis . . Nicolao voivode et magistro Leukus fratri suo nomine possessionum hominum sine herede decedencium per regiam maiestatem . . collatis, ut dicebant, provenire debencium eosdem . . Nicolaum voivodam et magistrum Leukus fratrem suum legitime in causam contra se attrahere . .

intenderint, tamen quia iidem Nicolaus voivoda et magister Leukus frater suus compacientes inopie et paupertati dictorum Pauli et Johannis, volentes eciam hoc, ut ne dicti Paulus et Johannes perpetua egestate laborarent, considerantesque, quod respectu horum, que ad presens faciunt, ipsos divina retribucio consequatur, possessionariam porcionem dictorum Andych de Fako in dicta Ogya habitam et per eosdem . . possessam, cum omnibus . . pertinenciis . . specialiter vero cum quadam insula Eghazasfuen \* vocata, quam quidam fluvius Bulder nuncupatus . . circumdaret, absque omni litigionario processu eisdem Paulo filio Andree et Johanni filio Endre perpetuo . . possidendam . . remiserunt coram nobis, possessionariis eciam eorum porcionibus propriis in eadem Ogya habitis per ipsos usque nunc possessis similiter eisdem remanentibus; e converso autem ipsi Paulus filius Andree ac Joannes filius Endre, quia ipse . . Nicolaus voivoda et magister Leukus frater suus ipsis in omnibus factis eorum negociis et agendis ope, opere et auxilio iuxta opportunitatem temporum et locorum eis affuissent et in futurum ab eisdem proficuum auxilium et subsidium tempore opportuno ipsis imminere sperarent nunc eciam, unam peciam panni de Colonia, viginti marcas et quatuor boves ac quatuor vaccas in allevacionem quarundam necessitatum ipsorum . . contulissent, ideo consideratis omnibus premissis alias possessiones et possessionarias porciones eorundem Andych et Fako, scilicet possessiones Wyusar, Watha alio nomine Gyurgfiapeterhaza, Reen, Wyfalu, Tarnuk, Nemuthfalu, Kysaztal et Zolgyagyur vocatas totas, necnon possessionarias porciones in possessionibus Magyer, Bank, Watha et Ilka alio nomine Harmathel vocatas habitas, eidem . . Nicolao voivode et magistro Leukus fratri suo et per eos heredibus eorum . . iuxta premissam collacionem regiam perpetuo . . possidendas . . reliquerunt . . coram nobis, nullo iure et dominio, si quod in eisdem . . optinere valuissent in futurum ipsis et eorum posteris reservato, sed totum ius et dominium proprietarium in ipsos . . Nicolaum voivodam et magistrum Leukus ipsorumque heredes per omnia transferendo, universas eciam literas . . quorum vigoribus . . eedem possessio-

\* Más helyen Heghazassuen; dipl. oszt. 4908.

nes et possessionarie porciones prius per eosdem Andych et Fako habite extitissent . . nunc apud manus ipsorum existentes, in octavis diei Strennarum proxime venturis in capitulo ecclesie Jauriensis dictis . . Nicolao voivode et magistro Leukus fratri suo reddere . . assumserunt coram nobis. Si quas autem . . ex eisdem in fraudem ipsorum domini Nicolai voivode ac magistri Leukus et suarum posteritatum reservando reddere . . eisdem non curarent, extunc eas . . tacite reservatas . . frivolas . . reliquerunt . . assummentes eciam ipsi Paulus et Johannes ab universis eorum heredibus . . expedire eosdem . . Nicolaum voivodam et magistrum Leukus . . Datum in Visegrad, sabbato proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

A pecsét zöld selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Poson. 9. 4. dipl. oszt. 4569. Közli: Kovács N. Ugyanez megvan majdnem szóról szóra I. Lajos királynak 1355. dec. 21-én kelt levelében ugyanott dipl. oszt. 4572. Ugyanott megvan Szécsi Miklós országbíró levele 1355. dec. 21-ről, mely szerint az Olgyaiak magukat arra kötelezték, hogy a nekik visszamaradt olgyai birtokukat senki másnak, csak Kont Miklósnak és testvérének adhatják el, dipl. oszt. 4573. Végre ugyanott őriztetik I. Lajos királynak 1355. dec. 28-án Visegrádon kelt levele egy 1360. mart. 26-án kelt kir. átiratban, mely szerint a király a magban szakadt Olgyai Andics és Fako olgyai birtokrészeit, a mint az a fönt köztölt oklevélben is körül van írva, Olgyai Pálnak és Jánosnak adományozta azon föltétel alatt, hogy a többi birtokhoz jogot ne tartsanak; dipl. oszt. 4908.

## 262.

*1355. dec. 20. A pécsi káptalan előtt, Siklósi Pál fia Gyula és fivéréi egyrésztől, másrésztől pedig Ders fia Miklós és fiai, a köztök föntjorgott minden sérelemre nézve kibékülnek, s Dersfi Miklós az általa zálogban bírt Thezenfalva nevű birtokot a Siklósiaknak kibocsátja.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Giulia filio Pauli filii Petri de Suklos pro se et pro Nicolao Michaele et Stephano fratribus suis . . ab una, item magistro Nicolao filio Ders, pro Ders et Georgio filiis suis, parte ex altera in nostri presencia specialiter constitutis propositum extitit per eosdem . . quod ipsi super quibusdam causis et cau-

sarum articulis tam videlicet possessionariis quam iniuriis inter ipsos motis et hactenus ventilatis, habita et obtenta iudicis ipsorum licencia per ordinacionem . . Andree condam bani de Machow nunc vero comitis Castriferrei et Supruniensis, item magistrorum Nicolai de Theremhegh protonotarii . . Nicolai . . palatini iudicis comanorum, Johannis filii Jacobi de Nempti, Sebastiani dicti Orrus de Sancto Laurencio, Emerici filii Renoldi magni de Bakania et aliorum nobilium virorum ipsos concordancium et pacis unionem inter eos ordinancium, taliter concordassent, ut predicti magistri Nicolaus et filii sui possessionem Thesenfalua vocatam in comitatu Barana existentem, per prefatum Paulum filium Petri pro decem marcis compoti de Barana ipsis impignoratam et eo iure hactenus possessam, quamprimum idem Gyula et fratres sui simul vel per se dictas decem marcas ipsis restituere possent, ipsi immediate eadem decem marcas rehabere et pro eisdem dictam possessionem Thesenfalua cum omnibus . . pertinenciis . . eisdem restituere . . tenerentur absque omni contradiccione et difficultate, nullum ius pro se reservando in eadem. Et quia iobagiones eorum de Zeredahel et de aliis villis ibidem habitis, dicte possessioni Thesenfalua vicinarie adiacentibus, a percepcione utilitatum eiusdem possessionis Thesenfalua vix vel nunquam se continere possent et fruicione earundem carere non valerent, ideo si alique iniurie . . per unam parcium alteri vel pertinentibus ad eandem per se vel per pecora aut equacias illate fierent seu irrogarentur, extunc pars iniuriata coram nostro vel iudicium nobilium dicti comitatus homine, a parte iniuriam inferente, de illatis iniuriis vel damnis iusticiam et satisfaccionem sibi impendi postulare teneretur, sed medio tempore eandem contra se nec citare nec contra eandem inquisitionem facere valeret; si autem ipsa pars iniuriam vel damnum inferens in exhibicione iusticie et satisfaccionis negligens fieret, extunc eandem quando vellet contra se citari et contra eandem inquisitiones faciendi liberam haberet facultatem; ordinatum eciam fuisset inter ipsos et per eos assumtum, ut universas possessiones et porciones possessionarias per progenitores eorumdem Gyula et fratrum suorum ipsi magistro Nicolao et filiis suis impignoratas et ab eisdem in divisione vel aliomodo ad quondam magistrum Petrum fratrem

Ders et Michaelem filium suum devolutas, idem Gyula et fratres sui ab eosdem simul et per se dum vellent et possent redimere valerent . . et ipsi easdem impignoraticias possessiones eisdem resignare tenerentur . . Datum die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1509. 31. dipl. oszt. 4571. Közli: Kovács N.

## 263.

*1355. dec. 20. A pécsi káptalan bizonyítja, hogy Siklósi Péter unokája, Pál fia Gyula és fivérei, Ders fiával Miklóssal és ennek fiával, a közöttük föntforgott több rendű hatalmaskodási ügyben egyezségre léptek, és hogy Dersfi Miklós Szomorfalva s Páli nevű zálogos birtokokat, a kovácshidai rámjoggal együtt a Siklósiaknak visszaadta.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Ginla filio Pauli filii Petri de Suklous pro se et pro Nicolao, Michaele et Stephano fratribus suis . . ab una, item magistro Nicolao filio Ders, Ders et Georgio filiis eiusdem, magistri Nicolai, parte ex altera, in nostri presencia personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem . . quod ipsi in causa, quam predictus Gula in facto potenciario ablacionis octo equorum suorum et sue persone captivacionis ac in fluvium Drave proici sicque sibi mortem inferre attentacionis, ac illacionis damnorum ad quingentas marcas se extendencium, per predictos magistrum Nicolaum et filios suos factorum, coram domino nostro rege et regni sui baronibus movisse dinoscebatur, que omnia per tres literas inquisitorias, unam nostram, aliam conventus Varadiensis et terciam comitis et iudicum nobilium comitatus Barania probare et eciam attestacioni nobilium eiusdem comitatus se submittere voluisset, in eadem ex permissione iudicis eiusdem cause eorum, per ordinacionem . . Andree condam bani de Machow, nunc vero comitis Castriferrei et Supruniensis, item magistrorum Nicolai de Theremhegh protonotarii . . Nicolai . . palatini et iudicis comanorum, Johannis filii Jacobi de Nempti, Sebastiani dicti Orrus de Sancto Laurencio, Emerici



fili Renoldi magni de Bakania et aliorum nobilium virorum ad talem pacis et concordie devenissent unionem, ut ipsi universas literas . . super premissis qualitercunque contra se se emanatas . . exceptis solummodo literis et instrumentis factum possessionum tangentibus, et eisdem per omnia in suo vigore permanentibus, cassas reddidissent . . coram nobis, tali modo, ut ubicunque una pars vel quispiam ex eisdem contra aliam partem dictas literas . . in iudicio vel extra iudicium super premissis exhiberet, nullius essent vigoris . . et exhibitor . . earumdem in vicio calumnie convinceretur . . eo facto, preterea idem magister Nicolaus et filii sui in recompensam et satisfaccionem sedacionis . . premissae cause et requisicionis prefatorum Gyula et fratrum suorum possessiones suas Zumurfalva et Paly vocatas ac porcionem tributi in possessione Kovachhyda nuncupata exigere consveti, in dicto comitatu Barana existentes, per quondam Nicolaum filium predicti Petri de Suklos fratrem patruelem eorumdem Gyule et fratrum suorum ipsis impignoratas, cum omnibus eorum . . pertinentiis universis eisdem Gyule et fratribus suis ad plenum retistuisent . . per ipsos et eorum heredes perpetuo iure possidendas . . In quarum tamen dominium et perpetuam iurisdictionem eosdem Gyula et fratres suos coram nostro homine, in octavis festi Epiphanie domini nunc venturis introducere et statui, et literas super impignoracione dictarum duarum possessionum et porcionis tributi confectas, ob maiorem evidenciam ipsius restitutionis et tucioem conservacionem earumdem possessionum et porcionis tributi, eisdem Gyula et fratribus suis in dicto termino restituere assumerunt nostri in presencia astantes ; si quas autem scienter vel ignoranter reserverent illas viribus carere commiserunt . . Datum die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1509. 30. dipl. oszt. 4570. Közl.: Kovács N.

## 264.

1355. Trencsén, dec. 21. Trencsén vármegye alispánja és szolgabirói, Zamari Márton fiának Péternek, Drethinai László elleni ügyében, az utóbbit négy ökör értékének megtérítésében marasztalják.

Nos magister Michael vicecomes et castellanus Trinchinensis ac iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod quia domina relicta Ladislai de Drethina coram nobis personaliter comparendo asseruit, quod a Petro filio Martini de Zamar unum aratrum cum quatuor pecudibus apreciasset (*így*) et eadem reddere nequivisset propter eo, quia Buchk et Benedictus filii Colomani propria ipsorum auctoritate abstulissent ab eadem, et quia prefata domina oretenus asseruit . . . commisimus, ut usque feriam secundam proximam post festum Epiphanie domini nunc venturum, pro illis quatuor pecudibus duas marcas promptorum denariorum . . . solvere debeat comiti Petro antedicto, aut de possessione sua quantum ad hoc conveniens fuerit, eidem obligare teneatur, de una marca iudicii, in quo prefata domina relicta Ladislai contra ipsum comitem Petrum extitit convicta, ad decernendum ad eundem terminum prenotatum duximus prorogandum. Datum Trenchini, feria secunda proxima ante festum nativitatis Christi, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1598. 14. dipl. oszt. 4574. Közli: Kovács N.

## 265.

1356. jan. 6. A váradi káptalan előtt, Szaniszló György fia Mihály, fivére János leányának Colysnak, Léta nevű szabolcsvármegyei birtok felerészét, anyai hitbér és leánynegyed fejében átengedi.

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . . significamus . . . quod constitutus in nostri presencia vir nobilis Michael filius Georgii de Zanyzlo ab una parte, ex altera vero nobilis puella filia videlicet Johannis filii eiusdem Georgii fratris ipsius Michaelis Colys vocata, idem Michael filius Georgii . . . est con-

fessus, quod cum universe possessiones et possessionarie porcionnes eiusdem Johannis fratris sui, eodem sine liberis defuncto sexus masculini, ubilibet existentes, iure naturali ad ipsum existant devolute, ex eoque eidem nobili puelle iure et laudabili regni consvetudine exigente quarta puellari, doteque et rebus parafernalibus domine matris eiusdem, filie videlicet Nicolai dicti Zeuke de Damanhyda teneatur, ipse ductus amore fraternali rectam medietatem porcionis sue possessionarie in possessione Leta vocata habite, in comitatu de Zaboch existenti, a parte orientali adiacentem, in quo ordine fundus Benedicti rufi existeret situatus cum omnibus . . pertinentenciis eiusdem . . eidem nobili puelle Colys vocate precise, excepta alia filia eiusdem Johannis fratris sui et per eam suis heredibus . . pro quarta sua puellari necnon pro dote et rebus parafernalibus domine matris sue in ea parte in qua ipsam contingeret . . contulisset ac coram nobis . . contulit iure perpetuo . . possidendam . . dominium proprietarium eiusdem medietatis possessionarie porcionis in eandem nobilem puellam perennialiter transferendo, reliqua dimidia parte eiusdem pro se reservata. Super qua quidem medietate possessionarie porcionis, eadem nobilis puella contenta extitit coram nobis, reddens eundem Michaelem filium Georgii patrum suum super premissis quarta sua filiali dote et rebus parafernalibus domine matris sue, quantum ad suam partem . . coram nobis per omnia expeditum, renunciando . . omni proprietati . . quam titulo paterne donacionis aut quovis alio modo habuisset aut habere deberet in possessionibus et possessionariis porcionibus patris sui memorati . . Datum in festo Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a b. Perény cs. ltárában III. 11. Közli: Kovács N. A N. Muzéumban a Kállay cs. ltárában is megvan eredetben.

## 266.

1356. jan. 10. A pozsonyi káptalan előtt, Margit asszony Streuz Marhard pozsonyi polgár leánya, saját úgy rokonai és férje nevében vallja, hogy Miklós fia Jakus comes Pozsony város bírása, Domokos fiának Miklosnak pozsonyvármegyei alább megnevezett hét birtokát, melyek Streuz Marhardnál zálogban voltak, királtotta.

. . capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod domina Margareta filia Marhardi dicti Streuz condam civis Posoniensis, Jenslinus filius Alberti, domina Clara relicta Jekkul filii Merhardi prenati, pro se et Michaele filio eiusdem Jekkul, nec non Margareta filia sua ab eodem Jekkul procreatis nepotibus iamdicti Marhardi, ac Iwan filius Raznata maritus prefate domine Margarete filie Marhardi ad nostram personaliter adientes presentiam fatebantur in hunc modum, quod comes Jakus filius Nicolai filii Jacobi circa portum iudex civitatis Posoniensis, universas possessiones dicti Nicolai filii Dominici in comitatu Posoniensi existentes, Januk, Tolvayfolua, Saralia, Kurmusd, Kukynzarw, Chandal et Kezey vocatas, que Marhardo dicto Streuz prenomitato patri prefate domine mediantibus aliis literis nostris pro quadringentis et sexaginta marcis latorum denariorum viennensium, quamlibet marcam cum decem pensis computando, per eundem Nicolaum filium Dominici obligate et impignorate extitissent, iuxta . . mandatum . . Lodovici . . regis . . predictis quadringentis et sexaginta marcis ab eisdem redemisset . . pro quibus eundem Jakus iudicem et suos heredes reddiderunt expeditos, quietos ac modis omnibus persolutos . . Datum die dominica proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

A pecsét vörös selyemsodraton függ, a chyrographum az oklevél alsó szélén van; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4587. Közli: Kovács N.

## 267.

1356. Fejértó, jan. 16. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy Nagysejéni László fia Mihály, bizonyos hat forintra lezállított vérdíjat megfizetett.

Nos magister Ladislaus filius Johannis de Voya vicecomes de Zabouch et quatuor iudices nobilium de eodem memorie commendamus, quod Phouth iobagio magistri Michaelis filii Ladislai de Nogsemyen, contra relictam Nicolai filii Petri nobis in homagione (*így*) sui convictus extiterat, ipsa iudicia per petitionem proborum virorum et eciam per petitionem magistri Michaelis proximi nostri eidem relaxavimus sex florenos, quas quidem florenos sabbato proximo post octavas Epiphanie domini nobis solvere debebat, sub fideiussione magistri Micaelis domini sui predicti, ipso termino adveniente nobis solvit, ut debebat, et est expeditus. Datum in Feyrtho, termino supra dicto, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L sexto.

Hátlapján három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban, a Kállay cs. ltárában.

## 268.

1356. jan. 17. A pozsonyi képtalan előtt, Trefunkes István pozsonyi polgár leánya Klára, Marhard fia Jekulnak szintén pozsonyi polgárnak özvegye és gyermekei, valamint Albert fia Jensul, Marhard unokája, Jánoki Domokos fiának Miklósnak birtokai iránt folyt perben, Jánoki Miklós özvegye által magukat kielégítettnek jelentik ki.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis . . significamus, quod . . Clara filia Stephani dicti Trefunkes quondam civis Posoniensis, relicta Jekul filii Marhardi similiter civis Posoniensis, pro se et Michaele filio suo ac Margareta filia sua a dicto Jekul procreatis, ac Jensul filius Alberti filii Marhardi antedicti ab una, item . . Margareta relicta Nicolai filii Dominici de Januk ac Iwan filius Raznata nunc maritus ipsius domine Margarete parte ab altera, coram nobis personaliter constituti propositum extitit per eosdem . . quod licet inter ipsos super facto possessionum dicti Nicolai filii Dominici de Januk, que per eundem Nicolaum ipsi Marhardo mediantibus aliis literis nostris . .

impignorate extitissent, lis . . suscitata fuisset . . tamen per ordinationem et compositionem proborum et nobilium virorum in talem pacis et concordie devenissent unionem . . quod predicta . . Clara, tam ex parte sui, quam ex parte dictorum filiorum suorum et Jenschul similiter ex parte sui et posteritatum suorum, predictam . . Margaretam filiam Marhardi et Iwan maritum eius in eorum heredes . . racione dictarum possessionum et possessionariarum porcionum . . dicto Marhardo obligatarum reddiderunt expeditos . . literas autem eorundem . . reddiderunt cassas . . Datum die dominica proxima post octavas Epiphaniarum domini, anno in eodem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

---

269.

*1356. Pozsony, jan. 17. I. Lajos király Jakab fiának Miklósnak szolgálatait, barsmegyei Kalathna nevű birtokkal új adomány czímen megjutalmazza.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod quia nos ex fideli insinuacione et conscienciosa legacione universorum nobilium et aliorum quorumlibet hominum in comitatu Borsiensi existencium, nobis per magistrum Ladislaum filium Laurencii comitem Borsiensem intimata et relata, quandam terram Kalathna vocatam in comitatu Borsiensi existentem, nostram fore et ad possessionem Vgrach semper pertinuisse, omnique iure nostre collacioni cognovimus attinere, ideo nos ipsam terram Kalathna vocatam magistro Nicolao filio Jacobi fideli nostro pro suis meritoriis serviciis, quemadmodum sibi eciam prius ipsam terram similem predicta possessione Vgrach meminimus contulisse, sic et nunc eidem magistro Nicolao et per eum suis heredibus . . titulo nove donacionis nostre . . contulimus, imo . . conferimus in his scriptis perpetuo . . tenendam pariter et habendam, salvis iuribus alienis. Datum Posonii, die dominico proximo post octavas festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival, mely alatt e szavak

olvashatók: «Commissio regis per Synka Zudar»; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 108. 3. dipl. oszt. 4592. Közli: Kovács N.

## 270.

1356. jan. 23. A szepesi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Rozgonyi János fia László, László fia Péter s néhai Mykch bán fia Loránt között, Lónya nevű birtok határai kijelöltettek.

.. Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . Literas excellencie vestre . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Scepusiensis . . Dicitur nobis in personis Ladislai filii Johannis et Petri filii Ladislai, quod ipsi ad videndum concordiam inter ipsos et magistrum Lorandum filium quondam Mykch bani super facto creccionis quarumdam metarum ordinandam vestro testimonio indigeret; quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Nicolaus filius Markolphi vel Johannes filius Michaelis de Koksa aut Dubow filius Salamonis de Zewleud aliis absentibus homo noster predictam concordiam in facto dictarum metarum modo premissis ordinandam inter partes prenotatas videat et intueatur, et tandem si necesse fuerit seriem premissis concordie nobis fideliter rescribatis. Datum in Vysegrad, in vigilia festi Nativitatis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto. Nos igitur . . nostrum misimus hominem pro testimonio . . videlicet magistrum Nicolaum fratrem et concanonicum nostrum, unacum Dubow homine vestro prenotato, ad premissa exequenda. Qui demum . . retulerunt, quod feria quarta proxime preterita prenotati Ladislaus filius Johannis et Petrus filius Ladislai, necnon Nicolaus et Laurencius filii eiusdem Petri ac Johannes et Nicolaus filii predicti Ladislai filii Johannis ab una parte, Lorandus filius Mychk quondam bani pro se et Nicolao filio suo parte ab altera, in presencia ipsorum super facto ereccionis metarum predictarum inter possessionem eorundem Ladislai et Petri ac filiorum suorum Lonya vocate ac possessiones ipsius Lorandi et filii sui predicti vicinas, eidem possessioni Lonya litigiosarum, easdem metas secundum cursum infrascriptam erigendo perpetuo concordassent et super omnibus litibus..

ratione earumdem metarum et occasione ipsarum inter se motis atque usque ipsam feriam quartam ventillatis se se per heredum suorum successores mutua vicissitudine reddidissent expeditos . . . Cursus vero ipsarum metarum dinoscerentur esse tales : quod prima meta inciperet in fluvio Bodrug inter parcium possessiones predictas pro communi meta relicto per partes eadem, et in eodem fluvio Bodrug ascenderet ad locum, ubi quidam rivulus Iusapotaka caderet in eundem, de hinc adhuc in eodem fluvio Bodrug ascendendo bonum spacium exiret de eodem versus plagam occidentis ad duas terreas metas circa ipsum fluvium Bodrug erectas, illic versus eandem plagam occidentis eundo, perveniret ad quendam rivulum Virmespotak vocatum, circa quem rivulum essent similiter due terreae mete de novo erecte, et in eodem rivulo supra ascendendo exiret de eodem ad duas terreas metas eodem modo erectas de novo, de quibus inter predictum fluvium Bodrug et Tapul ascenderet ad unum montem ad duas terreas metas in vertice eiusdem montis erectas et ibidem terminarentur mete predictae . . . Datum tercio die festi beate Agnetis virginis et martyris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Ugyancsak a szepesi káptalannak 1364. jan. 25. «Andreas filius Dominici de Kazmerfolva de comitatu Scepsiensis famulus Ladislai filii magistri Ladislai filii Johannis ac Michaelis et Osvaldi filiorum magistri Laurencii filii magistri Petri de Rozgon de comitatu Vyuar» kérésére kiadott átiratából, melynek eredetije az Orsz. Ltárban őriztetik, N. R. A. 576. 39. dipl. oszt. 4575. Közli: Kovács N.

## 271.

*1356. Vraegrád, jan. 24. Miklós nádor Rozgonyi László fiúnak Peternek és János fiúnak Lászlónak, Mykch bán fia Lorand ellen, Lona nevű Csicsra várához tartozó zemplénvármegyei birtok iránt folyt perében, a felek között létre jött egyességet megerősíti.*

Nos Nicolaus . . . palatinus et iudex comanorum . . . significamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium de Sarus et de Abawyvar comitatum, feria secunda proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste prope civitatem Cassa, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>mo</sup> septimo celebrata, ma-



gister Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis nobiles de Ruzgun, de medio aliorum personaliter exsurgentes nobis tria paria literarum comitis et iudicum nobilium comitatus Zemliniensis presentarant, in quarum tenoribus reperiēbamus, quod magister Lorandus filius Michk condam bani primo ad feriam terciam proximam post quindenā festi Pasche domini tunc preteritas, secundo ad feriam terciam proximam post dominicam Quasimodo et tercio ad feriam terciam proximam post festum beati Gregorii pape in anno prenotato transactas legitime citatus contra eosdem magistros Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis ad presenciam dictorum comitis et iudicum nobilium non venisset nec misisset, qui quidem magister Lorandus filius Michk condam bani, per eosdem magistros Petrum filium Ladislai et Ladislaum filium Johannis quinque diebus diete congregacionis nostre legitime expectatus, non venerat nec miserat iudiciali onere contra eosdem se committendo aggravari; demum in quadam altera congregacione nostra generali universitati nobilium de Zemlin et de Vngh comitatum, feria secunda proxima post octavas predicti festi nativitatē beati Johannis Baptiste, in predicto anno prope civitatem Patak celebrata, magistri Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis predicti, de medio aliorum exsurgendo, literas comitis et iudicum nobilium prefati comitatus Zemliniensis nobis demonstrarant, in quibus inter cetera videbamus contineri, quod sabbatō proximo ante festum beati Gregorii pape tunc proxime preteritum, magister Lorandus filius Mykch condam bani ad possessionem eorum Lona vocatam, inter fluvios Tapul et Budrugh existentem, potencialiter veniendo et eandem igne concremando devastasset, et ibidem nos cum instancia postularant, ut iudices nobilium et iuratos assessores comitatum predictorum, qualem de premissis scirent veritatem, faterentur, requisitos haberemus, qui quidem iudices nobilium et iurati assessores eiusdem comitatus Zemliniensis fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sueque sacre regie corone pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno prestita, premissa per ipsum magistrum Lorandum eisdem magistris Petro et Ladislao modo prelibato fecisse unanimi et concordī testificacione affirmarant. Nos itaque his auditis cum Thomam filium Mathie,

qui pro ipso magistro Lorando cum nostris literis procuratoriis astiterat in eo, quid ipse in persona eiusdem magistri Lorandi super premissis responderet, requisitum habuissemus, idem Thomas absque presenciali interessencia dicti magistri Lorandi super premissis respondere recusarat, terminum ulteriorem eidem domino suo per nos assignari postulando; et quia annotatus Thomas procurator ipsius magistri Lorandi legitimus, ad premissa respondere recusans sine assignacione alicuius evidentiis rationis ulterius nitebatur prorogare, ideo ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas duxeramus prorogandam eo modo, ut tunc idem magister Lorandus iudicio trium marcarum ante litis ingressum persoluto, ad premissa responsurus comparere teneretur coram nobis; a quibus quidem octavis festi beati Michaelis archangeli ipsa causa ob regie maiestatis preceptum, eo quod idem magister Ladislaus filius Johannis versus partes Italie profectus extiterat, ipse vero magister Petrus absque eodem magistro Ladislao, cum quo possessiones haberet indivisas, respondere non posse retulerat, ad unius anni revolutionem earundem octavarum festi beati Michaelis archangeli extiterat protelata; tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli in altera revolutione annuali adherentibus, prelibatoque magistro Ladislao filio Johannis pro se personaliter et pro ipso magistro de Rozgun . . coram nobis comparente, ac super premissis ex parte prefati magistri Lorandi iudicium et iusticiam per nos sibi impertiri postulante, pro eodem magistro Lorando litere . . Lodovici . . regis . . patentes, una scilicet maiori sigillo in festo beati Francisci confessoris tunc preterito, et altera annulari suo sigillo in dominica proxima ante predictum festum beati Michaelis archangeli Bude emanate, nobis extiterunt demonstrate, in quarum prima maiori sigillo consignata habebatur, quod ipse magister Lorandus filius Michk condam bani sua et aliorum fratrum suorum in personis ipsi regie excellencie dixisset, quod instrumenta eorum literalia apud magistrum Stephanum fratrem eorum haberentur, et quia idem magister Stephanus in suo regali arduissimo servicio in partibus ultramarinis ex sua comissione regali fuisset occupatus, ideo dicta eorum instrumenta nullatenus possent exhibere, quocirca nobis inter ceteros regni sui iudiciarios firmo dederat sub precepto, quatenus

universas causas eorundem filiorum Michk bani, in quibus causis absque presencialitate dicti magistri Stephani fratris eorum non possent respondere et instrumentales exhibiciones qualescunque, quodocunque et in quolibet termino in nostri presenciam, habitas contra quempiam vel habendas, statu in eodem sine omni gravamine ad illum terminum, ad quem cause eiusdem magistri Stephani extitissent prorogate, deberemus prote-  
 lare; in secunda autem earundem annulari suo sigillo consi-  
 gnata idem dominus noster rex . . nobis mandabat, ut cum magister Stephanus filius Michk condam bani suis regalibus serviciis summe arduis in partibus transmarinis esset consti-  
 tutus, et ob hoc in causis suis coram nobis comparere non posset, universas causas eiusdem magistri Stephani tam per ipsum contra alios, quam per alios contra ipsum motas et mo-  
 vendas sine omni gravamine, ab octavis festi beati Michaelis archangeli tunc venturis, usque alteram revolutionem earundem octavarum, scilicet per anni circulum, prorogare deberemus statu priori permanente. Quarum literarum regalium visis et perlectis tenoribus idem magister Ladislaus obiecerat tali modo, quod sicut ipse de tenoribus dictarum literarum regalium perciperet, tenores earundem causas possessionarias instru-  
 mentalesque exhibiciones, nullam de factis potencialibus et aliis premissis suis accionibus faciendo mencionem, prorogare deno-  
 tarent, unde ipse in premissis facto potenciali ac concremacione et devastacione possessionaria ex parte ipsius magistri Lorandi iudicium et iusticiam fieri vellet absque dilacione ulteriori, prout dictaret ordo iuris, eo quod per eundem magistrum Lo-  
 randum absque aliis fratribus suis premissa sibi irrogata exti-  
 tissent; hisque per eundem magistrum Lorandum perceptis, ut premissa sua causa vigore predictarum literarum regalium ulte-  
 rius dilatari non valeret, personaliter exurgens, prefatum ma-  
 gistrum Ladislaum filium Johannis per nos requiri fecerat super eo, ut in quo comitatu seu parte huius regni ipsa possessio Lona; in cuius facie premissum factum potenziale, concremacionemque et devastacionem possessionariam fuisse perpetratam, assereret, existeret situata seu adiaceret, qui quidem magister Ladislaus eandem possessionem Lona in comitatu Zemliniensi inter fluvios Tapul et Budrugh vocatos existere ac ad castrum ipsorum

Chicbua nuncupatum vigore instrumentorum pertinere debere allegarat, e converso autem idem magister Lorandus ipsam possessionem Lona in comitatu de Sarus ante possessionem suam Kekmezeu existere, et similiter efficacissimorum instrumentorum robore et ad eandem possessionem suam Kekmezeu vocatam pertinere debere indicarat. Verum quia utreque partes predictam possessionem Lona efficacissimorum instrumentorum vigoribus mediantibus sibi pertinere allegarant, ipseque magister Lorandus instrumenta sua sine predicto magistro Stephano fratre suo exhibere se non posse asseruerat, ipse vero dominus noster rex universas causas eorundem filiorum Michk condam bani tales, in quibus absque eodem magistro Stephano respondere et sua instrumenta exhibere non possent, ad alteram revolutionem annualem dictarum octavarum festi sancti Michaelis archangeli prorogare precipiebat, id circo nos . . . prescriptam causam statu et ordine omnino priori permanente, ad ipsam alteram revolutionem annualem earundem octavarum sancti Michaelis archangeli duxeramus prorogandam. A quibus quidem octavis festi sancti Michaelis archangeli tunc in altera revolutione annuali venturis, dictorum instrumentorum exhibiciones diversis prorogacionum cautelis intervenientibus, iuxta quamplurimarum literarum nostrarum dilatoriarum continencias, ad octavas festi beati Michaelis archangeli anno proxime transacto preteritas extiterat protelata; ad quas quidem octavas festi beati Michaelis archangeli predictus magister Lorandus ad exhibenda sua instrumenta non venerat nec miserat, iudiciali onere se committendo aggravari, per Stephanum filium Nicolai legitimum procuratorem eorundem magistrorum Ladislai filii Johannis et Petri filii Ladislai de Rozgun viginti et uno diebus continuis expectatus; demum predicti magistri Petrus filius Ladislai et Ladislaus filius Johannis, accepto homine nostro et testimonio dicti conventus de Jazou, mediantibus literis nostris citatoriis prenotatum magistrum Lorandum contra se legitime citacionis modum observando, in nostram presenciam ad octavas festi beati Andree apostoli proxime preteritas in causam attraxissent; a quibus quidem octavis sancti Andree apostoli ipsa causa volentibus parciium procuratoribus et petentibus, sub forma fiende pacis ad presentes octavas festi Epiphanie domini extitisset prorogata;

tandem ipsis octavis festi Epiphanie domini adherentibus, prescriptus Stephanus filius Nicolai pro annotatis magistris Petro filio Ladislai et Ladislao filio Johannis nobilibus de Rozgun . . ab una, item Johannes dictus Elus pro dicto magistro Lorando . . parte ex altera, ad nostram accedentes presenciam, partes prelibatas super premissis, obtenta prius concordandi nostra iudiciaria licencia, per reformativam compositionem plurimorum proborum et nobilium virorum . . taliter concordasse recitarunt, quod prelibati magistri Petrus et Ladislaus de Rozgun premissa facta potencialia, possessionarie concremacionis et devastacionis, eidem magistro Lorando penitus et in toto indulgentes remisissent et relaxassent, reddentes eundem magistrum Lorandum super premissis . . factis potencialiis prorsus expeditum, imo sepedictus Stephanus procurator eorundem magistrorum Petri et Ladislai . . eundem magistrum Lorandum filium Mykch bani, in personis eorundem dominorum suorum super premissis omnibus et premissorum singulis quibuslibet reddidit expeditum, e converso vero pretactus magister Lorandus dictam possessionem Lona agnoscens eorundem magistrorum Petri et Ladislai de Rozgun iuris existere, cum omnibus suis utilitatibus sub veris suis metalibus distincionibus eisdem resignasset, quam et dictus Johannes Elus nuncupatus . . in persona eiusdem magistri Lorandi domini sui preallegatis magistris Petro et Ladislao pure et simpliciter resignavit perpetuo possidendam . . petentes nos, ut dictam compositivam reformationem earundem . . acceptando ratificare et approbare ac presencium literarum nostrarum privilegialium patrocinio confirmare dignaremur. Nos itaque . . premissam possessionariam parcium unionem pacifice nobis recitatam . . cum premissa potencialium factorum possessionariarumque devastacionum et concremacionum remissione et relaxacione ac premissa possessionis Lona perpetuali resignacione acceptantes, ratificamus et presencium literarum nostrarum privilegialium patrocinio, pro cautela perpetue indissolubilitatis, confirmamus . . Datum in Vissegrad, duodecimo die octavarum festi Epiphanie domini predictarum, anno eiusdem M. CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

A pecsét szederjes-színű selyem-sodraton függ; eredetije az Országos Levéltárban. N. R. A. 569. 36. dipl. oszt. 4593. Közli: Kovács N.

## 272.

1356. jan. 26. A székesi kapitány előtt, Szinnyei Merse fia Lőrincz, Remenyipatak nevű zálogos birtok zálogösszegéből hetven arany forint megfizetéséről, Rozgonyi Lászlót nyugtatja.

Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . . significamus . . . quod magister Laurencius filius magistri Merse de Swynie de comitatu Sarus ad nostram personaliter accedens presenciam est confessus, quod super litibus inter ipsum et magistrum Ladislaum de Rozgon exortis et hucusque ventilatis, super facto possessionis Remenyipataka sibi per eundem magistrum Ladislaum coram capitulo Varadiensi pro centum florenis auri pignori obligate, concordiam fecisset cum eodem magistro Ladislao, ac ab eodem magistro Ladislao septuaginta florenos de dictis florenis recepisset, rationeque eorundem septuaginta florenorum ipsum . . . dimisisset ac dimisit coram nobis, universa gravamina iudiciorum, in que idem magister Ladislaus contra ipsum incidisset, occasione licium predictarum, super se recipiens ipsum magistrum Ladislaum ratione eorundem iudiciorum gravaminum assummens ubilibet expedire . . . Datum in crastino festi conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 16. 29. dipl. oszt. 4594. Közli: Kovács N.

## 273.

1356. jan. 27. A jázari convent és prépostja előtt, Csetneki László fia Miklós, guchelfalvi birtokrészét Polyán fiának Miklósnak, jolsvai polgárnak, harminczegy márkáért elzálogosítja.

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Ladislai de Chythnuk ex una, Nicolaus vero filius Polyan civis de Elswa pro se et pro Detrico, Nicolao, Cristleno et Gerlaho filiis suis parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, per eundem Nicolaum dictum nobis extitit . . . quod super omnibus debitis et solucionibus, quibus

usque huc prefatus magister Nicolaus et Ladislaus pater eiusdem sibi et filiis suis prenotatis debitores extitissent, eundem magistrum Nicolaum filium Ladislai in filios filiorum semper et ubique reddidissent . . expeditum, exceptis tamen triginta et una marcis numeris cassensibus, pro quibus idem magister Nicolaus quandam possessionariam suam porcionem in possessione Guchelfolua vocate habitam et ipsum contingentem cum omnibus . . pertinenciis ac proventibus, prout ipse hactenus tenuisset, quam porcionem feria quarta proxime nunc ventura idem Nicolaus, presente uno ex iudicibus nobilium comitatus Gumuriensis, statuere sibi et filiis suis prenotatis teneretur, usque ad secundam revolucionem festi beati Georgii martyris proxime venturi a die pretactarum presencium . . coram nobis impignoravit tali modo, quod si usque ad secundam revolucionem iamdicti festi beati Georgii martyris pro ipsis triginta et una marcis computi predicti vel pro quolibet floreno decem et octo grossos computando redimere non valeret, tunc ipse et filii sui in dicta quantitatis pecunie, ulterius cuicunque vellent, in eodem statu impignorandi liberam haberent facultatem, hoc eciam declarato, quod si ipse magister Nicolaus in dicta porcione usque tempus redemcionis contra universos universaliter conservare non valeret ipsum et filios suos prenotatos, tunc ante litis ingressum, sine porcione iudicis, dictam quantitatem pecunie cum duplo solvere teneretur . . Datum feria quarta proxima post festum conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 17. dipl. oszt. 4595. Kozli: Kovács N.

---

274.

*1356. Visegrád, febr. 6. I. Lajos király, István slaron es horvát bának 1351-ben kelt nyilt levele alapján, a Koranicha helységbeliek régi nemességét és kiráaltságait megerősíti.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod cum Martinus filius Gergen nobilis de Koranicha sua et generacionum ac proximorum suorum de eadem Koranicha in personis, universa

literalsua instrumenta super dicta terra Koranicha et eorum libertatibus confecta, contra filios Georgii filii Mlachk de Stenichnak ex nostra speciali commissione, in octavis festi Epiphanie domini nunc preteritis coram nobis exhibere debuissent, tandem ipsis octavis advenientibus prefatus Martinus filius Gergen sua et aliorum generacionum et proximorum eiusdem nominibus, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam literas patentes Stephani tocius Sclavonie et Croacie bani confectas, hunc tenorem continentes: Nos Stephanus tocius Sclavonie et Croacie banus . . significamus . . quod cum nos feria secunda proxima ante festum Omnium Sanctorum, unacum iuratis, iudicibus nobilium et aliis nobilibus regni predicti pro tribunali consedissemus et causales processus quorumlibet litigancium, querulancium et iura queque sua prosequencium, in statera equitatis partiremus, Farcasius filius Laurencii et Pech filius Jalko de Koranicha in personis et nomine tocius generacionis ipsorum de eadem, de medio aliorum causancium exurgendo, voce querulosa aures nostras et regni nobilium nobiscum consedencium curaverunt propulsare in hunc modum, quod ipsi a tempore quo christianitatis fidelium sequela et reg(. . .) Hungarie viguisset et fidelitatis terminis cepisset refluere (*igy*), semper nobilitatis prerogativa debuisset congaudere et gratulari et ad iudicium seu examen iudicii banatus seu comitatus Zagrabiensis pertinuisent et pertinere deberent, sed quia varia banorum et iusticiariorum regni Sclavonie, a quibusdam novissime emergentibus temporibus fieri contigisset permutacio, ideo per castellanos seu officiales de Stenichnak contra libertatem ipsorum ad iudicia extranea minus debite fuissent astare coacti et cogentur, propter quod de ipsorum possessionibus penitus dispergi maluerant et preelegerant, potius quam subici indebite servituti, qui nisi per . . Stephanum tunc tocius Sclavonie et Croacie ducem . . ad eandem terram et possessiones eorum, successionis titulo ipsos contingere debentes, ad pristinam libertatem, qua ipsorum progenitores gaudere consveverant ab antiquo mediantibus literis eiusdem fuissent revocati, procul dubio nunc et per tempora longiora exulassent et exularent; et cum nos eosdem iuratos, iudices nobilium et alios nobiles nobiscum pro tribunali conse-



dentes publice et manifeste, utrum dicta generacio de Koranicha  
 ullo unquam temporum nobilitatis privilegio gaudere fuerint  
 consveti, nec ne, diligenter investigando requisitos habuissemus,  
 iidem iurati, iudices nobilium et alii nobiles supradictam gene-  
 rationem de Koranicha iugiter ab eo tempore, quo humane non  
 extat memorie, nobilitatis titulo fuisse, nec ad alicuius castella-  
 norum seu officialium sepedicti regni Sclavonie iudiciale tribu-  
 nal, preter examen bani et comitum Zagrabiensium, pertinere  
 debere una voce retulerunt et confessi exstiterunt, unde quia  
 sententia cuiuslibet iusticiarii in recta equitatis linea adeo  
 debeat ponderari, ut non solum unicuique, id quod suum est,  
 tribuat, verum equidem velut sui iuris mensuram quisquam  
 affectet ingeri vel attentet, preterea volumus, ut nullus castella-  
 norum seu officialium preter banum vel comitem Zagrabiensem  
 ullo unquam temporum dictam generacionem contra suam  
 libertatem iuri publico presummat derogare, vel ad sua iudicia  
 audeat atrahere metu vel coaccione . . Datum Zagrabie, feria  
 quinta proxima post festum supradictum, anno domini M<sup>mo</sup>  
 CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo primo. Quarum quidem literarum ex-  
 hibicionibus factis prefatus Martinus filius Gergen sua et  
 generacionis ipsius de Koranicha in personis, nostre humili-  
 ter supplicavit maiestati, ut ipsos in eorum libertatibus pristinis  
 (confirmare) et indemnitely pacifice conservare dignaremur et  
 quiete. Nos itaque quia ex tenore dictarum literarum eiusdem  
 Stephani bani prefatum Martinum filium Gergen et alias (gene-  
 raciones) suas de dicta Koranicha mere nobilitatis titulo preful-  
 gere comperimus, ideo pretactas literas ipsius Stephani bani et  
 libertatem ipsorum in eisdem literis expressam et contentam  
 (. . . . .)s et acceptam pro eisdem duximus confirmandam.  
 testimonio presencium mediante. Datum in Wysegrad, in festo  
 beate Dorothee virginis, anno domini Millesimo tercentesimo  
 quinquagesimo sexto.

A zágrábi káptalan 1359. évi átiratából, melynek eredetije az Orsz.  
 Ltárban őriztetik. N. R. A. 726. 20. dipl. oszt. 4596. Közli: Kovács N.

## 275.

1356. febr. 15. A zalavári convent előtt, Klára asszony, Tengerdi László fia Tiradar leánya, Gilián fiának Andrásnak neje, Szob nevű birtokát száz arany forintért, Posegai Istránnak és Jánosnak elzálogosítja.

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala . . significamus . . quod nobilis domina Clara vocata filia Tiodori filii Ladislai de Tengwrd, nunc vero consors magistri Andree filii Gyliani coram nobis personaliter constituta confessa extitit . . quod ipsa quandam possessionem suam Zob vocatam, prope civitatem Segusdiensem existentem, ratione quarte filialis sibi devolutam, cum suis utilitatibus . . nobilibus viris magistris Stephano et Johanni filiis Michaelis dictis de Posega, ipsis ac ipsorum heredibus . . pro centum florenis boni auri iusti et veri ponderis . . pignori . . obligavit, quodocunque sibi facultas pro eadem quantitate pecunie competerit ab eisdem redimendam coram nobis eo modo, ut dictam possessionem suam Zob nominatam, ab eisdem magistris Stephano et Johanne mediante sua propria pecunia et non alterius alicuius hominis redimendi sub vinculo sue fidei habeat facultatem . . Datum feria secunda proxima post octavas festi Purificacionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto.

Pecset nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30661. Közli: Kovács N.

## 276.

1356. Gömör, febr. 22. György dereski pap az esztergomi vicarius helyettese, Margit asszonynak, Szikszói Péter nejének, Ardói Ákos elleni ügyét elhalasztja.

Nos Georgius sacerdos de Deresk vicevicarius . . magistri Dominici prepositi ecclesie beati Thome martyris de promontorio Strigoniensi, vicarii . . Nicolai . . archiepiscopi iamdicti loci Strigoniensis in provincia Gumuriensi, damus pro memoria. quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum causam, quam nobilis domina Margareta coniux Petri filii Emerici nobilis de Zegzou, contra magistrum Akus filium Nicolai

nobilis de Ordo, feria secunda proxima ante festum Mathie apostoli habebant coram nobis, eandem per preceptum domini . . vicarii ad vicesimum secundum diem datarum presencium predictis partibus peremptorie, prout ante nos asistebant, duximus iudicandam . . Datum in villa Gumuriensi, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 18. dipl. oszt. 4597. Közl.: Kovács N.

## 277.

*1356. Buda, febr. 24. Szécsi Miklós országbíró, vaskörármegyei Dombó nevű birtok háromnegyed részébe, Vadakoli Lőrincz fiát Lőrinczet és Mikolai Péter fiát Istránt, egy negyed részébe pedig Dombói Péter fia Márton három leányát, a bácsi káptalan által beiktattatván, őket a birtokban újabban megerősíti.*

Nos comes Nicolaus de Zeech index curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus, quod quia magister Laurencius filius Laurencii de Wadacol et Stephanus filius Petri de Mykola, in dominium omnium porcionum possessionariarum in possessione Dombow vocata habitarum, nomine possessionis hominis sine herede sexus virilis decedentis, eisdem per regiam maiestatem . . collatarum ac demum a nobili domina relicta Martini filii Petri de eadem Dombow, prout tenor aliarum literarum nostrarum privilegialium exinde confectarum plenius . . declararet, ordine iudiciario coram nobis reoptentarum, per viam iusticie voluerant introire, ideo . . capitulo ecclesie Bachiensis . . literatorie scribendo eorum amiciciam pecieramus . . quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente magister Ladislaus filius Andree de Scepes, homo regius de curia regia ad hoc specialiter destinatus, ad faciem prescripte possessionis Dombow vocate, videlicet condan dicti Martini . . accederet, eandemque habita prius legitima reambulacione in quatuor divideret partes rectas et equales, quarum tres partes rectas et equales, contradiccione prefate domine relicte Martini et aliorum quorumlibet obviare non valentibus, statueret . . ipsis magistris Laurencio filio Laurencii et

Stephano filio Petri eo iure, quo eis ex premissa regia collacione pertinere dinosceretur perpetuo possidendas . . sine preiudicio iuris alieni, predictam vero quartam partem rectam dicte possessionis, cum universis utilitatibus eiusdem tribus filiabus prelibati Martini filii Petri quousque ipse maritis matrimonialiter copularentur possidendam . . committendo, predictis tamen tribus filiabus memorati Martini filii Petri viris matrimonialiter copulatis, eadem quarta pars dicte possessionis habita prius eisdem iuxta regni consuetudinem de iure ipsarum videlicet quarta puellari per eosdem magistros Laurencium et Stephanum satisfaccione, pretactis magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri secundum premissam regiam collacionem devolveretur possidenda; hoc non pretermisso, ut dum ipsa domina relicta Martini valeret, dotem et res suas paraphernales sibi de iure in dicta possessione provenire debentes, ab eisdem magistris Laurencio et Stephano . . rehabere posset . . et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem . . domino nostro regi, ad octavas festi Purificacionis beate virginis fideliter rescriberet capitulum Bachiense prenotatum. Tandem ipsis octavis festi Purificacionis virginis gloriose advenientibus, predictus magister Laurencius filius Laurencii, pro se personaliter et pro eodem Stephano filio Petri ad nostram iudiciariam veniendo presenciam, literas predicti capituli ecclesie Bachiensis hunc tenorem continentes nobis presentavit . . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Bachiensis . . Literis . . comitis Nicolai de Zeech iudicis curie . . receptis, iuxta earum continenciam cum magistro Ladislao filio Andree de Scepes homine vestro, nostrum misimus hominem videlicet Blasium clericum chori nostri ad ea, que in ipsis literis eiusdem comitis Nicolai iudicis curie vestre contineri vidimus, exsequenda pro testimonio fide dignum, qui postmodum . . nobis retulerunt, quod idem homo vester sub testimonio predicti hominis nostri, in octavis festi Epiphaniarum domini proxime preteritis, cum magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri filiorum Fyle de Walkow, ad faciem possessionis Dombow vocate in comitatu Wolcoiensi habite, ipsis Laurencio et Stephano vestre regie collacionis titulo date, accedendo vicinis et commetaneis suis universis legitime illic convocatis et presentibus, eandem habita prius legitima

reambulacione in quatuor partes coequales in sessionibus et aliis utilitatibus suis divisissent, quarum tres partes aut cuius (*igy*) ipsis magistris Laurencio et Stephano eo iure, quo vestre regie donacionis titulo ad ipsos pertinere dinoscuntur, eisdem statuissent relinquendo perpetuo possidendas, absque preiudicio iuris alieni, nemine penitus, excepta relicta Martini filii Petri pretacti, apparente; quartam vero eiusdem partem scilicet a parte septemtrionali adiacentem, scilicet ab una arbore piri silvestris in medio eiusdem ville Dombow existenti, imprimis inchoando, inde ibidem cadit ad unam viam, que ducit de eadem Dombow ad ecclesiam sancte Crucis, que ecclesia existit in alia villa similiter Dombow vocata, exinde currit super eadem via et pervenit ad quendam locum valliculosum vulgo Zurduk vocatum et ibidem prope cadit ad unum pratum, cuius medietas scilicet prati est pertinens ad Dombow ecclesiasticam supradictam Laurencii et Stephani antedictorum, alia vero medietas trium filiarum Martini filii Petri de Dombow condam supradicta, ulterius currit per medium cuiusdam prati in bono spacio versus orientem et pervenit ad spacium, ubi ipsum pratum angulatur et salit versus meridiem ad locum vulgo mege vocatum et in eodem per signa metalia currendo, pervenit ad silvam, quam intrat ad arborem cerasi per viam, quam extunc ad maiorem rei evidenciam permactari fecissent et de ipsa arbore exit eandem silvam ad unam arborem piri iuxta terram arabilem habitam, iuxta quam existit una magna via, per quam dirigitur versus occidentem et currit in bono spacio super eadem in latere eiusdem silve et pervenit ad quendam locum angularem eiusdem silve, ubi est una magna arbor cerasi in ramis suis geminata cruce signata, inde in eadem silva declinatur et currit versus septemtrionem, et pervenit ad unam arborem piri silvestris, ad quam viam permactari fecissent, ulterius ibidem prope tangit duas arbores silicis, que se amplectando alia in alium incre-scendo applicassent, similiter cum via de novo permactari faciendo, ulterius ad unam arborem silicis non altam nimis sed spissam cruce signatam cum via de novo permactari faciendo, de qua in eadem parte transit ad quandam terram arabilem, exeundo de silva antedicta, de qua terra arabili per signa metalia regreditur ad arborem piri principalem. Et eciam quartam

partem eiusdem piscine eiusdem Dombow Martini filii Petri cum suis utilitatibus universis . . . predictis tribus filiabus eiusdem Martini filii Petri ad . . . habendum iuxta continenciam literarum eiusdem . . . comitis Nicolai iudicis curie vestre committendo et aliis continenciis earundem literarum, prout in ipsis sunt expresse, inter partes supradictas absque variacione aliqua submittendo. Datum sabbato proximo post octavas Epiphaniarum domini supradictas, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto. Verum quia tres partes predictae possessionis Dombow vocatae, eisdem magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri, iuxta nostram iudicariam commissionem per predictum hominem regium, presente testimonio dicti capituli ecclesie Bachiensis statuta fore et quarta pars eiusdem possessionis tribus filiabus predicti Martini filii Petri ad utenda . . . iuxta seriem literarum nostrarum commisisse, ex serie predictarum literarum dicti capituli ecclesie Bachiensis manifeste reperiatur, ideo unacum baronibus regni-que nobilibus nobiscum in iudicio consistentibus, predictas tres partes ipsius possessionis Dombow vocatae, eisdem magistris Laurencio filio Laurencii et Stephano filio Petri et suis successoribus eo iure, quo ex premissa regali collacione dinoscitur pertinere perpetuo . . . possidendas . . . ac quartam partem eiusdem predictis tribus filiabus dicti Martini filii Petri, quousque ipse puelle maritis matrimonialiter copularentur possidendam . . . et de quartis suis puellaribus per eosdem magistros Laurencium et Stephanum satisfaccio eisdem impenderetur, adiudicavimus . . . testimonio presencium mediante, presentes autem propter absentiam prothonotarii et maioris sigilli nostri sigillo nostro annulari fecimus consignari. Datum Bude, sedecimo die termini reportacionis seriei prenotate, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján zöld gyűrűspecst töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 647. 3. dipl. oszt. 4591. Közli: Kovács N. V. ö. főntebb 257. sz. a. közölt oklevéllel.

## 278.

1356. mart. 9. László császári prépost és kir. titkos cancellár előtt, Nagymartoni Miklós vallja, hogy Ujfalú, Bajóth, Pél és Csenke nevű esztergomvármegyei és Kesző nevű komáromvármegyei, Kanizsai Lőrincz fiainál zálogban levő birtokait, ezek anyja Katalin asszony leánynegyede kielégítése előtt ki nem válthatja.

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis comes capelle et secretarius cancellarius . . regis memorie commendamus, quod magister Niklynus filius Laurencii filii Simonis de Naghmortun, personaliter coram nobis comparendo est confessus . . ut ipse medietatem possessionum Wyfalú, Bayolth et Peel vocatarum ab ista parte fluvii Danubii in comitatu Strigoniensi habitarum et possessiones Chenke ab altera parte dicti fluvii in eodem comitatu sitam, ac Kezu in comitatu Komáromiensi inter fluvios Danubii et Waag existentem, titulo pignoris ab ipso olim magistris Johanni et Benedicto filiis Laurencii filii Emerici de Kanyssa traditas, usquedum ipse eisdem filiis Laurencii super quarta filiali nobilis domine Katherine vocate, matris eorundem, ipsis de iure proveniente plenam satisfactionem impenderit, redimendi ab eis nullam haberet potestatem, vel auctoritatem . . Datum Bude, in die Cinerum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L-mo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 21. 16. dipl. oszt. 4598. Közli: Kovács N.

## 279.

1356. mart. 21. I. Lajos király Monyoros nevű esztergomvármegyei birtokát, anyjának Erzsébet királynénak adományozza.

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nos . . domine Elizabeth regine . . volentes pie complacere, quandam possessionem nostram Monyoros vocatam in comitatu Strigoniensi existentem cum omnibus suis . . pertinentiis . . sub suis veris metis et antiquis, quibus hactenus habita extitit et possessa omni eo iure, quo ad nostram colla-

cionem pertinere dinoscitur eidem domine regine . . contulimus iure perpetuo . . possidendam . . presencium patrocinió mediante, concedentes insuper eidem domine regine . . regia auctoritate mediante, cuicumque voluerit ecclesiasticis vel aliis cuiusvis status hominibus ipsam possessionem . . conferendi plenam et liberam potestatem . . Datum per manus . . Nicolai . . episcopi Zagrabiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto, duodecimo kalendas Aprilis, regni autem nostri anno quinto decimo . . Nicolao Strigoniensi archiepiscopo, Colocense sede vacante, Nicolao Agriense, Colomano Jauriense, Nicolao Quinqueecelesiense, Demetrio Varadiense, Transsilvano et Boznense sedibus vacantibus, Thoma Chanadiense, Michaelae Vaciense, Johanne Vesprimiense, fratribus Thoma Sirmiense et Stephano Nitriense ecclesiarum episcopis . . Nicolao voivoda Transsilvano, honore palatinatus vacante, comite Nicolao iudice curie nostre, Cyko magistro tavarnicorum nostrorum, Nicolao bano de Machow, Dionisio agasonum nostrorum, Leukus dapiferorum et pincernarum nostrorum magistris ac magistro Simone comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Két függő pecséttel, s az 1364. évi dec. 28-án rávezetett ismeretes megerősítő záradékkal; eredetije az Orsz. Ltárban, Monial. Vet. Budens. I. 5. dipl. oszt. 4599. Közli: Kovács N.

## 280.

*1356. Visegrád, mart. 23. Szécsi Miklós országbíró Hosszúbácsi János és Szentmihályi Mihály fiainak, Garai Pál bán fia János veszprémi püspök és társai ellen folyt osztályos ügyében, az utóbbiaknak újabb határnapot tűz ki, melyen a keresetre véglegesen felelni tartoznak.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod cum Nicolaus et Johannes filii Johannis de Huzyubach ac Johannes filius Michaelis de Zenthmyhal personaliter iuxta continenciam literarum . . Thome olim iudicis curie regie . . Bude contra . . Johannem episcopum ecclesie Vesprimiensis et magistrum Paulum filios condam Pauli bani ac Paulum filium Stephani filii



eiusdem magistri Pauli, Andream filium Johannis dicti Bothus, Johannem filium Demetrii filii eiusdem Johannis dicti Bothus, Nicolaum et Paulum filios Andree de Gara, in octavis diei Strennarum, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quarto preteritis, prout litere ipsius comitis Thome nos informabant, in facto possessionarie divisionis et quorundam instrumentorum in figura iudiciaria eiusdem comitis Thome agere et proponere voluissent, predictoque . . . Johanne episcopo ecclesie Vesprimiensis non veniente nec mittente, magister Michael literatus pro eisdem magistro Paulo fratre dicti domini episcopi et Paulo filio eiusdem magistri Stephani . . . ipseque Andreas filius Johannis dicti Bothus pro se personaliter et pro eodem Johanne filio Demetrii . . . ac Emericus dictus Besenew pro ipsis Nicolao et Paulo filiis Andree de Gara . . . exurgendo allegarant istomodo, ut quia idem . . . Johannes episcopus ecclesie Vesprimiensis in ipsa causa tunc ad presens non esset, pro eo ipse magister Paulus frater ipsius . . . episcopi et alter Paulus filius magistri Stephani, Andreas filius Johannis dicti Bothus, Johannes filius Demetrii filii eiusdem Johannis dicti Bothus, Nicolaus et Paulus filii Andree de Gara, absque personali interessencia dicti . . . episcopi, in facto premisse possessionarie divisionis tunc ad presens respondere non possent, sed in termino ipsis dando cum eodem . . . episcopo tracto tractando, respondere prompti essent et parati; ideo una cum prelatis, baronibus ac nobilibus regni cum eodem comite Thoma in iudicio assidentibus, matura deliberacione prehabita, eodem Andrea in sua et Johannis filii Demetrii personis ac procuratores ipsorum magistri Pauli et alterius Pauli ac Nicolai filii Andree de Gara, id benivole assummentibus ipse comes Thomas adiudicando commisisset, ut in die Medii Quadragesime tunc venturo, scilicet feria quarta, predicti magister Paulus filius dicti magistri Pauli et alter Paulus filius magistri Stephani, Andreas filius Johannis et Johannes filius Demetrii, Nicolaus et Paulus filii Andree de Gara personaliter vel per legitimos procuratores ipsorum super facto premisse possessionarie divisionis iudicium assumpturi comparere tenerentur coram comite Thoma prenotato, hoc declarato, ut si quis ex eisdem venire vel mittere ad discussionem premisse cause non curaret vel non posset, extunc ille, qui personaliter vel pro quo legitimus procurator super premissis

iudicium assumpturus in ipsius comitis Thome presencia comparere absque personali interessencia aliorum venire vel mittere non curancium, discussionem premissae cause ulterius nullo modo prorogare posset atque valeret, nisi debito fine iuxta regni consuetudinem faceretur terminari . . Et cum premissa causa ab ipso die Medii Quadragesime iuxta continenciam literarum prelibati comitis Thome ad quindenae residence exercitus regii versus Rasciam moti et ad quindenae festi Epiphaniarum domini, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> quinto preteritas proclamatae, de regio literario mandato prorogata extitisset, demum ipsis quindenae residence exercitus regii occurrentibus, medioque tempore ipso comite Thoma . . viam universe carnis ingresso, predictoque domino nostro rege . . honore prescripti iudicatus curie sue personam magnifici viri comitis Nicolai Druget condam iudicis curie regie predecessoris . . sublimante, cum eadem causa iuxta continenciam literarum dicti comitis Nicolai Druget inter ipsas partes, sub forma fiende pacis, ad octavas festi Penthecostes statu et ordine priori dilatata extitisset, et abhinc iuxta continenciam literarum regalium ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc proxima affuturas protelata fuisset, demumque ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli advenientibus, medioque tempore . . ipso comite Nicolao universe carnis debitum exsolvente, per prelibatumque dominum nostrum regem . . predicto honore iudicatus curie sue nobis collato, cum prescripta causa inter partes prenotatas iuxta continenciam literarum nostrarum, ab eisdem octavis festi beati Michaelis archangeli ad octavas diei Cinerum proxime tunc venturas, modo simili sub forma fiende pacis, prorogata extitisset, ipsis igitur octavis diei Cinerum advenientibus, prelibati Nicolaus et Johannes filii Johannis de Huzywbach ac Johannes filius Michaelis de Zenthmyhal personaliter coram nobis comparendo, cum adhuc contra ipsos . . Johannem episcopum Vesprimiensem, magistrum Paulum filium Pauli condam bani, Paulum filium Stephani filii eiusdem Pauli bani, Andream filium Johannis dicti Bothus, Johannem filium Demetrii, Nicolaum et Paulum filios Andree de Gara, super facto premissae possessionarie divisionis et quorundam instrumentorum in nostri iudicii figura agere et proponere voluissent, magister Stephanus literatus pro predicto . . Johanne episcopo . .

ac magister Michael literatus et Paulus de Kendrus pro eisdem magistro Paulo filio Pauli et Paulo filio Stephani . . et Emericus filius Petri dicti Besenew pro eisdem Nicolao et Paulo filiis Andree, necnon Paulus filius Johannis pro predictis Andrea filio Johannis et Johanne filio Demetrii . . exurgendo, se ipsos absque personali interessencia predictorum dominorum suorum in premissa causa respondere non posse allegantes, ipsam causam, absque alicuius evidentis rationis assignacione, in ulteriorem terminum prorogari postulabant. Unde quia predicti procuratores eorundem domini Johannis episcopi, magistri Pauli fratris sui et aliorum prenotatorum in causam attractorum, habentes legitimorum procuratorum auctoritates, in premissa causa non respondebant, sed absque efficaci ratione in ulteriorem terminum prorogare nitebantur, ideo unacum baronibus regnique nobilibus iudicio tribunali nobiscum assidentibus commisimus decernendo, quod prememorati . . Johannes episcopus Vespriemiensis, magister Paulus filius Pauli condam bani, Paulus filius Stephani filii eiusdem Pauli bani, Andreas filius Johannis dicti Bothus, Johannes filius Demetrii, Nicolaus et Paulus filii Andree de Gara, in quindenis festi beati Georgii martyris proxime venturis, personaliter vel per legitimos ipsorum procuratores cum iudicio trium marcarum nobis et partibus adversis, ut expedit, ante litis ingressum deponendo, ad obiecta preallegata eorundem Johannis et Nicolai filiorum Johannis de Huzywbach et Johannis filii Michaelis peremptorie respondere teneantur. Datum in Vysegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1509. 33. dipl. oszt. 4600. \* Kozli: Kovács N.

\* A Garai családról eddig ismeretes nemzékrendjeink hiányos voltát már a IV. köt. 23. lapján fölemlítettem; az eddig megjelent kötetekben közölt oklevelek a család leszármazására ismét több adatot nyújtanak, ezeket vajamint a föntközölt oklevél adatait felhasználva a XIV. század közepéig a családnak következő nemzékrendje állítható össze

281.

1356. mart. 24. Szatmár vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Istrán fiának Istránnak Radalh nevű birtokán lakó egyik jobbját, Kántor Bereczk és Loránt kegyetlenül elverték s minden ruhájából kifosztották.

Nos Nicolaus dictus Zarka vicecomes Zothmariensis ac iudices nobilium eiusdem comitatus damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Stephani coram nobis personaliter astando, nobis dixit protestando, quod Briccius et Lorandus dicti Cantores, ad faciem possessionis sue Radalh vocate venissent, tertia feria proxima ante diem Cinerum unum iobagionem suum nomine Johannem filium Dominici verberassent et verbe-

## Garai István bán a Dorosma nemzetségből

|          |               |              |               |         |
|----------|---------------|--------------|---------------|---------|
| (Miklós) | Pál           | János        | András        | Katalin |
|          | dictus Kozol  | dictus Butus | neje          | Demeter |
|          | macsói bán    | v. Bothus    | Neunai László | tárnok  |
|          | 1310—1336     | 1314—1345    | leánya N.     | neje    |
|          | neje          | András       | 1317—1330     |         |
|          | Koos, Demeter | 1356         | Miklós        | Pál     |
|          | tárnok leánya | Demeter      | 1356          | 1356    |
|          |               | Janos        |               |         |
|          | István        | 1356         |               |         |
|          | Pál           |              |               |         |
|          | 1356          |              |               |         |
|          | János         |              |               |         |
|          | veszprémi     |              |               |         |
|          | püspök        |              |               |         |
|          | 1356          |              |               |         |

Az eddig megjelent kötetekben a családra vonatkozó oklevelek a következő lapokon találhatóak föl: 1310. 1314. 1317. 1320. évekről. I. köt. 196. 334. 450. 574. l. l. 1322. 1325. 1328. évekről II. köt. 203. 378. 479. l. l. 1336. évről. III. 278. l. 1340. 1345. évekről IV. köt. 21. 539. l. l. 1352. évről V. köt. 599. l.

A mint látható, a gr. Zay Károly által az Uj M. Muzeum 1855-ik évi folyamában 351. lapon, valamint a Nagy Iván által közölt családfákkal a fentebbi nemzékrend több helyen ellentétben áll; feltűnő, hogy Miklós, a Garai családból származott későbbi nádorok ősének neve az általunk közölt oklevelekben sehol sem fordul elő, de Pálnak a Garai Bánfiak ősének Dezső nevű fiáról sincsen emlékezet, ezen Dezsőt Nagy Iván 1432—1430-ban mondja életben levőnek, holott atyja már 1310-ben szerepelt, itt valamely házagnak kell lenni, mert Pál macsói bánnak István, Pál és János voltak fiai, ez utóbbi veszprémi püspök volt. Végre megjegyezzük, hogy Pál macsói bán testvérének Jánosnak a IV. kötet 23. lapján Brutus melléknévvel való megjelölése Butus helyett, sajtóhiba eredménye.

Szerk.

rari fecissent et vestimenta sua de ipso potencialiter devastassent et recepissent, petensque nostrum hominem ad requisicionem sue veritatis; nos unum ex nobis videlicet Anthonium filium Johannis de Vaya transmisimus ad premissa peragenda, qui ad nos demum reversus nobis dixit, quod ab omnibus hominibus quibus decet et licet investigando rescivisset tali modo, quod annotati Briccius et Lorandus omnia premissa super eundem magistrum Stephanum fecissent et irrogassent. Datum quinta feria proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán négy pecséttel; eredetije a N. Múzeumban a Kállay családában.

282.

*1356. mart. 27. A szépesi káptalan előtt, Bajuri Péter fia Beke és neje Anych Bodomeri Egyed lánya, Kisbodomer nevű sárosmegyeri birtokukat, Bodomeri Egyed fiának Miklósnak százharminczöt márkáért eladják.*

Capitulum ecclesie beati Martini de Scepus . . ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magistro Beke filio Petri de Baivr ac nobili domina Anych vocata filia Egidii de Bodomer consorte magistri Beke supradicti, item Johanne Synka, Georgio et Michaele filiis ipsius magistri Beke pro se ac Emerico et Paulo filiis similiter eiusdem magistri Beke . . ab una, ac magistro Nicolao filio antedicti Egidii de dicta Bodomer, parte ab altera, coram nobis . . constitutis, per eosdem magistrum Beke, consortem et filios suos . . propositum extitit . . quod quandam possessionem ipsorum seu hereditatem Kysbodomer vocatam in comitatu Sarus adiacentem, dudum mediantibus literis nostris et . . capituli ecclesie Agriensis privilegialibus, per eundem Nicolaum filium Egidii et Johannem fratrem suum eisdem magistro Beke et domine Anych consorti sue . . collatam, cum omnibus . . pertinentiis . . prenotato magistro Nicolao filio Egidii de Bodomer, pro centum triginta quinque marcis grossorum denariorum numeri Scepusiensis . . vendidissent . . iure perpetuo possidendam . . renunciando omni iure . . quod . . in predicta possessione habuissent . . imo totum

ius . . eorum . . transferendo in ipsum magistrum Nicolaum . . et heredes eiusdem. Insuper universas literas . . pro ipsis emanatas . . cassarunt . . Quicumque autem eorundem . . ipsum magistrum Nicolaum aut heredes suos ratione eiusdem possessionis impeterent aut traherent in causam . . extunc contra ipsum magistrum Nicolaum aut suos successores, in penam inciderent amissionis capitis sui et possessionum suarum unversarum . . Datum in dominica Oculi, anno M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hártyán zöld selymen függött pecsét nyomaival; felül chyrographummal; eredetije a N. Muzeumban, a gr. Rhédey cs. Itárában.

## 283.

*1356. mart. 28. A budai káptalan előtt, a margitazigeti apácák Somodor mískép Symeg nevű esztergomvármegyei birtokukat, Nyéki Mihálynak húsz évre használat és benepesítés végett, bérfizetés mellett átadják.*

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus, quod . . frater Blasius conversus procurator . . sanctimonialium claustrum beate virginis de Insula Leporum . . ab una, parte vero ex altera Michael dictus de Nyek coram nobis constituti, idem frater Blasius . . confessus extitit eo modo, quod ipse auctoritate procuratoria qua supra, quandam possessionem earundem dominarum et per consequens dicti claustrum beate virginis, Sumudur alio nomine Symeg vocatam in comitatu Strigoniensi iuxta possessiones Sambuk et Epel adiacentem, cum omnibus . . pertinentiis, exceptis infraspacificandis, a die datarum presencium per spacium viginti annorum integrorum post se se consequenter occurrencium servandam, utendam, populis decorandam, prenotato Michaeli dicto de Nyek . . dedit et locavit coram nobis tali modo, quod idem Michael vel ipsius heredes singulis annis, in quolibet festo beati Michaelis archangeli, singulam unam marcam compoti Budensis dictis sororibus sanctimonialium in dicto claustrum ipsarum solvere tenerentur, dicte vero sorores sanctimonialium usque complecionem dictorum viginti annorum eundem Michaellem et suos successores in dominio dicte possessionis

contra quoslibet . . conservare, memoratus vero Michael vel sui successores ipsis viginti annis expletis, eandem possessionem populorum multitudine decoratam absque lesione et impetitione alicuius iobagionis, pacifice resignare . . tenerentur, hoc expresso, quod decimas vini seu frugum et aliarum quarumcunque utilitatum in facie eiusdem existencium, insuper si dicta possessio, ut premititur, populosa efficeretur, eciam lucrum camere ad manus procuratorum dictarum dominarum vel aliorum quorumque nominibus ipsarum illic accedencium, pacifice assignare et pro ipsis dominabus exigere committere dictus Michael vel sue posteritates tenerentur, ut ad hec dictus Michael sub pena exitus domini dicte possessionis, si quodocunque dictam solutionem unius marce negligeret in solvendo vel in exactione dictarum decimarum et lucri camere receptione contradiccionis velamine quoquomodo obviaret, se obligavit coram nobis . . Datum feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetiye az Orsz. Ltárban, Monial. Vet. Budens. 32. 11. dipl. oszt. 4601. Közli: Kovács N.

## 284.

*1356. apr. 2. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Wisztón Domokost, Kazai Jánost, Laczkfi Lászlót és Dorogi Istránt, Lehenyei Forgács Miklós fiai ellen megidézttette.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Agriensis . . literas . . Nicolai de Zeech iudicis curie vestre recepimus in hec verba; . . capitulo Agriensi, comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . Vestram amicitiam petimus . . quateuus vestrum mittatis hominem . . quo presente Ladislaus filius Andree vel Simon filius Petri de Malah aut Demetrius filius Kyliani de Mellete sive Nicolaus filius Nywan de Baba, aliis absentibus homo regius citet magistros Dominicum filium Dominici condam palatini de Pazthuh, Ladislaum filium Johannis de Kaza, Ladislaum filium Stephani filii Laehk, Stephanum filium Oliverii de Dorugh, contra ma-

gistros Nicolaum et Andream filios Nicolai dicti Forgach de Lekenye in regiam presenciam ad terminum competentem. Et post hec . . fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, feria sexta proxima ante festum beati Valentini martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto. Nos igitur cum prefato Nicolao filio Nygwan homine vestro, nostrum hominem . . Johannem clericum chori nostri transmisimus . . qui . . homo vester . . retulit . . quod ipse in die Medii Quadragesime, scilicet feria quarta iam preterita, annotatos magistrum Dominicum dictum Nogh in possessione Haznus vocata, Ladislaum filium Stephani in possessione sua Toor nuncapata, Ladislaum vero filium Johannis et Stephanum filium Oliverii in possessione Dorugh, quemlibet eorum in porcione sua inibi habita, contra pretaxatos Nicolaum et Andream dictos Forgach . . ad vestram citasset presenciam, quindenae eiusdem diei Medii Quadragesime eisdem pro termino . . assignando . . Datum sabbato proximo ante dominicam Letare, anno supradicto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a gr. Forgács cs. Itárában.

285.

1356. Fejértó, apr. 2. Szabolcs vármegye alispánja és szolyabirái előtt, Semjéni Lengyel János fia László, bizonyos emberöles dolgában Semjéni László fiának Mihálynak, négy márkát megfizet.

Nos magister Ladislaus filius Johannis filii Abre vicecomes de Zabolch et iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum solucionalium sabbato proximo post diei (*igy*) Medii Quadragesime, magister Ladislaus filius Johannis dicti Lengel de Semien, magistro Michaeli filio Ladislai de eadem, quatuor marcas partim in denariis partim vero cum estimacione condigna solvere coram nobis debuisset, pro extrareceptione Benedicti homicide; ipso termino adveniente, idem magister Ladislaus comparuit propria in persona, pro magistro vero Michaeli Boch parvus, suus serviens, cum sufficientibus literis procuratoriis comparuit, et idem sepedictus magister Ladislaus prelibatas



quatuor marcas persolvit coram nobis, est expeditus penitus et per omnia absolutus. Datum in Feyrtho, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán három pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzzeumban a Kállay cs. ltárában.

## 286.

*1356. apr. 10. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn a margitszigeti apácákat Tune nevű pozsonyvármegyei birtokba beiktatni akarták, Alistáli Simon fia Istrán ellent mondott.*

. . Lodovico . . regi Hungarie capitulum Budensis ecclesie . . Literas vestre sublimitatis annuales pro . . sanctimonialibus claustris virginis gloriose de Insula Leporum, ad citationes, inquisitiones, prohibiciones et possessionum propriarum apud manus suas habitarum reambulaciones, metarumque earundem erecciones, necnon ad alia omnia, que talibus in processibus iuxta regni vestri consuetudinem fieri consueverunt, facienda . . concessas . . noveritis nos recepisse, vestrisque mandatis obtemperare cupientes . . cum Jacobo filio Aba de Dary homine vestro, nostrum hominem fidedignum, Benedictum chori ecclesie nostre presbyterum, ad infrascriptam reambulacionem faciendam pro testimonio duximus destinandum, qui demum . . nobis retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Letare nunc preteritam ad faciem possessionis prescriptarum dominarum religiosarum Tune vocate in comitatu Posoniensi existentis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus, accessissent, cumque ipsi dictam possessionem reambulando, ab aliorum possessionariis iuribus metis erigendis distingere et dictis dominabus statuere voluissent, Stephanus filius Simonis de Olastal, a parte sue possessionarie porcionis, in dicta possessione Olastal habite, ipsos non a reambulacione sed a statuacione premissa ac metarum ereccione ipsius possessionis prohibuisset; unde ipsi eodem die et loco memoratum Stephanum filium Simonis, ad quindenas festi beati Georgii martyris nunc affuturas, contra prefatas . . sanctimoniales in vestre celsitudinis presenciam citavissent. Datum in dominica Iudica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4603. Közli: Kovács N.

## 287.

*1356. apr. 21. Az egri káptalan előtt, Sebesi Synka fia Péter és fiai, Sovári Soos Miklóst és Poháros Pétert, Sívár és Kapy nevű birtokaik határának megjárása alkalmával, Sebes es Gergelyfalva nevű birtokokból bármi foglalástól tiltják.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus, quod Johannes filius Petri filii Synka de Sebus pro se et pro eodem Petro patre, Nicolao, Ladislao et Stephano fratribus suis nostram . . . adeundo presenciam, per modum protestacionis nobis curavit significare, quod magister Petrus dictus Poharus et Nicolaus dictus Sows filius Petri de Souar (. . . . .) ductis secum regiis et nostris hominibus, metas eiusdem possessionis Sowar et possessionis ipsius magistri Petri Kapy vocate, in quibusdam locis litigiosis in vicinitate . . . quarundam possessionum suarum Sebus et Gergerfolva vocatarum ac aliarum ad easdem spectantium reambulassent; quamvis tamen iidem magister Petrus Poharus et Nicolaus Sows dictam reambulacionem et metarum separacionem pro quibusdam litigiosis negociis nondum inter se perficere potuissent, sed tamen si memorate partes prefatarum metarum suarum reambulaciones, erecciones et separaciones perficere possent, ut ipsi intellexissent, magnas particulas terrarum ex eisdem possessionibus ipsorum pro se occupare et in dicta reambulacione ad metas pretaxatarum possessionum suarum includere et applicare molirentur, in ipsorum preiudicium non modicum et iacturam. Quos quidem magistrum Petrum Poharus et Nicolaum Sows ac quoslibet alios, sicut nuperrime in facie memoratarum possessionum Souar et Kapy coram dictis regiis et nostris hominibus facie ad faciem prohibuissent, sic et nunc prohiberent et pretactus Johannes filius Petri, facta dicta protestacione sua et eorumdem patris ac fratrum suorum in personis, prohibuit et inhibuit coram nobis a furtiva et fraudulenti occupacione quarumlibet particularum terre ex eisdem possessionibus ipsorum facta vel facienda. Datum in die Cene domini, anno eiusdem M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Sövári Soós cs. Itárában.

288.

*1356. máj. 1. A somogyvári convent előtt, Ropoli Omode fia Miklós bán unokája János, Németi nevű somogyvármegyei birtokát, az újabbán megjelelt határok között, Sági Mátyás fiúnak Jánosnak átadja.*

Nos conventus monasterii sancti Egidii de Simigio significamus, quod accedentes ad nostram presenciam magister Johannes filius Nicolai filii Nicolai condam bani filii Omodei de Rupul ab una, et Johannes literatus filius Mathie de Saag parte ab altera, propriis eorum in personis idem magister Johannes filius Nicolai confessus est . . ut licet in antea ipse magister Johannes filius Nicolai, quandam possessionem suam hereditariam Nemthy vocatam, in comitatu Simigiensi inter alias quasdam possessiones suas Folkus et Zenthpal appellatas existentem, sub antiquis metis et terminis ab antiquo fundatis predicto Johanni literato . . contulerit, mediantibus aliis literis nostris privilegialibus perpetualiter possidendam, tamen quia assignaciones metarum in eisdem literis nostris non continebantur, pro eo nunc de novo . . eandem possessionem Nemthy cum omnibus suis . . pertinenciis . . cum pleno dominio eiusdem omne suum ius et iuris proprietatem excipiendo ab eadem . . contulit . . ac perpetuavit Johanni literato filio Mathie supradicto et per eum suis heredibus . . irrevocabiliter possidendam . . sub metis et terminis infrascriptis. Cuius quidem possessionis prima meta, prout idem magister Johannes filius Nicolai nobis retulit, incipit a parte orientis in quodam fonte fluenti in loco Petedgudruseu vocato existenti, per quem quidem cursum aque tendit ad meridiem in longo spacio et ibi in quodam angulo attingit quoddam molendinum Johannis filii Markus nominatum, exinde in antiquo cursu eiusdem aque divertitur ad occidentem et pervenit ad aliud molendinum Gyeheudmolna nuncupatum, deinde in eadem aqua eundo, ad eandem plagam occidentalem pervenit ad tercium molendinum domino ipsius possessionis Nemthy pertinens ab antiquo, inde per eundem meatum aque et ad eandem plagam occidentalem girando, attingit molendinum

Petri filii Moius, exinde in longum spacium eundo pervenit ad quendam locum Kenderatofeu vocatum, de quo saliendo per antiquum fossatum vadit ad aquilonem ad quoddam virgultum, exinde directe declinando ad eandem aquilonem iuxta predictum virgultum salit magnam viam, per quam itur in villam Mogas, de qua procedit similiter ad aquilonem nimis remote et descendit in vallem Kysuelg, in cuius introitu sunt arbores piorum iuxta viam, quarum una est cruce signata propter metam, et ibi subit unam gurgitem et tendit ad arborem magnam, ilicis in capite eiusdem rivi existentem, pro meta angulari signatam, de qua flectitur ad orientem ad montem et iuxta vineam ad eandem plagam eundo subit unam semitam et in eandem semitam descendendo, intrat rivulum Korogpataka nominatum, quem transiens sub molendino Pauli filii Myko dirigitur directe ad orientem et pervenit ad puteum in valle Kerekberuk vocata existentem, abhinc tendit ad caput ipsius vallis, ubi via de ipsa possessione Nemthy ad predictam possessionem Folkus distensa duplicatur, in medio quarum est fossatum per inundacionem aque factum tempore pluviali, exinde descenditur ad eandem plagam orientalem ad alium montem, de quo monte directe procedendo, regirat ad predictum puteum Petedgudrufeu prius nominatum et ibi terminatur; promittentes, ut dum presentes nobis fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in octavis beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1018. 17. dipl. oszt. 4604. Közli: Kovács N.

289.

*1356. máj. 2. A pécsi káptalan bizonyítja, hogy Ders fia Miklos és a Ders, Siklósi Péter fiai Pál és Istrán megöletésének rádjá alól, mindegyikük részéről századmagukkal letett eskü által magukat kitisztították.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, (quod cum magister) Nicolaus filius Ders et Ders filius eiusdem iuxta continenciam literarum nostrarum memorialium

formam assumti arbitrii inter ipsos ab una, item Gyula, Nicolaum, Stephanum filios condam magistri (Pauli filii Petri) de Suklos, parte ex altera habiti, in se continencium, primo idem Ders filius ipsius magistri Nicolai centesimo se nobilibus sibi similibus in eo, quod ipse ipsum magistrum Paulum filium Petri) de Suklos et Stephanum fratrem eiusdem carnalem, filium predicti Petri non impotinaverit et per eandem impotinationem ipsis magistro Paulo et Stephano fratri suo mortem non intulerit, et eodem die idem magister Nicolaus filius Ders similiter centesimo se nobilibus sibi similibus super eo, quod predicta impotinacio et mortis illacio ex suo scitu et sua voluntate facta non fuerit, contra eosdem filios magistri Pauli filii Petri, secunda die octavarum festi Pasche domini iuramentali depositione se debuissent expurgare coram nobis; ipso termino adveniente predicti magistri Nicolaus filius Ders et Ders filius eiusdem, uterque eorum centesimo se nobilibus sibi similibus, ipso Giula filio magistri Pauli pro se et pro predictis Nicolao et Stephano fratribus suis carnalibus presente, super premissis iuramentali depositione se expurgarunt, ut debebant coram nobis. Datum in termino supradicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1698. 88. dipl. oszt. 4605. Közli: Kovács N.

---

290.

*1356. máj. 3. Az egri káptalan előtt, Szkarosi Miklós fiai, Bok János unokabátyjuk leányait, Dobazy Mihály özvegyét és Bely Gergely nejét, Boroznok nevű birtok elidegenítésétől, Hunth fia Sándor fiait pedig annak megszerzésétől tiltják.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis damus pro memoria, quod Stephanus filius Nicolai de Scarus pro se et pro Ladislao ac Petro fratribus suis nostram personaliter adeundo presentiam, per modum protestacionis nobis curavit significare, quod nobiles domine filie Johannis dicti Bok patruelis ipsorum, relicta videlicet Michaelis dicti Dobazy et consors Gregorii de Bely Elena et Elizabet vocate, quandam possessionem Boroznok nun-

cupatam in comitatu Gumuriensi, ut dicitur, habitam, Johanni et Andree filiis Alexandri filii Hunth ac Farkasio filio Johannis filii eiusdem Hunth, vendere et de se alienare niterentur; et quia dictam possessionem Boroznok ipsi prescriptis nobilibus dominabus pro omnimoda expedicione quarte filialis earundem dominarum . . contulissent, obhoc dicta possessio plus ipsis quam aliis conveniret ad habendum, quamobrem ipsi annotatas nobiles dominas a vendicione . . prescriptos vero filios Alexandri et Farkasium ab occupacione . . dictus Stephanus filius Nicolai sua ac eorundem fratrum suorum in personis prohibuit . . Datum in die festi Invencionis sancte crucis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán peccét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban, a Henvay es. Itárában.

## 291.

*1356. máj. 6. Salamon mester tordai főesperes és püspöki helyettes előtt, Csehi Pánczelos János, Csentei János leányait Borbálát és Erzsébetet, Szentmártoni Kalach és Kamarás Bálint nejeit, Cseh nevű birtokból járó leánynegyed, úgy hitbér és hozomány iránti köteleseikre nézre kielégíti.*

Nos magister Salamon archidiaconus de Torda . . Andree . . episcopi Transsilvani vicarius in spiritualibus generalis significamus . . quod Johanne dicto Pancelus de Cheh ab una et Kalach de Zenthmartun pro nobilibus dominabus consortibus sua et Walentini dicti de Kamaras, filiabus videlicet Johannis filii Johannis dicti Chenthe Barbara et Elizabeth vocatis . . parte ex altera, in octavis festi beati Georgii martyris coram nobis in iudicio comparentibus, confessum extitit per eosdem . . quod licet in causa inter ipsas dominas et predictum Johannem dictum Pancelus super facto quarte filialis eorundem dominarum ac dotis et rebus parafernalium matris earundem . . Barbara et Elizabeth nuncupatarum de predicta possessione Cheh ipsius Johannis filii Johannis, que quidem possessio patris earum ad eundem Johannem dictum Pancelus iure successorio descendisset, debito iure nature et ex regni consvetudine prove-

niencium coram nobis mota et exorta, tandem mediante ordinatione proborum et nobilium virorum taliter inter se ex nostra iudiciaria permissione . . concordarunt coram nobis, quod idem Johannes Pancelus dictus, ob dileccionem proximitatis cum possessionaria assignacione ex sua bona et spontanea voluntate volens satisfacere, rectam quartam partem dicte possessionis sue Cheh, cum omnibus . . pertinenciis ad ipsam quartam possessionarie porcionis spectantibus, pro satisfaccione premisse quarte filialis eiusdem . . consortibus Kalach et Valentini, per ipsasque ipsis Kalach et Valentino maritis earum et eorum heredibus . . dedit et assignavit coram nobis perpetuo possidendam . . in super pro satisfaccione dotis et rerum parafernalium predictarum, idem Johannes tempore statucionis premisse quarte puellaris, viginti quinque marcas regni assumsit solvere dominabus prenotatis, obligans se prefatus Johannes et suos heredes memoratas . . Barbaram et Elizabet cum suis heredibus ab omnibus . . inquietare volentibus expedire et in pacifico dominio conservare, prefatus eciam procurator legitimus dictarum dominarum se et ipsas dominas Barbara et Elizabeth vocatas ac earum heredes e converso obligando, prenotatum Johannem dictum Pancelus et ipsius successores, racione premisse quarte filialis ac dotis et rerum parafernalium predictarum, similiter ab omnibus utriusque sexus generacionis sue hominibus . . expedire . . Datum Albe, sexta die octavarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 27427. Közli: Kovács N. Stibor erdélyi vajda 1399. évi ítéletében is megvan, mely ítélet eredetije a N. Muzeumban őriztetik s ez annyiban bir érdekekkel, hogy ebben a fönt közölt oklevél hamisanak nyilvánított azon az alapon, mert azt László vajdának 1377-ben kelt ítélete szerint, István a kolozsmonostori convent jegyzője mutatta fel, ez a jegyző azonban mint hamis pecséték és oklevelek készítője megégettetett, és így minden oklevél, mely az ő kezéből került ki, hamis lévén, semmisnek mondatott ki.

## 292.

1356. Visegrád, máj. 8. Szécsi Miklós országbíró Lezteméri Petőnek és Doncsnak, Dobó fia Jakab és Deák János úgy Kiljén szécsi plébános ellen, Bezeu nevű birtok iránt folyt peres ügyét elhalasztja.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam quam Petew filius Alberti et Donch filius Dominici de Leztemer, pro quibus Matheus filius eiusdem Alberti . . astitit, contra Jacobum filium Dobou, Johannem literatum et dominum Kylianum plebanum de Zeech, pro quibus Johannes filius Dominici . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Georgii martyris in facto contradiccionis stacionis possessionis Bezeu vocate movere habebant coram nobis, de parciū procuratorum voluntate ad octavas festi Assumcionis virginis gloriose nunc venturas duximus peremptorie prorogandam. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán peccsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 193. 20. dipl. oszt. 4611. Közli: Kovács N.

## 293.

1356. máj. 8. A pozsonyi káptalan előtt, Domokos fia Kelemen, Body nevű birtokát a Palázóközben nővérei beleegyezésével, Jakusnak Pozsony városa bírájának, harminczkét bécsi márka örök árért eladja.

. . capitulum ecclesie Posoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Clemens filius Dominici de Body in nostri presencia personaliter constitutus, possessionariam porcionem suam in dicta possessione Body habitam iure hereditario ipsum contingentem in Palazoukuz existentem, cum omnibus . . pertinenciis . . sub eisdem metis et terminis, quibus ipse actenus possedisset . . Jakus iudici civitatis Posoniensis, qui eciam presens aderat et per eum suis heredibus . . pro triginta duabus marcis latorum denariorum viennensium, marcam quamlibet cum decem pensis computatis . . vendidit . . in filios



filiorum . . cui quidem vendicioni . . dicte possessionarie porcionis domine Elizabeth et Katha vocate, sorores ipsius Clementis, filie videlicet ipsius Dominici similiter personaliter astantes, consensum prebuerunt . . insuper super quarta ipsarum puellari ipsis de dicta possessionaria porcione Body patris ipsarum de iure debenti, dote et rerum parafernaliū . . matris earumdem ipsum Jakus iudicem et suos heredes . . in perpetuum reddiderunt expeditos . . Datum in quindenis beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Selyemsodraton függött pecsét nyomaival, a chyrographum az oklevél alsó szélén látható; eredetije az Orsz. Itárban, Monial. Poson. 62. 11. dipl. oszt. 4007. Kozli: Kovács N.

## 294.

1356. Visegrád, máj. 11. Miklós nádor, Ládi Domokos fiát Dancsot, kit Tornai János fia László arról vádolt, hogy őt Dobza nevű birtok zálogosítása által huszonöt márkáig megkárosította, miután a neki ítélt esküt letette, az ellene emelt vád alól fölmentí.

Nos Nicolaus . . palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iuramentalis deposicionis exprimencium, Donch filius Dominici de Laad tercio se nobilibus sibi similibus se incluso, contra Ladislaum filium Johannis de Torna, in octavis festi Pasche domini coram capitulo ecclesie Agriensis sacramentum prestare debuisset super eo, quod ipse per factum impignoracionis cuiusdam possessionis sue Dobza vocate, in vicinitate et commetaneitate possessionis eiusdem Ladislai filii Johannis Ynanch nuncupate, ut dicitur, adiacentis, viginti quinque marcarum damna non irrogasset, sed in adquisicione eiusdem innocens sit . . et seriem ipsius iuramenti partes octavo die deposicionis eiusdem in literis dicti capituli nobis reportare debuissent; tandem ipso termino reportacionis seriei dicti iuramenti occurrente, predictus Donch filius Dominici ad nostram personaliter accedendo presenciam, literas iamdicti capituli ecclesie Agriensis nobis presentavit, in quibus ipsum iuramentum per eundem Donch cum dictis condepositoribus iuramenti, iuxta

nostram adiudicacionem in loco et termino supradictis, contra prescriptum Ladislaum super premissis rite et legitime depositum extitisse vidimus manifeste. Unde quia in literis pretacti capituli nobis super deposicione premissi iuramenti rescripcionalibus, ipsum iuramentum per dictum Donch modo premissis depositum extitisse reperimus, ipsique iuramento per dictum Donch modo pretacto deposito nullus aliquo modo contradictor apparebat, ob hoc eundem Donch in adquisicione ipsius Ladislai prenotata . . . commisimus . . . absolutum . . . Datum in Vissegrad, quarto die reportacionis seriei premissorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 19. dipl. oszt. 4606. Közli: Kovács N.

## 295.

*1356. máj. 12. A csanádi káptalan előtt, László volt székely gróf fiai, András erdélyi vajda és Miklós beleegyeznek, hogy mostohájuk Margit asszony, a szomszédágukban fekvő Szőlős és Szent-Miklós nevű csanád-vármegyei birtokokat, megréhesse.*

Capitulum ecclesie Chanadiensis . . . ad universorum noticiam . . . volumus pervenire, quod cum nobis ad instancias et petitiones virorum magnificorum Andree voivode Transsilvani ac magistri Nicolai fratris sui, magistrum Petrum socium et canonicum nostrum dictum de Buda transmissemus, qui demum . . . nobis retulit . . . quod Andreas voivoda ac magister Nicolaus filii magistri Ladislai condam comitis Siculorum . . . fuissent confessi isto modo, quod ex benevolencia et matura deliberacione nobili domine Margarete, noveree ipsorum, quasdam possessiones videlicet Zeleus et Zenthmiklos vocatas in comitatu Chanadiensi existentes in vicinitate ipsorum emere permisissent, preterea assumisissentque predicti Andreas voivoda ac Nicolaus, quod si qui temporum in processu dictam nobilem dominam Margaretam novercam ipsorum, racione dictarum possessionum Zeuleus et Zenthmiklos vocatarum ex fratribus . . . eorumdem . . . inquietare volentes quoquomodo niterentur, extunc iidem Andreas voivoda ac magister Nicolaus sepefati in personis

filiorum fratris ipsorum Stephani quondam voivode . . et aliorum fratrum et proximorum ipsorum respondere tenerentur . . Datum per manus magistri Nicolai lectoris ecclesie nostre, feria quinta proxima post festum beati Johannis ante portam Latinam, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto, presentibus Michaele preposito cathedrali, Michaele cantore, Mathia custode, Stephano Themusiensi, Nicolao Marosiensi, Martino Crasoensi archidiaconis . .

I. Lajos királynak «magistri Johannes et Stephanus filii quondam magistri Pethew de Adaas» kérelmére 1357. jul. 21. kiadott és 1364-ben jun. 18-án az ismeretes megerősítő záradékkal ellátott átiratából, melynek eredetije az Orsz. Ltárban őriztetik, N. R. A. 587. 25. dipl. oszt. 4643. Közl: Kovács N. Megvan eredetiben is ugyanott N. R. A. 587. 24. dipl. oszt. 4613.

## 296.

*1356. máj. 13. Az esztergomi káptalan előtt, Zoárd fia Vech unokája Domokos, saját s fiai nevében Monyoros nevű esztergomvármegyei birtokról, mely Erzsébet királynéra szállott, s melyért a királyné kegyelem útján kétszázötven arany forintot fizetett, a királyné javára lemond.*

Capitulum ecclesie Strigoniensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Dominico filio Zoardi filii Nicolai filii Nicolai nepotis Vech, Laurencio, Zoardo et Johanne filiis eiusdem Dominici filii Zoardi ab una, et magistro Demetrio conservatore annularis sigilli regie maiestatis pro . . Elizabeth . . regina . . parte ab altera, coram nobis constitutis, per eosdem Dominicum filium Zoardi, Laurencium, Zoardum et Johannem filios ipsius Dominici propositum extitit . . quod quia possessio Monyoros vocata in comitatu Strigoniensi existens, que prefato Nicolao patri dicti Dominici filii Zoardi efficacissimorum instrumentorum vigoribus fuisset devoluta et demum per Stephanum filium Markus ab eodem Nicolao patre ipsius Dominici filii Zoardi eo tempore, cuius iam quinquagesima preterisset revolutio annualis, ablata et postmodum tempore procedente ad manus regie maiestatis ac per consequens manibus predictae domine regine devoluta extitisset, predictaque domina regina

de sua benignissima misericordia et voluntate propria ipsis graciose compaciens, ducentos et quinquaginta florenos puri auri, pro eadem possessione Monyoros et pro instrumentis super ipsa possessione confectis ipsis Dominico filio Zoardi et filiis suis plene . . persolvisset . . ideo ipsi . . predicta eorum omnia instrumenta, super dicta possessione Monyoros emanata, eidem domine regine et in eius persona predicto procuratori suo . . assignaverunt coram nobis, si que vero de eisdem occulte reservassent vana . . commiserunt . . et ubicunque exhiberentur, nullius essent firmitatis et exhibitores eorundem, tanquam cassata instrumenta exhibentes, gravarentur; predictam vero possessionem Monyoros cum omnibus suis utilitatibus . . et tributo montis de vineis quorumlibet hominum in ipsa possessione exigi consveto, ecclesia lapidea in honore sancti Johannis in eadem constructa . . proventibus et pertinentiis universis . . in superficie eiusdem possessionis existentibus, sub antiquis metis et terminis, quibus eadem per prefatum Nicolaum patrem dicti Dominici filii Zoardi et alios priores eius possessores ab olim habita extitisset . . eidem domine regine et per eam illis vel illi, quibus vel cui collata fuerit per eandem et donata, perpetuassent . . et vendiderunt coram nobis, iure perpetuo . . possidendam . . nil iuris, nilque proprietatis . . ipsis vel eorum heredibus reservantes . . obligantes se et heredes eorum . . ut si ipsi vel heredes eorum . . super dicta possessione Monyoros vel suis pertinentiis quibuslibet aliquam questionis materiam contra ipsam dominam reginam vel eum aut eos, cui vel quibus per ipsam dominam reginam collata fuerit, in iudicio vel extra iudicium quoquomodo movere et suscitare niterentur, debita pena calumnie punirentur et vindicta; preterea iidem Dominicus filius Zoardi, Laurencius, Zoardus et Johannes filii sui assumerunt, ut quicumque quartam puellarem et dotem ac res paraphernales de dicta possessione Monyoros acquirere . . niterentur, ipsi et eorum heredes . . eandem dominam reginam et eos, quibus ipsa possessio donata fuerit, per eandem semper et ubique expedire tenerentur . . qui si expedire . . non curarent, in succubitu duelli facti potencialis convincerentur eo facto . . Quarum tenorem de verbo ad verbum nil addendo nilque diminuendo in nostro registro rescribi faciendo, cum pare eiusdem privilegii

interciso in custodia seu conservatorio predicte ecclesie nostre sub sigillo nostro fecimus reponi perpetuo conservandum. Datum per manus magistri Valentini lectoris ecclesie nostre, feria sexta proxima post quindenias festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto; Gwillermo cardinali preposito, Marko cantore, Johanne Gumuriense, Mathia Kamariniense, Petro Neugradiense, Corrado Nitriense, Stephano Zoliense, Demetrio Borsiense archidiaconis, et Dominico sancti Thome et Johanne sancti Georgii martyrum prepositis existentibus.

Két példányban, mindkettőn a pecsét idegen zsinegen függ, mert az eredeti zsinórzat elmállott. A chyrographum az egyik oklevelen felül, a másikon az alsó szélén van és pontosan megfelel egymásnak. Eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Vet. Budens, 1. 4. dipl. oszt. 4614. Közli: Kovács N.

## 297.

*1356. Visegrád máj. 13. László csázmái prépost és titkos cancellár előtt, Márton dömosi prépost, Szeri Pósa fiát Miklóst, Leng nevű csongrádvármegyei birtok után fizetni tartozott négy forint éri census megfizetéséről, nyugtatja.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis comes capelle et secretarius cancellarius . . . Lodovici . . . regis . . . damus pro memoria, quod . . . Martinus prepositus ecclesie Demesiensis personaliter est confessus, ut quatuor florenos quibus Nicolaus filius Pouse de Zeer ex possessione ecclesie sue Leng vocate, in comitatu Changradiensi habita, hoc anno pro censu soluturus fuisset debitor, sibi plene persolvisset; unde super ipsis quatuor florenis commisit ipsum Nicolaum expeditum coram nobis. Datum in Visegrad, feria sexta proxima post quindenias festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában; Csongrád. 10.

298.

1356. Visegrád, máj. 20. Szécsi Miklós országbíró, Csetény nevű birtokot, melynek határai iránt a veszprémvölgyi apácák és a csajági nemesek közt per folyt, a törvényesen megejtett határjárás után, az apácáknak iteli.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, memorie commendamus . . quod Benche filius Pauli pro . . sœntimonialibus ecclesie beate virginis de Valle Vesprimiensi . . iuxta continenciam literarum . . comitis Nicolai Drugeth quondam iudicis curie regie predecessoris nostri . . in octavis festi Omnium Sanctorum ad nostram iudiciariam veniendo presenciam, contra Petrum filium Luka, Martinum filium Bodur, Blasium filium Zerie, magistrum Ladislaum filium Jacobi, Johannem fratrem eiusdem, Nicolaum filium Johannis et Jacobum filium Mark nobiles de Chayagh in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod cum eedem domine religiose accepto homine regio et testimonio capituli ecclesie Albensis, quandam possessionem eorum Chytim vocatam, apud manus earumdem existentem . . accedendo et eandem reambulando . . sibi per eosdem regium et ipsius capituli Albensis homines . . committi facere voluissent, predicti Petrus filius Luka, Mathias filius Budur et Blasius filius Zerye, magister Ladislaus filius Jacobi, Johannes frater eiusdem, Nicolaus filius Johannis et Jacobus filius Mark de Chayagh, eosdem ab ereccione quarundam metarum a parte eiusdem possessionis Chayagh prohibuissent, cuius prohibicionis racionem scire voluerant ab eisdem religiose domine prenotate, et ibidem ipse Benche procurator earumdem . . dominarum quasdam literas privilegiales excellentissimi . . Karuli olim regis . . anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> trecesimo, sub mediocri suo sigillo in partibus Transalpinis casu deperdito, confectas, literas . . Lodomerii quondam archiepiscopi Strigoniensis . . et capituli loci eiusdem anno domini Millesimo CC<sup>mo</sup> nonagesimo sexto emanatas, tenorem privilegii . . Colomani . . regis Hungarie . . anno dominice incarnationis Millesimo centesimo nono, privilegium . . beatissimi Stephani primi regis et apostoli hungarorum super fundacione et donacione predicti claustrum beate virginis de Valle Vesprimiensi confecti,

renovantis et confirmantis de verbo ad verbum in se continentes confirmantes seu transscribentes nobis presentarat, in cuius tenore comperieramus haberi manifeste, quod ipse beatissimus rex Stephanus inter ceteras suas donaciones predicto claustro et sororibus sanctimonialibus in eodem deo et sacre virgini Marie genitrici dei, iugiter famulantibus factas, quandam possessionem Chytim udvarnicalem dicto monasterio sub metis in eodem privilegio contentis et conscriptis . . concessisset; quibus auditis et perceptis Johannes filius Nicolai de dicta Chayag et alter Johannes filius Petri . . pro eisdem Petro filio Luka, Mathia filio Bodor et Blasio filio Zerye, magistro Ladislao filio Jacobi, Johanne fratre eiusdem, Nicolao filio Johannis, Jacobo filio Mark de Chayagh exurgendo responderant eomodo, quod predicti nobiles de Chayagh contradiccionem prenotatam erectioni ipsarum metarum pro eo fecissent, quia ipse religiose domine per ipsarum metarum erecciones magnam particulam terre de eadem possessione eorum Chayagh vocata occupare et eidem possessioni ipsarum adiungere voluissent. Verum quia predicta possessio Chytim vocata ipsarum . . dominarum de predicta possessione Chayagh nobilium predictorum iuxta cursus prescriptarum metarum in predicto privilegio insertarum, per hominem regium presentibus testimoniis iamdicti capituli ecclesie Albensis modo infrascripto . . distingui debere nobis ac baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus videbatur, ideo predicto capitulo Albensi literatorie scribendo eorum amicitiam pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, coram quibus Nicolaus filius Corradi aule regalis iuvenis homo regius, de curia regia ad hoc specialiter transmissus, feria quinta proxima post festum Pasche domini proxime tunc venturum ad faciem prelibate possessionis Chytim vocate . . ac predicto eciam privilegio domini Karuli regis per ipsas religiosas dominas vel legitimum earum procuratorem inibi in specie exhibito, iuxta directos et veros cursus metales in eodem privilegio contentos, ex parte eiusdem possessionis Chayagh a prima meta incipiendo usque ad finales metas reambularent, et si ipse mete vero, iusto et directo modo ac apparenter invente fierent et existerent, tunc secundum ipsos

directos cursus metales possessiones parcium, partibus contradiccionem facere nequeuntibus, contradiccione eciam quorumlibet aliorum non obstante, novis metis iuxta veteres, ubi necesse fieret, ab invicem separando . . cuique earum parti sua iura possessionaria . . relinqueret perpetuo et pacifice possidere . . sine preiudicio iuris alieni, si vero ipse mete bono modo et apparen-ter inveniri nequirent et aliqua particula terre inter partes contenciosa et litigiosa remaneret, tunc ipsam particulam terre litigiosam regali mensura, si mensurari posset, mensurando vel si mensurari nequiret, visu considerando . . unacum aliis probis viris ibi existentibus estimaret . . et post hec ipsius possessionarie reambulacionis . . seriem . . ad octavas festi beati Georgii martyris tunc proxime affuturas regie . . rescribere debuisset maiestati capitulum Albense prenotatum. Denique ipsis octavis festi beati Georgii martyris occurrentibus, prenomi-natus Benche filius Pauli procurator pro ipsis . . sanctimonialibus . . ad nostram veniendo presenciam, literas memorati capituli ec-clesie Albensis domino nostro regi super premissis rescripciona-les nobis presentavit, in quibus habebatur seriose, quod idem capitulum Albense . . cum predicto Nicolao filio Corradi ho-mine ipsius regie benignitatis Johannem presbiterum dictum Chech hominem ipsorum pro predictis religiosis dominabus pro testimonio transmisissent, qui demum . . retulissent, quod ipsi primo convocatis commetaneis et vicinis dicte possessionis et cum predictis nobilibus commetaneis, videlicet Petro filio Luka et aliis superius nominatis et cum Benche filio Pauli legitimo procuratore predictarum dominarum sanctimonialium ad faciem dicte possessionis Chytim accessissent, et presentibus predictis hominibus, exhibito privilegio predicti domini Karuli regis, pre-titulatam possessionem Chytim ab aliis possessionibus infra-scripto ordine metali, per metales distinciones prout cercius . . investigare veritatem potuissent, separassent . . eo modo . . quod prima meta inciperet a loco, qui diceretur Kayaritya a plaga meridionali et abhinc procedendo metas antiquas per or-dinem reperissent modo infrascripto, circa quas novas ubique erexissent, a qua quidem prima meta incipiendo ad plagam sep-temtrionalem procedendo pervenissent ad duas metas, et circa unam, que esset a possessione sanctimonialium predictarum,



unam novam metam erexissent, de quibus metis per eandem plagam procedendo pervenissent ad unam viam, que tenderet de Kayar ad possessionem Kense et per eandem viam versus plagam occidentalem pervenissent ad duas metas terreas collaterales, circa eandem viam existentes, et circa eandem viam novam metam erexissent, de quibus metis ad partem septentrionalem procedendo, per modicum spacium pervenissent ad alias duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, et per eandem plagam pergendo, pervenissent ad duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, et iterum per eandem plagam procedendo, pervenissent ad alias duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus metis transivissent unam viam et pervenissent ad unum berch, in quo berch invenissent duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus ad plagam septentrionalem procedendo, pervenissent ad duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus per eandem plagam pergendo pervenissent ad alias duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, et per eandem plagam pergendo, pervenissent ad alias duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus metis per eandem partem procedendo, pervenissent ad unam viam, circa quam viam invenissent duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent et per eandem partem et per eandem viam procedendo, transivissent predictam viam versus plagam orientalem, et per eandem plagam pergendo, pervenissent ad alias duas metas terreas, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus metis pervenissent ad aliam viam et circa eandem viam invenissent duas metas terreas, unam circa arborem piri positam et aliam in latere vie invenissent, circa quas unam novam metam erexissent, de quibus per eandem partem procedendo, pervenissent ad tres metas terreas, quarum una separaret possessionem capituli Vesprimiensis ecclesie Kezen vocatam, alia vero separaret possessionem Chayagh et tertia possessionem predictarum dominarum sanctimonialium Kenche vocatam et ibi mete pretitulate possessionis Chytim finirentur et terminarentur; retulissent eciam iidem homines videlicet regius et ipsius capituli Albensis, quod licet secundum continenciam et

formam literarum nostrarum predictarum adiudicativam sententiam nostram experimencium, predicti nobiles scilicet Petrus filius Luka, Mathias filius Budur, Blasius filius Zerie, Ladislaus et Johannes filii Jacobi, Nicolaus filius Johannis et Paulus filius Mark nobiles de Chayagh, in predicta feria quinta proxima post festum Pasche domini ad faciem predictae possessionis Chytim, pro parte ipsorum alium hominem seu testimonium annotati capituli Albensis adducere debentes, non adduxissent, tamen ipsi homo regis et iamdicti capituli Albensis testimonium dictam reambulacionem faciendo, modo quo supra predictis sanctimonialibus ipsas terras limitatas et metatim separatas reliquissent perpetuo . . possidendas, salvo tamen iure alieno. Unde quia prefata possessio Chytim vocata prescriptarum . . sanctimonialium per prefatos regium et capituli Albensis homines vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus, sub prescriptis metis et metarum limitacionibus, iuxta adiudicacionis nostre formam reambulando, a possessione predictarum nobilium de Chayagh et aliorum quorumlibet separata et distincta, eisdem religiosis dominabus pretacto modo commissa fore, ex serie prefatarum literarum sepius nominati capituli Albensis regie maiestati responsionalium manifeste adinveniebatur, ideo unacum baronibus regnique nobilibus iudiciario tribunali nobiscum assidentibus, eandem possessionem Chytim sepefatis . . sanctimonialibus claustrum beate virginis de Valle Vespriensi, sub prescriptis metis et metarum distincionibus separatam et distinctam eo iure, quo ex vigore preexhibitorum instrumentorum eisdem dinoscitur pertinere, nostra iudiciaria potestate . . reliquimus perpetuo . . possidendam . . sine preiudicio iuris alieni . . Datum in Wysegrad, vigesimo die octavarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

A pecsét elveszett; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4615.  
Közli: Kovács N.

299.

*1356. máj. 21. Szécsi Miklós országbíró, Orbovai Péter fiának Lökösnek neje részére, Dobouchi Cymba István fiát Istránt és Domokos leányait Anychot és Bogowot, kik Oryaricha nevű birtokra vonatkozó okirataikat fel nem mutatták, bírságolja.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem damus pro memoria, quod Paulus filius Barrabe, pro nobili domina consorte Leucus filii Petri de Orbous, cum procuratoriis literis capituli ecclesie Boznensis, contra Stephannm filium Stephani dicti Cymba et nobiles puellas Anych et Bogow vocatas filias Dominici filii predicti Stephani dicti Cymba de Dobouch, ab octavis festi beati Georgii martyris viginti diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in facto possessionarie porcionis Oryauicha vocate, instrumenta eorum exhibituri, non venerunt neque miserunt, unde ipsos in iudiciis decrevimus fore convictos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum in Wisegrad, vigesimo primo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzenumban. Közli: Kovács N.

300.

*1356. Visegrád, máj. 23. Szécsi Miklós országbíró, Somlyó nevű rassármegyei birtokban bizonyos részt, határának megjárata és Ivánka fia Péter részének abból való elkülönítése után, Somlai Miklós fia Demeter nejének ítéli.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod cum iuxta continenciam priorum literarum . . comitis Thome condam iudiciis curie regie . . formam iudicii sui exprimencium, prout per easdem literas suas informabamur, nobilis domina consors Demetrii filii Nicolai de Somlyou, in octavis festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo tercio preteritis, super facto cuiusdam possessionarie porcionis in eadem Somlyou

habite ipsam tangentis contra Petrum filium Iwanka, Stephanum filium Briccii, Ladislaum et Jacobum filios Benedicti de Lanch instrumenta sua coram eodem comite Thoma exhibere debuisset, tandem ipso termino adveniente predicto Petro filio Iwanka pro se personaliter, et pro ipsis Stephano, Ladislao et Jacobo cum procuratoriis literis conventus de Demenk astante et per ipsam nobilem dominam ipsa instrumenta sua exhiberi postulante, iamdicta domina ad ipsius comitis Thome personaliter accedens presenciam, quasdam duas literas privilegiales, unam.. Karoli olim regis.. in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> vigesimo septimo, sub mediocri sigillo suo in partibus transalpinis deperdito confectas, alias literas capituli ecclesie Castriferrei, anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> nono confectas confirmantes seu transcribentes, secundam vero conventus de Kapornuk in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo primo emanatas, iudiciario examini eiusdem comitis Thome presentarat, in quarum una habebatur isto modo, quod Stephanus et Michael filii Emerici de Hethysomlya coram ipso capitulo Castriferrei personaliter constituti, possessiones eorum Hethysomlya, Hethye et Pereztogalya vocatas, sub metis in eisdem literis contentis vendidissent pro triginta duabus marcis comiti Alexandro filio Alexandri de Kuchk, cum omnibus.. pertinentiis.. iure perpetuo.. possidendas heredum per heredes; quam quidem vendicionem magister Bytho curialis comes Ferrei Castri, que quidem possessiones in manus suas ordine iudiciario fuissent devolute, pro multiplicibus excessibus, iudiciis et maxime astacionis coram ipso in falso termino Stephani et Michaelis predictorum, prefatam vendicionem approbasset et confirmasset coram capitulo Castriferrei supradicto, ipsamque vendicionem dictus Karolus rex vigore premissi sui privilegii perpetuo valere confirmasset; in alterius vero videlicet eiusdem conventus de Kapornuk litere continencia, idem comes Thomas conspexerat haberi isto modo, quod Georgio filio comitis Alexandri de Kuchk ab una, et nobili domina Cecilia filia Michaelis filii Dionisii de eadem Kuchk consorte Demetrii filii Nicolai de Somlyo pro se et pro Johanne filio suo tenello parte ab altera, personaliter coram ipso conventu constitutis, per predictum Georgium filium comitis Alexandri propositum extitisset.. ut quia ipsa

domina ad redemcionem possessionum suarum Hethysomlya, Hethye et Pereztogalya vocatarum, ad quadraginta quinque iugera terrarum arabilium cum fenetis et virgulto prope terram dicti comitis Alexandri in eisdem literis plenius et lucidius declaratarum, de rebus suis serinalibus secum allatis triginta quinque marcas persolvisset, pro eo tam pro ipsis rebus suis, quam pro intima dileccione fraternali eiusdem domine, prefatas possessiones suas et terras arabiles ab omnibus eorum detentoribus, si quibuscumque easdem vel aliquam earumdem quovismodo a se alienasset, per omnia liberando, cum omnibus earum . . . pertinentiis . . . sub verarum et antiquarum metarum earumdem limitationibus, vendidisset . . . predictae domine Cecilie sorori sue ac Johanni filio eiusdem consobrino suo et eorum heredibus . . . coram prenotato conventu de Kapornuk perpetuo . . . possidere . . . Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, in contrarium ipsarum literarum per ipsam dominam modo premissis exhibitarum, idem Petrus filius Iwanka allegarat eomodo, quod predictam possessionariam porcionem ab ipso Georgio filio Alexandri in forma iuris reoptinuisset, ubi idem Petrus volens hoc, ut eandem reoptinuerint declarare, quasdam literas predicti comitis Thome privilegiales, tricesimo tercio die octavarum festi beati Jacobi apostoli, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XL<sup>mo</sup> nono confectas eidem comiti Thome presentarat, in quibus inter cetera idem comes Thomas comperierat haberi manifeste, quod cum Stephanus filius Briccii et idem Petrus filius Iwanka ac Thomas de Lanch, et ipso Thoma in processu ipsius cause defuncto, Johannes filius eiusdem contra ipsum Georgium filium Alexandri de Kuchk, in facto cuiusdam possessionarie porcionis in possessione Hethesomlya vocata, per eosdem Stephanum, Petrum et Thomam tunc defunctum, nomine iuris ipsorum hereditarii vigore literarum annotati capituli Castri ferrei recaptivate, primum in presencia comitis Pauli quondam iudicis curie regie . . . demumque ipso honore iudicatus curie sue per ipsum dominum regem personam ipsius comitis Thome sublimante, coram ipso comite Thoma diucius in lite procedentes, eandem possessionariam porcionem, per ipsos nomine iuris ipsorum hereditarii ab eodem Georgio recaptivatam, reoptinuissent et per hominem regium ac testimonium prealle-

gati capituli Castriferrei sub distincionibus metarum infradeclearandarum sibi perpetuo statui fecissent; cuius metas iidem regius et sepefati capituli Castriferrei homines, hoc ordine distinctas, eidem capitulo retulissent: Prima namque meta inciperet iuxta publicam viam ante ecclesiam sancti Nicolai confessoris a meridie, ubi forent due mete terreae tunc noviter erecte, quarum una ad orientem predictis Stephano filio Briccii, Petro filio Iwanka et Johanni filio Thome de Lanch, alia ad occidentem Demetrio filio Nicolai separaret et distingeret, de quibus procederet ad meridiem ad spacium alterius dimidii iugeris terre et perveniret ad duas metas terreas, quarum una similiter ad orientem predictis Stephano filio Briccii, Petro filio Iwanka et Johanni filio Thome, et alia prefato Demetrio filio Nicolai ad occidentem separaret et distingeret, de quibus adhuc ad meridiem eundo perveniret ad metam terream, de qua inclinaretur ad orientem saliretque quandam viam magnam ad orientem et iret ad tres metas antiquas, quarum una ad aquilonem prefatis nobilibus de Lanch, alia possessionem ecclesie, tertia ad orientem filiis Leonch separaret et distingeret, de quibus iret ad aquilonem ad unam magnam viam, in quam cadens curreret in eadem ad aquilonem perveniretque ad ultimum sive finem unius fossati, ibique terminarentur in una particula eiusdem, in alia vero particula ipsius prima inciperet in duabus metis terreis, sub quadam arbore piri accumulatis, de quibus procederetur ad aquilonem, caderetque in quandam viam magnam, secus quam ab oriente ipsius vie forent due mete terreae antique, in eademque via procedens ad aquilonem perveniret ad unam metam terream in dumo silicea consistentem et innovatam, de qua caderet in portum fluvii Pereztegh vocati, procedensque perveniret ad tres metas terreas, duas scilicet antiquas et tertiā novam, de quibus adhuc ad aquilonem iret ad unam metam lapideam et abhinc ad aliam terream novam, ibique caderet in meatum fluvii Pereztegh prenotati et parumper procedendo exiret ipsum ad meridiem veniretque ad tres metas terreas, duas scilicet antiquas et tertiā novam, quarum una ad orientem predictis Stephano filio Briccii, Petro filio Iwanka et Johanni filio Thome, alia ad occidentem filiis Mykuch separaret et distingeret, de quibus ad eandem plagam procedens perveniret

ad duas metas terreas novas, de quibus in latere cuiusdam montis in rubeto curreret usque fines et ultimos terminos eiusdem, iuxta cursus priorum et antiquarum metarum eorundem nobilium antedictorum ibique terminaretur. Quibus sic habitis et tenoribus earundem perceptis, eadem domina consors ipsius Demetrii allegarat eo modo, quod prescripta particula terre, quam idem Petrus filius Iwanka et alii predicti in iudicio reop-  
tinuissent, ab ipsa possessionaria porcione per ipsum Gregorium filium Alexandri modo pretacto sibi data et collata, per premissarum metarum erecciones separatim et distinctim haberentur, et quemadmodum preexhibitum privilegium iamdicti comitis Thome a possessionariis iuribus et porcionibus ipsarum parcium adversarum, sub prescriptis metis distingeret, contentaretur, dummodo eorum ius proprium ipsis statui facerent iure legitimo exigente; unde quia ad distincionem et sequestracionem premissarum possessionariarum porcionum parcium predictarum modo premissis inter partes litigiosarum homines regii et testimonia predicti capituli ecclesie Castriferrei debuerant destinari, ideo idem comes Thomas prescripto capitulo ecclesie Castriferrei amicis suis literatorie scribendo, eorum amicitiam requisierat diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro testimoniis pro utrisque partibus fidedignos, quibus presentibus Johannes filius Isaak de Lanch pro parte actorum, item Andreas filius Isaak similiter de Lanch pro parte ipsius domine in causam attracte, homines regii, feria quinta proxima post quindenae festi Penthecostes tunc proxime venturas ad faciem prescripte possessionarie porcionis in ipsa possessione Noghsomlyo existentis, inter ipsas partes premissis modo litigiose accedendo . . . iuxta directos et veros cursus metales in prescripto privilegio prenotati comitis Thome contentos a primis veris metis incipiendo usque finales metas . . . reambularent, reambulataque premissam possessionariam porcionem eiusdem Petri filii Iwanka et aliorum predictorum inibi habitam, prout vigore premissi privilegii pretacti comitis Thome ab ipso Georgio filio Alexandri, in ipsius comitis Thome iudiciario conspectu, sub prescriptis metis reobtinuissent ac possessionariam porcionem eiusdem domine modo premissis per predictum Georgium sibi datam et condonatum, quemadmodum preexhibitum privilegium antefati comi-

tis Thome . . distingeret . . ab invicem separando . . unicuique ipsarum suam porcionem possessionariam, contradiccione ipsarum parcium sibi invicem et aliorum quorumlibet propter longinquam ventilacionem ipsius eause eo, quod nullius alterius contradiccio obviarat, obviare non valente, statueret et committeret perpetuo possidendam sine preiudicio iuris alieni, et quia idem Petrus filius Iwanka ipsam dominam consortem Demetrii in ipsa possessione Somlyo vocata non plus nisi duas curias seu mansiones ab occidente sitas habere, residuam vero exceptis ipsis duabus curiis omnino ipsorum fore hereditariam, e converso autem Johannes frater eiusdem Demetrii ipsum Petrum non magis, nisi ipsas duas curias seu mansiones ab occidente sitas divisioni apponendas fore, aliam vero partem ipsius possessionis exceptis ipsis duabus curiis iuri ipsius domine pertinere contrariose allegarant, ut alterius litere eiusdem comitis Thome continencia plenius . . declararet, ideo facta ipsa statucione iidem homines regi et testimonia dicti capituli ecclesie Castriferrei hoc, quantam particulam terre supra seu ultra ipsas duas curias seu mansiones de possessionariis porcionibus ipsius domine ad predictam porcionem suam possessionariam idem Petrus filius Iwanka applicare nisus extiterat scierent, viderent et . . conspicerent, et quantam particulam possessionariam eiusdem domine per ipsum Petrum filium Iwanka occupare et ad suam porcionem adiungere voluisse invenirent, visa sui qualitate, quantitate, fructuositate et valore . . estimarent regni consuetudine exigente, et post hec ipsius possessionarie statucionis ac estimacionis seriem . . ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc proxime venturas, in literis ipsorum domino nostro regi fideliter rescribere debuisset capitulum Castriferrei supradictum. Tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli adherentibus, Petrus filius Iwanka pro se personaliter, pro predictis vero Stephano, Ladislao et Jacobo . . item pro predicta domina consorte Demetrii, Michael filius Michaelis . . ad ipsius comitis Thome iudiciariam accedentes presenciam, quasdam literas prelibati capituli Castriferrei domino nostro regi super premisis rescriptas ipsi comiti Thome presentarant, in quibus inter cetera idem comes Thomas comperierat haberi eo modo, quod idem capitulum receptis literis suis formam deliberacionis sue



continentibus unacum Johanne filio Isaak de Lanch pro parte Petri filii Iwanka, Stephani filii Briccii, Ladislai et Jacobi filiorum Benedicti de eadem, actorum, item Andrea filio Isaak similiter de Lanch pro parte domine consortis Demetrii filii Nicolai filii Mikouch in causam attracte hominibus domini nostri regis, homines ipsorum magistrum Nicolaum sacerdotem socium et concanonicum eorum ac Petrum clericum chori ecclesie ipsorum, ad infrascripta negocia peragenda pro testimoniis duxissent destinandos, tandem iidem ad eundem capitulum reversi eidem .. retulissent eo modo, quod ipsi feria quinta proxima post quindenae festi Penthecostes tunc proxime preterita, ad faciem cuiusdam possessionarie porcionis in possessione Noghsomlyo existentis inter prescriptas partes litigiose, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibe convocatis accessissent et dum eandem iuxta directos et veros cursus metales in dictis literis pretacti comitis Thome insertos reambulare et alia negocia in dictis literis eiusdem comitis Thome contenta, iuxta commissionem et adiudicacionem suam exercere et peragere voluissent, domina consors predicti Demetrii inibi personaliter non accessisset, sed quidam villicus ipsius in persona domine eiusdem inibi comparendo dixisset, quod eadem domina sua in lecto prolis seu partu graviter decumberet, ob hoc illic personaliter venire nequisset, sed ipsum ad infrascriptam possessionariam reambulacionem .. in presencia predicti magistri Nicolai socii et concanonici antedicti capituli, prout idem magister Nicolaus id ipsi capitulo .. recitasset, vice et nomine sui .. constituisset, Petrus vero filius Iwanka alterum testimonium eiusdem capituli scilicet Petrum clericum et hominem regium in sua parte deputatos, cum dicto villico ad prescripta negocia exercenda non permisisset, prohibendo dicens, ut quia ipse dictam dominam vel procuratorem eiusdem legitimum cum vigore aliquarum literarum constitutum inibi non videret, ideo cum homine villano et iobagione ipsius domine simpliciter dictam possessionem reambulare et metas eiusdem erigere fas et licitum non existeret, proponens et pluries declarasset idem Petrus, quod si prefata domina vel procurator eiusdem legitimus illic venirent vel comparerent, ipse iuxta continenciam literarum dicti comitis Thome predictarum ad acceptandum premissa promptus esset et para-

tus, idemque villicus domine pretacte una cum predicto magistro Nicolao sacerdote socio et concanonico preallegati capituli ac uno homine regio in parte dicte domine assignato, absque altero homine regio et testimonio prefati capituli Castriferrei in parte ipsorum Petri et fratrum suorum deputatis, presentibus vicinis et commetaneis universis dicte possessionis litigiose, crastino die pretacti termini scilicet feria sexta sequenti dictam possessionariam porcionem in dicta Somlyo habitam, in persona dicte domine sue per veteres metas eiusdem . . in dictis literis prenotati comitis Thome insertos reambulare reambulataque signis pro metis iuxta veteres impositis ab invicem . . distinxisset porcionemque possessionariam eiusdem domine per Georgium filium Alexandri sibi datam . . eidem domine idem regius et annotati capituli homines statuissent perpetuo possidendam, sine preiudicio iuris alieni; sed quia, ut premissum est, partes concordare nequivissent in sequestratione possessionariarum porcionum ipsorum, ideo id quantam particulam terre ultra ipsas duas curias seu mansiones in literis predicti comitis Thome insertas . . de possessionariis porcionibus ipsius domine ad predictam porcionem suam possessionariam idem Petrus filius Iwanka applicasset scire, videre et conspicere nequivissent et ex eo eandem estimare non potuissent. Cumque discussio premissae cause diversis dilacionum cautelis intervenientibus, ad diem Medii Quadragesime feriam scilicet quartam, in anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quarto preteritam, medioque tempore ipso comite Thoma debitum universe carnis exsolvente ac dicto domino nostro rege . . honore ipsius iudicatus curie sue personam comitis Nicolai Drugeth condam iudicis curie regie predecessoris nostri . . sublimante, iuxta continenciam literarum eiusdem domini nostri regis prorogatoriarum, ad quindenae residence exercitus regii versus Rasciam moti et ad quindenae festi Epiphaniarum domini proclamate, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto preteritas, abhinc iuxta continenciam literarum dicti comitis Nicolai Drugeth ad octavas festi Penthecostis et dehinc ad octavas festi beati Jacobi apostoli similiter iuxta continenciam literarum regalium prorogatoriarum extitisset prorogata. Demum ipsis octavis occurrentibus medioque tempore predicto comite Nicolao Drugeth . . viam universe carnis ingresso prefatoque

domino nostro rege . . honore ipsius iudicatus curie sue nostram personam sublimante, ipsa causa in nostram presenciam deventa extitisset, et cum tandem ad faciem memorate possessionis Somlyou vicibus quam pluribus homines regii et testimonia prelibati capituli ecclesie Castriferrei ad premissa peragenda iuxta nostram iudiciarum comissionem accessissent, tandem omnia supradicta propter altereacionem parcium predictarum inibi suo modo fieri non potuissent, et cum ultimo discussio omnium horum octavas festi Omnium Sanctorum in predicto anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> quinto preteritas attinxisset, tandem ipsis octavis festi Omnium Sanctorum occurrentibus, prefatus Petrus filius Iwanka personaliter ab una ac Demetrius filius Nicolai pro predicta nobili domina consorte sua . . parte ex altera, ad nostram veniendo presenciam, idem Petrus filius Iwanka allegarat eo modo, quod sicut ipse tempore premissae possessionarie reambulacionis dixisset, ut predicta nobilis domina in annotata possessione Somlyou non plus, nisi duas curias ab occidente haberet, sic et tunc coram nobis . . affirmaret ac super eo, quod premissa statucio, estimacio et inquisicio suo modo iuxta iudiciariam nostram comissionem fieri nequivisset, sibi iusticie complementum per nos impertiri postularat. Quibus auditis et perceptis prefatus Demetrius filius Nicolai retulerat eo modo, quod predictae due curie in dicta possessione Somlyou habite, quas iamdictus Petrus ipsius domine fore diceret, sue essent ac super ipsis efficacia haberet instrumenta, que in termino per nos ipsi dando posset exhibere, residuum vero in dicta possessione Somlyo a parte orientis, exceptis iuribus aliorum, prefate domine consorti sue prout tempore predictae reambulacionis procurator eiusdem dixisset, ipsi domine consorti sue de iure pertinere et de ipsa possessionaria porcione dictae domine eundem Petrum divisionem habere velle allegarat, unde nos his perceptis unacum baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus commiseramus iudicando, quod prefatus Demetrius filius Nicolai universa sua instrumenta in facto dictarum duarum curiarum confecta, in octavis festi Purificacionis beate virginis proxime tunc venturis, coram nobis exhibere teneretur, quibus visis iudicium et iusticiam facere valeremus inter ipsas partes in facto possessionarie divisionis prenotate;

et cum discussio premissae cause ac eadem instrumentalis exhibicio ab eisdem octavis festi Purificacionis virginis gloriose, ad octavas diei Cinerum iuxta continenciam literarum nostrarum de reginali speciali mandato statu et ordine priori extitisset dilatata, denique ipsis octavis diei Cinerum advenientibus, predicto Petro filio Iwanka actore personaliter coram nobis adherente et ipsa instrumenta per ipsum Demetrium filium Nicolai exhiberi postulante, prenotatus Demetrius pro se personaliter et pro eadem nobili domina consorte sua . . . ad nostram accedendo presenciam, pro eisdem instrumentis per ipsum premissa modo exhibere assumtis, quasdam literas prefati capituli Castriferrei patentes, quinta feria proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> XXX<sup>mo</sup> septimo confectas nostro iudiciario examini presentarat, in quibus inter cetera comperieramus haberi manifeste, quod Nicolaus et Dominicus filii Mikouch de Hegysomlyo pro se personaliter, pro Martino vero filio Nicolai de eadem Hegiesomlyou predictus Nicolaus filius Mykouch . . . Dominicus autem prescriptus filius Mykouch pro Stephano filio Nicolai fratre eiusdem Martini . . . ex una parte, Michael filius Dionisii de Kuchk pro Georgio dicto Gyuke ac Stephano fratribus suis, item Johannes filius Johannis fratris sepedicti Dionisii de Kuchk parte ex altera coram predicto capitulo Castriferrei personaliter constituti, per arbitrium et compositionem proborum et nobilium virorum comprovincialium suorum super universis causis eorum ab avorum, patrum, eorum, necnon et ipsorum temporibus motis et exortis, hinc et inde usque tunc inter partes scilicet super possessionibus, interfeccionibus hominum, occupacionibus terrarum, vulneribus, percussionibus, sanguinis effusionibus, cremacionibus seu incendiis et generaliter quibuslibet maleficiis et maleficiorum actibus usque tunc habitis, inter partes taliter ad plene pacis dixissent se devenisse unionem et penitus concordassent, quod memorati filii Dionisii et filius Johannis de possessione eorum in eadem Hegiesomlyou, quam habuissent a parte occidentali, similiter Hegiesomlyo vocata, tres sessiones sive fundos cum omnibus utilitatibus . . . et aliis quibuslibet attinenciis suis, ad ipsas tres sessiones spectantibus, prout ex antiquo servassent ad easdem, a parte aquilonis in uno ordine situatas supra ma-

gnam viam, que veniret de Kald adiacentes, dedissent. . . predictis Nicolao et Dominico filiis Mykouch ac Martino et Stephano filiis Nicolai supradictis perpetuo. . . possidere in filios filiorum. . . ipsam autem viam, que veniret de Kald et intraret ipsam villam Somlyo partes deberent servare in communi, a meridie infra predictas tres sessiones filiis Mykouch et filiis Nicolai devolutas et supra porciones filiorum Dionisii et Johannis ab aquilone loco in communi, residuam vero partem possessionum predictorum filiorum Dionisii et Johannis, quam habuissent in eadem Hetyesomlyou a parte occidentali, que diceretur due porciones, in quibus essent novem sessiones, quas quidem porciones pro morte Michaelis fratris Dionisii antescripti ipsi Dionisio et Johanni fratri suo devolutas retulissent iidem Dominicus et Nicolaus filii Mykouch eorum propriis in personis comparentes, Martini vero et Stephani filiorum Nicolai predictorum nomine. . . cum literis procuratoriis comparendo, ipsam inquam residuam partem possessionariam. . . commisissent similiter cum suis. . . pertinenciis universis eisdem Michaeli Gyuke, Stephano ac Johanni filio Johannis perpetuo. . . possidere in filios filiorum. . . Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, ipse Demetrius in dicta possessione Somlyo se non magis nisi duas sessiones, terciam autem ipsarum trium sessionum apud Dominicum filium Mikouch fratrem suum patruelem et filios suos habere pluries replicando affirmarat; cumque nos his perceptis ipsum Petrum filium Iwanka in eo, si ipse contra formam et tenorem preexhibitarum literarum sepefati capituli Castriferrei per predictum Demetrium nobis, ut est premissum, presentatarum in aliquo obiicere velit, vel ne, ut nostro inest officio legitime requisitum habuissemus, tandem ipse Petrus contra formam earundem literarum pretacti capituli Castriferrei in nullo se obiicere posse, sed in. . . tenoribus ipsarum se contentari velle allegarat, unde quia ad divisionem predictarum duarum sessionum ac separationem et distinccionem possessionariorum iurium prescripte nobilis domine consortis ipsius Demetrii modo infraspecificato faciendam, homines regii et testimonia prescripti capituli Castriferrei vice iterata nobis et baronibus ac nobilibus regni in iudicio nobiscum assidentibus necessario transmitti debere videbantur, ideo amicis nostris

prenotato capitulo ecclesie Castriferrei literatorie scribendo, eorum amicitiam pecieramus . . quatenus ipsorum mitterent homines pro testimoniis pro utrisque partibus fidedignos, quibus presentibus Johannes filius Michaelis de Kuchk vel Nicolaus filius Dominici de Toskank (*igy*) aut Gregorius filius Bede de Barchfalva an Paulus filius Iwanka, pro parte Petri filii Iwanka actoris; item Irnugd aut Johannes filii Ogmand, vel Benedictus filius Nicolai de Lanch seu Ladislaus filius Johannis, pro parte nobilis domine consortis Demetrii filii Nicolai in causam attracte, aliis absentibus homines regii, feria quarta proxima post octavas festi Pasche domini ad faciem annotate possessionis Nogsomlyou vocate accedendo . . supradictas duas sessiones cum omnibus suis utilitatibus quomodolibet vocitatis . . in duas dividerent rectas et equales, quarum unam predicto Petro, aliam vero iamdicto Demetrio cum omnibus earum utilitatibus ab invicem . . metarum limitacionibus separando . . relinquerent perpetuo possidere. His itaque peractis porcionem possessionariam supradicte domine consortis ipsius Demetrii in eadem Somlyo existentem, sine diminucione et augmento, habita prius legitima reambulacione . . eidem domine, contradiccione ipsius Petri et aliorum quorumlibet eo, quod in tam diutina ventilacione premisse cause nullius alterius contradiccio ipsis partibus obviaret, non obstante, prelibatam porcionem eiusdem Petri in priori reambulacione pretacto modo . . distincta ipsi Petro salva remanente modo simili committerent perpetuo possidendam, sine preiudicio iuris alieni; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis . . seriem . . ad octavum diem predictarum octavarum festi Pasche domini, similiter proxime tunc affuturum, domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Castriferrei supradictum. Denique ipso octavo die octavarum festi Pasche domini adveniente, prenominatus Petrus filius Iwanka personaliter ab una et Demetrius filius Nicolai pro predicta nobili domina consorte sua . . parte ex altera ad nostram iudiciariam accedentes presenciam, literas memorati capituli Castriferrei super premisis regie serenitati rescriptas, hunc tenorem continentes nobis presentarunt . . Lodovico . . regi Hungarie . . capitulum ecclesie Castriferrei . . noveritis, quod cum receptis literis . . comitis Nicolai de Zeech iudicis curie vestre formam adiudica-

cionis et sentenciarie deliberacionis eiusdem in se continentibus, unacum Nicolao filio Dominici de Toskand pro parte Petri filii Iwanka actoris, item Ladislao filio Johannis de Duka pro parte nobilis domine consortis Demetrii filii Nicolai de Somlyo in causam attracte, hominibus vestris regiis, homines nostros magistrum Dominicum cantorem ecclesie nostre antedictae et Michaellem chori nostri clericum ad infrascripta negocia . . . peragenda pro utrisque partibus pro testimoniis duxissemus transmittendos, tandem iidem deinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod iidem homines vestri presentibus ipsis nostris testimoniis, feria quarta proxima post octavas festi Pasche domini proxime nunc preteritas ad faciem possessionis Nogsomlyou vocate in comitatu Castriferrei existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime inibi convocatis et presentibus predicto Petro filio Iwanka ac Paulo filio Martini procuratore prefate nobilis domine, accessissent, ubi prefatus Demetrius tres sessiones in eadem possessione Nogsomlyou supra quandam magnam viam, que venit de Kald et intrat ipsam villam ab aquilone existentes demonstrasset, quarum unam suam esse asseruisset, cuius quidem ipsius unius sessionis rectam medietatem a parte meridionali scilicet secus predictam viam habitam ab invicem metali sequestratione separando et distingendo, iidem homines vestri presentibus ipsis nostris testimoniis cum omnibus . . . pertinentiis . . . ad eandem medietatem ipsius unius sessionis spectantibus, prescripto Petro filio Iwanka . . . reliquissent perpetuo possidere, cum idem Petrus filius Iwanka ipsas utilitates et attinencia dicte medietatis sessionis sibi in specie demonstrare assignare postulasset, prenomitatus Demetrius quendam iobagionem suam demonstrandum ea deputasset; quo audito predictus Petrus respondiisset, quod ipse nec de extradacione dicte medietatis sessionis nec etiam in demonstracione utilitatum ipsius medietatis sessionis per iobagionem dicti Demetrii fienda contentaretur, nisi per dictos homines vestros regios coram nostris testimoniis vel dictum Demetrium ipsa demonstracio fieret, quia extra continencias literarum predicti iudicis curie vestre nollet procedere. His itaque peractis porcionem possessionariam dicte nobilis domine consortis ipsius Demetrii in eadem Somlyo existentem sine diminucione et aug-

mento, habita prius legitima reambulacione . . ut infra declarabitur, eidem domine, porcione prefati Petri in priori reambulacione separata . . ipsi Petro salva remanente, modo simili commisissent perpetuo possidendam sine preiudicio iuris alieni, et cum eandem metali separacione ab aliorum iuribus . . distinguere voluissent, prefatus Paulus procurator dicte nobilis domine primam metam ipsius possessionarie porcionis supra ecclesiam sancti Nicolai confessoris in eadem Somlyo habitam ab aquilone sub arbore nucis in fine inferiori cuiusdam vinee fore debere dixisset, sed tamen ibi nec metam nec etiam signum metale vidissent, ubi Dominicus filius Mykouch de eadem Somlyo cum Petro filio suo adherentes proposuissent, quod prima meta possessionarie porcionis dicte nobilis domine non ibi, ubi procurator dicte domine ostendisset, sed ultra quandam particulam vinee ipsorum ab occidente in spacio duorum iugerum adiacentis, in acie cuiusdam horti vinee predictae domine haberetur, ideo ibi iidem homines vestri regii propter altercacionem parcium metas non erexissent; deinde ad partem orientalem parum flectendo et dictam ecclesiam sancti Nicolai confessoris parochialem eorundem ab oriente circumeundo et includendo, transit ad metam predicti Petri filii Iwanka de Lanch ante prescriptam ecclesiam sancti Nicolai iuxta quandam viam a meridie sitam, deinde de ipsa meta directe ad meridiem per metas cursuales pervenit ad metam angularem, secus quam novas metas de novo erexissent, que ad occidentem prefate nobili domine et ad orientem Petro filio Iwanka separant et distingunt, deinde flectitur ad orientem, salit quandam viam, pervenit ad tres metas terreas, quarum una ad aquilonem Petro filio Iwanka et ad orientem filiis Leonch, ad meridiem vero, prout procurator dicte nobilis domine allegasset, eidem domine separarent et distinguerent, sed predictus Dominicus filius Mikouch cum dicto Petro filio suo inibi personaliter adherentes proposuissent contradicendo, quod ad meridiem dictarum trium metam una non ipsi domine, sed prescripte ecclesie sancti Nicolai confessoris ad spacium octo iugerum terrarum arabilium adiacencium separaret . . deinde ad orientem tendendo pervenit ad unam metam subtus quandam vineam ab occidente habitam, abhinc ad orientem tendendo dictam vineam includit ad occidentem et ab ipsa



vinea directe per medium cuiusdam virgulti ad meridiem currendo, pervenit ad duas metas terreas, quarum una ad orientem filiis Nicolai dicti Cende et ad occidentem domine prescripte separant . . deinde ad orientem pervenit ad tres metas angulares, quarum una ad orientem dictis filiis Nicolai dicti Cende et alia ad occidentem prescripte domine ac tertia ad meridiem ecclesie sancti Nicolai confessoris de Somlyo prenotate, adhuc ad meridiem currit per binas metas cursuales et pervenit ad duas metas terreas, quarum unam procurator dicte nobilis domine ad aquilonem eidem domine, nobiles vero de Duka nomine possessionis suprascripte ecclesie sancti Nicolai confessoris per antecessores eorundem et per consequens ipsos . . donate, dictam metam . . distinguere allegassent, occupacioni ipsius domine contradicendo, aliam vero ad orientem filiis Nicolai dicti Cynde; abhinc flectitur ad occidentem et pervenit ad unam metam terream, in prato existentem, adhuc ad occidentem girat remote et pervenit secus quandam viam ab oriente ad unam metam terream de novo erectam, abhinc in eadem via flectitur ad meridiem, pervenit ad duas metas angulares spinosas, quarum una ad meridiem terre Danoufeulde et alia ad aquilonem domine prescripte . . distinguunt, deinde in terris arabilibus tendendo ad occidentem pervenit ad duas metas terreas ex utraque parte cuiusdam vie erbose existentes, adhuc in eadem via per tres metas cursuales longe tendit ad aquilonem et ipsam viam relinquendo flectitur ad occidentem ad unam silvam, pervenit in quadam antiqua via erbosa eundo ad quandam magnam viam, in qua parum eundo ad occidentem pervenit ad tres metas angulares, quarum una terre Damafeulde ad meridiem et alia possessioni Perezleg vocate ad occidentem, tertia vero ad orientem et ad aquilonem domine prescripte, adhuc ad aquilonem in eadem silva longe eundo per continuos cursus metales, pervenit ad unam metam in eadem silva erectam, que ad occidentem nobilibus de Lanch et ad orientem predicte possessioni Somlyo . . distingit; deinde similiter ad aquilonem tendendo, pervenit ad unam metam spinosam, que ad occidentem terre Salamonfeulde et ad orientem domine prescripte . . distingit, adhuc ad aquilonem pervenit ad unam metam angularem, iuxta quam aliam de novo erexissent, quarum una ad orientem et ad meridiem domine prescripte et

alia ad aquilonem possessioni Oburgata separant . . . abhinc flectitur ad orientem ascendit ad montem Somlyohege vocatum, directe pervenit ad unum magnum lapidem pro meta assignatum, in cacumine ipsius montis existentem, qui ad meridiem prescripte domine et ad aquilonem possessioni Oburgata . . . distingit, deinde in latere eiusdem montis descendendo ad sex metas terreas, que ad occidentem predictae possessioni Oburgata et ad meridiem filiis Leonch, ad aquilonem vero prenotate domine, abhinc transit ad fluvium Perezlek vocatum per duas metas cursuales et pervenit ad duas metas terreas, abhinc parum flectendo ad orientem in prato iuxta aquam ipsam pervenit ad unam metam terream, que ad occidentem sepefate nobili domine et ad orientem prescripto Demetrio filio Nicolai, deinde directe tendit versus meridiem, pervenit ad unam viam erbosam, secus quam ab aquilone duas metas terreas de novo erexissent et procurator prenotate nobilis domine ulterius non processisset, proponendo dixisset, quod ad continencias instrumentorum literalium eiusdem nobilis domine alios processus dicte possessionarie porcionis ipsius nobilis domine stare permetteret, hoc etiam declarando, quod in aplicacione prenotate ecclesie sancti Nicolai confessoris, ad possessionariam porcionem dicte domine facte, eodem die ereccionis metarum Dominicus filius Mikouch cum Petro filio suo et filii Leonch ac nobiles de Duka, necnon Matheus filius Tiburcii contradixissent prohibendo. Datum quarto die ferie quarte post octavas festi Pasche domini prenotate, anno eisdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto. Verum quia prenotati regii et annotati capituli ecclesie Castriferrei homines, in predicta feria quarta proxima post octavas festi Pasche domini, presentibus predictis Petro filio Iwanka actore ac Paulo filio Martini legitimo procuratore prescripte nobilis domine consortis Demetrii filii Nicolai, ad faciem memorate possessionis Nogsomlyou appellate accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime inibi convocatis accessisse et prescriptam porcionem possessionariam dicte nobilis domine consortis ipsius Demetrii in eadem Somlyo habitam sine diminucione et augmento aliquali, habita prius legitima reambulacione . . . ut sepius est expressum, eidem nobili domine consorti dicti Demetrii, porcione prelibati Petri in priori reambulacione separata et distincta

ipsi Petro filio Iwanka salva remanente, perpetuo possidendam sine preiudicio iuris alieni sub prescriptis metis et metarum cursibus . . . reliquisse, ex serie earumdem literarum iamdicti capituli ecclesie Castriferrei rescripcionalium manifeste reperiabantur; ideo nos unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assedentibus, ipsam possessionariam porcionem eiusdem nobilis domine coniugis prenotati Demetrii filii Nicolai in dicta possessione Nogsomlyo existentem, porcione prelibati Petri filii Iwanka, prout in priori reambulacione ipsius possessionis separata et distincta extitisset, salva remanente, sub eisdem metis ac metarum limitacionibus iudiciaria nostra auctoritate ipsi nobili domine consorti Demetrii filii Nicolai et per eam suis heredibus heredumque suorum successoribus adiudicavimus, commisimus et reliquimus perpetuo possidendam . . . sine preiudicio iuris alieni . . . Datum in Wyssegrad, sedecimo die termini reportacionis seriei prenotate, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto.

A pecsétörédékek zöld selyemszálakon függenek; eredetije a N. Muzeumban Közli: Kovács N.

## 301.

1356. Beregszász, máj. 28. Beregrármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Gersei Chamaz fia Demeter, Péter rárii plebános megöletéséért a red rótt bírságot, a plebános unokaöccseinek megfizette.

Nos magister Nicolaus filius Thome vicecomes magistri Moruchoek comitatus de Bereg et quatuor indices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Demetrius filius Chamaz de Gerse iudiciis seu birsagiis in septem terminis racione interfectionis domini Petri plebani de Wary, cum quo coram nobis convictus extitisset, contra Valentinum et Stephanum filios Michaelis nepotes eiusdem Petri plebani de Wary, idem Demetrius de predictis iudiciis nobis et antedictis Valentino et Stephano omnimodam satisfaccionem impenderit . . . Datum in Loppretzaza, sabbato proximo ante Rogacionum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 68. 14. dipl. oszt. 4616. Közli: Kovács N,

## 302.

*1356. jun. 20. Az egri káptalan előtt, Forró János Euzed nevű abaujvármegyei birtokát, nejének Erzsébetnek Imbregi András leányának, hatvan márkáért eladja.*

Nos capitulum ecclesie Agriensis significamus . . quod magistro Johanne filio Jacobi filii Aladarii de Forrou personaliter ex una, et Stephano dicto Choka filio Dominici de Bedeche pro nobili domina consorte eiusdem magistri Johannis et filia Andree filii Dionisii de Imbreg Elizabet vocata parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Johannem . . propositum extitit . . quod quandam terram suam hereditariam Euzed vocatam in comitatu Abawywar iuxta fluvium Harnad, ut dicitur, existentem, cum universis . . pertinentiis suis specialiterque uno molendino super dicto fluvio Harnad a plaga orientali habito . . tres lapides molares in se continenti pro sublevandis . . quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens urgentibus et maxime pro eo, quia ipsum ad presentem exercitum regalem proficisci oporteret necessario . . vendidisset . . annotate nobili domine consorti sue pro sexaginta marcis grossorum compoti Budensis plene persolutis ab eadem . . sibi et suis heredibus iure perpetuo . . possidendam . . nullum ius . . amplius pro se in eadem reservando, quam quidem quantitatem pecunie eadem domina cum rebus suis scrinalibus, ut dicebat, comparando sibi persolvisset pro terra et molendinis supradictis; insuper obligavit se idem magister Johannes memoratam nobilem dominam et suos heredes ab omnibus racione prefatarum terre et molendini processu temporis inquietare nitentibus . . expedire debere laboribus suis propriis et expensis . . Datum in crastino festi sancte Trinitatis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 949. 5. dipl. oszt. 4620. Közli: Kovács N.

## 303.

*1356. jun. 25. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Ujbécsi Dorozló fia János jobbágyai által, a margitszigeti apácáknak kiszolgáltatandó adó dolgában a vizsgálatot teljesítette.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Budensis . . literas vestre sublimitatis . . recepimus in hec verba: Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . Dicit nobis et domine regine genitrici nostre . . frater Petrus procurator . . sanetimonialium ecclesie beate virginis de Insula Leporum, quod Johannes filius Dorozlo de Vybeeche tributa per iobagiones suos de eadem Vybeeche antedictis . . dominabus ab eisdem proveniencia dari non faceret, per quod ipsis dominabus non modicum damnum eveniret, de quo eius fidelitati aliis literis nostris mediantibus dedimus vobis in mandatis, ut tributa a prefatis iobagionibus suis de dicta Vybeeche ipsis . . dominabus proveniencia per eosdem dari faciat, si vero aliqua instrumenta habet, mediantibus quibus tributa iobagiones sui ipsis religiosis dominabus dare non tenerentur, tunc eadem instrumenta secundo die octavarum festi sancte Trinitatis nunc proxime venturarum, in presencia regie maiestatis exhiberi debeat, super quo . . mandamus, quatenus predictas alias nostras literas cum presentibus vobis exhibendas per vestrum hominem idoneum eidem Johanni filio Dobožlo (*iqy*) faciat exhiberi et quicumque idem Johannes visis ipsis literis nostris . . responderit, nobis . . rescribatis. Datum in Vysegrad, in vigilia festi Penthecostes, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto. Nos igitur . . pro exhibicione premissarum aliarum literarum vestrarum Johanni filio Dorozlo facienda nostrum hominem . . Andream chori ecclesie nostre clericum duximus transmittendum ad eundem, qui tandem . . nobis retulit eo modo, quod ipse in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preterito, nominato Johanne filio Dorozlo absente, ad populos seu iobagiones eiusdem de Wybeche accessissent, qui ad eiusdem nostri hominis requisicionem respondissent tali modo: quod ipsi tributum dictarum, . . dominarum semper et continue eorum tributariis pacifice et quiete dedissent et sine molestia aliqua solvere curavissent, instrumenta vero nulla se habere dixissent,

nisi si prefatus dominus ipsorum habere dinosceretur super solucione vel non solucione tributū prenotati. Datum secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste prenotati, anno domini supradicto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Mon. Po-son. 58—56. dipl. oszt. 4618. Közli: Kovács N.

## 304.

*1356. jul. 4. Az egri káptalan I. Lajos király parancsára, néhai Mihály (Michk) Slavon bán fiát Ákost, a király és Fülöp nádor özvegye által adományozott Somogy nevű birtokba és a podolyai, luchnai és ofalui székesvármegyei rákok birtokába beiktatta.*

. . . capitulum ecclesie Agriensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum nos visis et receptis literis . . regis Lodovici per ipsum nobis destinatis . . magistrum Alexandrum archidiaconum de Pata socium et concanonicum nostrum, cum Jacobo filio Thome de Fyzy homine eiusdem domini regis, ad videndum introductionem magistri Akus filii condam Michaelis bani totius Slavonie . . in quandam possessionem Sumugy vocatam et dominium quorundam tributorum in possessionibus Podolyn, Luchna et Ofalu nuncupatis et in comitatu Scepsiensis, ut dicitur, habitis exigi consvetorum, per eundem dominum regem ac nobilem dominam relictam Philippi condam palatini . . annotato magistro Akus, ut refertur, collatorum faciendam, mandatis regis obedire cupientes . . pro testimonio destinasse-mus, tandem iidem . . retulerunt isto modo, quod ipsi sabbato proximo post festum nativitatis sancti Johannis Baptiste iam preteritum et sequenti dominica accessissent ad facies possessionum supradictarum, ubi ipsi preallegatam possessionem Sumugy et eadem tria tributa cum universis utilitatibus . . statuissent eidem magistro Akus et suis heredibus perpetuo possidenda, nemine penitus tunc contradictore apparente, in cuius quidem eciam possessionis Sumugy et dictorum trium tributorum dominium ipsi comitem Petrum filium Chyte de Belse famulum et officialem ipsius magistri Akus introduxissent, in persona magistri Akus supradicti . . Presentibus tamen Ladislao preposito,

Emerico lectore, Georgio cantore, Nicolao custode dominis, item Andrea de Zemlyn, Dominico de Bursua, Alexandro de Pata, Nicolao de Zabouch, altero Alexandro de Tharcha, Ladislao de Borsod, Benedicto de Pankata archidiaconis et aliis multis . . Datum feria secunda proxima post octavas festi nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto; regnante Lodovico . . rege . . Nicolao archiepiscopo, ecclesie Cholocensis sede vacante et . . Nicolao . . episcopo Agriensi existentibus.

Piros és sötét ibolya színű selyemsodrton függő pecséttel; az alsó szélén chyrographummal; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Vet. Budens. 33. 21. dipl. oszt. 4622. Közli: Kovács N.

## 305.

*1356. Déva, jul. 10. Szécsi Miklós országbíró, Geubul fia Jakab kérésére, kinek több birtokát a szászok elpusztították, s bennök tömérdek kárt okoztak, az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy a hatalmaskodók ellen vizsgálatot teljesítsen.*

. . capitulo ecclesie Transsilvane . . Andreas voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . dicit nobis comes Jacobus filius Geubul, quod in festo sancte Trinitatis nunc proxime elapso universi saxones de Kizd ac Erkud et de Radus necnon in tribus villis abbatis de Keerch videlicet de Kereztur, Mesche et de Zenthmiclosteleke commorantes, ex preconcepta malicia ad possessionem suam Haasfalua vocatam armatis manibus potencialiter veniendo domos suas in eadem habitas concremassent, bona sua, que in eisdem reperissent, penitus abstulissent, dominam vero consortem suam cum tribus puellis, filiabus eiusdem Jacobi, verbis illicitis tetigissent occidereque voluissent, dicta domina cum dictis filiabus suis ad ecclesiam suam in dicta Haasfalua constructam ante ipsos cointrassent, confractis ianuis dicte ecclesie universas res suas mobiles et immobiles, que ad dictam ecclesiam asportassent prorsus abduxissent, adhuc in eo non contenti dicti saxones ad aliam possessionem suam Saard vocatam veniendo, ostium ecclesie in eadem habite confregissent, eciam universas res suas et alia clenodia domus sue centum

marcas valentes per omnia auferri fecissent. Item feria tertia proxima post dictum festum sancte Trinitatis ad villam Boda vocatam venientes, ecclesiam in eadem habitam destruxissent, ostium conservatorii eiusdem ecclesie infregissent, universa sua instrumenta et literarum munimenta, que super possessionibus suis fuissent confecta et emanata auferendo, secumque abduxissent; amicitiam vestram presentibus requirimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valentinus de Herpey, vel Paulus filius Andree de Tunughy, sive Nicolaus filius Dominici de dicta Saard, aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus decet et licet palam et occulte diligenter investigando . . . sciant . . . de premissis omnimodam veritatem, et post hec sicut vobis exinde veritas constiterit premissorum vestris in literis nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Dewa, die dominico proximo ante festum beate Margarethe virginis et martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetiye az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 29429. Közli: Kovács N.

---

306.

*1356. Visegrád, jul. 10. Szécsi Miklós országbíró az egri káptalannak meghagyja, hogy Bátori Bereczk fia Miklós és Lökös fia Péter Bereczk unokája s Benedek fia Pouch közt megejtett osztály alkalmával, Ábrány nevű birtokban Pouchnak jutott peres földrész iránt, újból vizsgálatot teljesítsen.*

. . . capitulo ecclesie Agriensis . . . comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . . declaramus, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium, Egidius filius Erne de Mark, pro parte magistrorum Nicolai filii Briccii et Petri filii Leukus filii eiusdem Briccii de Batur actorum, item Nicolaus de Tordas, pro parte Pouch filii Benedicti in causam attracti homines regii, presentibus testimoniis vestris in octavis festi Penthecostis proxime preteritis, ad faciem possessionis Abram vocate accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus



presentibus privilegioque domini nostri condam palatini modo iudiciario conspectui presentato, per ipsum Pouch vel suum legitimum procuratorem inibi in specie exhibendo, quandam possessionariam porcionem eiusdem Pouch in forma divisionis per eosdem magistros Nicolaum et Petrum ac alios fratres ipsorum sibi datam et collatam, iuxta continenciam preexhibitarum literarum privilegialium reambulare reambulataque hoc, si quidam locus in quo arbores fructiferas ipsi magistri Nicolaus et Petrus per ipsum Pouch succisas et extirpatas fore retulerant, in loco communi territorii eiusdem possessionis Abraam existeret, vel inibi nemus fuisset et in loco sessionali eiusdem Pouch, eidem iuxta premissarum literarum privilegialium ipsius domini palatini cesso, esset vel existeret et sic pro sessionum ampliacione et augmentacione iobagionum suorum, idem nemus dictus Pouch extirpasset et eradicasset (pro) ut plenius et prolixius in eisdem prioribus literis nostris declaratur . . conscienciose . . conspicere debuissent, et post hec tocius facti seriem, prout expediens . . fieret, ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste tunc proxime affuturas regie maiestati . . rescribere debuissetis. Denique ipsis octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste occurrentibus, predictus magister Nicolaus filius Briccii pro se personaliter, pro ipso autem magistro Petro Andreas de Pelis . . ab una, et idem Pouch personaliter parte ex altera ad nostram accedens presenciam, literas vestras super premissis regie excellencie rescriptas, nobis presentarunt inter cetera declarantes, quod vos . . cum prenotatis Egidio de Mark et Nicolao de Tordas hominibus regis, vestros homines . . dominum Thomam presbyterum chori vestri pro parte memoratorum Nicolai filii Briccii et Petri filii Leukus magistrorum actorum, item magistrum Nicolaum literatum, Dorffy (. . .) dictum, subnotarium vestrum, pro parte ipsius Pouch filii Benedicti ad causam attracti, transmisissetis pro testimoniis ad premissa exequenda, qui quidem . . retulissent isto modo, quod ipsi in dictis octavis festi Penthecostis iam preteritis accessissent ad facies possessionis Abraam supradicte, et licet ipsi cum eisdem hominibus regis in facie dicte possessionis comparentes, iuxta adiudicacionem nostram . . ac etiam continenciam preallegati privilegii eiusdem domini Nicolai palatini bone memorie, per prefatum Pouch filium Benedicti in specie

inibi exhibiti, omnia premissa . . suo modo perficere presto fuissent . . tamen quia propter mocionem presentis exercitus regalis, absentibus magistro Petro filio Leukus, Ladislao et Georgio filiis Johannis filii eiusdem Briccii, nec non vicinis et commetaneis pretaxate possessionis Abraam, qui contra indifferentes in eodem exercitu regio pro tunc fore dicerentur, in facto dictarum reambulacionis, revisionis ac intuicionis nemorum et arborum fructificancium bono modo procedere nequivissent, ideo ipsi abinde ad vos reversi fuissent sine perfeccione aliquali . . Quarum literarum exhibicionibus factis, ipse partes super premissis iusticie complementum per nos impertiri postularunt; verum quia premissa omnia inter ipsas partes iuxta seriem vestre adiudicacionis ac seriem prescriptarum vestrarum literarum fienda, propter absenciam predictorum Petri filii Leukus Ladislai et Georgii filiorum Johannis, nec non aliorum vicinorum et commetaneorum ipsarum parcium, ex serie predictarum literarum (. . . . .) reperiebamus (. . . . .) premissa homines regii et vestra testimonia (. . . . .) nobis transmitti debere videbatur, ideo vestram amiciciam . . requirimus . . quatenus vestros mittatis homines pro utrisque partibus pro testimonio fidedignos, quibus presentibus Paulus de Kudey vel Petrus filius Nicolai de Mogh aut Michael filius alterius Nicolai de Bagach seu Egidius filius Erne de Mark pro parte eorundem magistrorum Nicolai et Petri actorum, item Jacobus filius Deseu de Chaba vel Nicolaus de Tordas sive Gregorius filius Thome seu Stephanus filius Adriani pro parte eiusdem Pouch in causam attracti aliis absentibus homines regii, in octavis festi Omnium Sanctorum nunc venturis ad faciem predictae possessionis Abram vocate, vice iterata accedendo predictoque privilegio ipsius domini Nicolai palatini per ipsum Pouch . . inibi in specie exhibito premissam possessionariam porcionem eiusdem Pouch in forma premissae divisionis sibi per eosdem magistros Nicolaum et Petrum ac alios fratres ipsorum, ut premittitur . . collatam, iuxta continenciam preexhibitarum literarum privilegialium reambularent, reambulatoque hoc, si ipse locus, in quo arbores fructiferas ipsi magistri Nicolaus et Petrus per ipsum Pouch succisas et extirpatas fore referunt in loco communi territorii eiusdem possessionis Abram extiterint vel inibi nemus fuerit et in loco sessionali eiusdem

Pouch eidem iuxta premissarum literarum privilegialium ipsius domini palatini cesso, extiterint et pro possessionum ampliacione et augmentacione iobagionum suorum ipsum nemus dictus Pouch extirpaverit et eradicaverit . . conscienciose . . conspiceant et post hec tocius facti seriem . . ad quindenas residencie exercitus regii nunc proxime moti (. . . . .) rescribatis maiestati. Datum in Vissegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30663 Közli: Kovács N.

---

307.

*1356. jul. 22. A pécsi káptalan előtt, Körtevényesi István fia Jakab vallja, hogy a körtevényesi patakon levő malomhelyen malmot épített, melynek negyed részét fivérének Bakó fának Istvánnak engedte át.*

Nos capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Jacobus filius Stephani de Kurthueles, ad nostram personaliter accedendo presenciam extitit confessus . . quod licet ipse in quodam loco molendini in rivulo eiusdem ville habito, a pluribus temporibus edificiis destituto, suis laboribus et expensis molendinum preparari fecerit, tamen quia Stephanus filius Bakou fratris sui carnalis, in ipso loco molendini iusto titulo porcionem habuisset et haberet, ideo ipse quartam partem eiusdem molendini cum suis utilitatibus eidem Stephano filio Bakou restituisset . . perpetuo per eundem possidendam . . preterea pro quodam debito, quo eidem Stephano teneretur, assumpsisset sibi dare mediam marcam in octavis festi Omnium Sanctorum nunc venturis, penam dupli incurreret, si ipsum terminum in solvendo obmitteret . . Datum in festo beate Marie Magdalene, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1711. 13. dipl. oszt. 4624. Közli: Kovács N.

---

## 308.

1356. Gömör, jul. 25. Gömör vármegye alispánja és szolgabirái, Derecki Bebek Istvánt és Györgyöt, Szkárosi Miklós fia László Strázsa máskép Dornómelleke nevű birtokának elfoglalásától intetik.

Nos magister Johannes filius Kemen vice magistri Konya comes comitatus Gumuriensis et indices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum Nicolaus filius Johannis de Sarufalva mediante sigillo nostro, ad petitionem magistri Ladislai filii Nicolai de Scarus, infrascriptam prohibitionem faciendam, pro homine nostro deputatus fuerat, ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse feria tertia proxima ante festum beati Jacobi apostoli ad faciem possessionis eiusdem magistri Ladislai Straza et aliter Dornomelleke vocate accedendo, magistros Stephanum et Georgium dictos Bebek de Deresk, necnon iobagiones suos de eodem publica et manifeste ab usufructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem supradicte possessionis percceptione prohibuisset, iusticia provincie requirente. Datum in villa Gumur, feria secunda scilicet in die festi beati Jacobi apostoli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán két pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzéumban a Hanvay ca. Itárában.

## 309.

1356. aug. 1. A kolosmonostori convent Domokos alvajdának jelenti, hogy Recsey Lőrincz fia János s Kamarási Kalacs és Bálint nejeik között, Recse, Bäre és Zengel nevű birtokokban osztályt nem tehetett.

. . Dominico vicevoivode Transsilvano conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra . . Noveritis nos literas vestras recepisse in hec verba . . conventui ecclesie beate Marie virginis de Clusmunustra . . Dominicus vicevoivoda Transsilvanus . . quod cum iuxta continenciam literarum prorogatoriarum nobilis viri Stephani quondam vicevoivode . . Johannes filius Laurencii de Reche, contra nobiles dominas consortes Kalach et Valentini de Kamaras filias videlicet . J . hannis dicti Chente in

octavis festi Penthecostis proxime preteritis peremptorie responsurus, super facto videlicet satisfaccionis possessionariarum porcionum ipsarum in possessionibus Bare et Zengel unacum domina ava earundem dominarum datis, ipsis (p . . . .) divisionali tangencium, ac super facto quarte filialis . . matris ipsarum ipsas in possessionibus Reche maiori et minori item Paluara Kerezur (*igy*) Nok et Tamasteleke vocatis iure naturali tangentes, necnon super factis quarumdam terrarum a patre earundem dominarum relictarum, prout in literis iudicum nobilium comittis de Clus eidem Stephano quondam vice voivode rescripcionalibus vidimus contineri, coram nobis comparere debuisset, tandem ipsis octavis advenientibus licet Michael filius (Ch . pud) in persona eiusdem magistri Johannis filii Laurencii . . astiterit, tamen ad ternam nostram requisicionem contra predictas dominas (. . . .)avit, sed simpliciter ipsam causam prolongari postulabat; et quia in literis memorati Stephani quondam vicevoivode Transsilvani per partes exhibitarum reperiebatur, ut idem magister Johannes filius Laurencii in adquisicionibus ipsarum (. . . . .) superius declaratis, se in nullo contraire indicasset, ideo una cum regni nobilibus in nostra (. . . . .) aria nobiscum consedentibus, taliter decrevimus iudicantes, quod Georgius filius Jacobi de Jara, Gallus filius Both, comes Mark de Zaua et Johannes dictus Bagar de Corpad homines nostri specialiter ad hoc deputati, in die festi beati Jacobi apostoli proxime nunc venturis unacum vestro testimonio . . ad facies dictarum possessionum Zengel et Bare accedendo, vicinis et commetaneis earundem legitime convocatis et ipsis ac aliis probis et nobilibus viris per partes adducendis presentibus. possessionariam porcionem matris earundem nobilium dominarum ipsas in porcione possessionaria ipsius Johannis filii Laurencii in dictis duabus possessionibus Bare et Zengel habita tangentem, metali distincione ab invicem distingendo, idem homines nostri presente vestro testimonio statuatur eisdem dominabus perpetuo possidendam, cum omni plenitudine sui iuris, deinde ad facies possessionum predictarum Reche maioris et minoris accedendo, de quarta filiali nobilis domine matris earundem dominarum ipsas in eisdem possessionibus Reche et ad easdem pertinentibus de iure tangentes, modo premisso satisfaccionem

impendant regni consuetudine requirente, si per quempiam non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui comparuerint, iidem homines nostri sub vestro testimonio, contra easdem nobiles dominas ad nostram citet presenciam ad terminum competentem rationem eorum contradiccionis reddituros, et post hec tocius facti seriem nobis in vestris literis . . . rescribatis. Datum in Sancto Emerico, secundo die octavarum festi Penthecostes predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto. Nos igitur . . . unacum Johanne dicto Bagar de Corpad homine vestro predicto per vos deputato, fratrem Nicolaum sacerdotem de medio nostri pro testimonio transmisimus ad premissa . . . exequenda, tandem ad nos reversi . . . retulerunt, quod ipsi in die festi beati Jacobi apostoli proxime nunc preteriti, videlicet termino per vos assignato, ad facies predictarum possessionum personaliter accessissent, alii vero homines vestri, quos nominatim imposuistis, ipso termino per vos deputato interesse non potuissent; et quia predicti homines vestri alii eciam nobiles adesse non potuissent, ideo propter paucitatem personarum ipsam causam divisionalem, ut superius premissum est, ad congregacionem generalem domini voivode Transsilvani et comitis de Zonuk proxime nunc celebrandam domini vestri, sine omni gravamine birsagii statu priori permanente commisissent, ut idem dominus voivoda Transsilvanus et vos (. . . . . um) partibus predictis dare velit. Datum in octavis festi predicti, anno domini ut supra.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 28,909. Közli: Kovács. N.

---

310.

1356. Treviso, aug. 3. I. Lajos király, Ónod nerű Borsod vármegei birtokot, Beulchi Domokos fiának Zudar Péternek, valamint István, Mihály, Simon, György, János és Imre testvéreinek, új adomány czímén adományozza.

Nos Lodovicus . . . rex . . . significamus . . . quod magister Petrus Zudor dietus, filius Dominici filii Dionisii de Beulch, iuvenis au (. . . . .) ad (. . . . .) in presenciam nostre maiestatis

suas fidelitates et servicia nostre maiestati exhibitas et impensa, proponens et declarans ac in memoriam nostre reducens serenitati, possessionarias porciones quondam Stephani filii Pauli filii Jacobi de Olnad, specialiter predictam possessionem eiusdem Olnad vocatam, in comitatu Borsodiensi existentem, que etiam (. . . . .) raticio priori et tandem empcionis titulo ipsum tangere dinosceretur, asserens predictum Stephanum filium Pauli filii Jacobi sine herede decessisse et ex eo possessiones eiusdem (. . . . .) a regis devolutas extitisse, a nobis sibi, item Stephano, Michaeli, Simoni, Georgio, Johanni et Emerico fratribus suis dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque, qui ex innata re (. . . .) fidelitates et servicia quorumlibet animo metiri debemus pietatis et his, quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt, grata debemus reddere premia meritorum servi (. . . .) meritis dicti magistri Petri, quibus ipse in plerisque nostris et regni nostri negociis et expedicionibus prosperis et adversis summa sollicitudine et votiva animadversione continue lateri nostro adherendo (. . . . .) indesinenter complacere in memoriam reductis, universas possessiones et porciones possessionarias, specialiter prefatam possessionem Olnad vocatam, quondam pretacti Stephani filii Pauli hominis sine herede (. . . . .) ut premittitur, etiam titulo empcionis contingentem, ubique et specialiter in dicto comitatu Borsodiensi existentes, cum omnibus suis . . . pertinenciis . . . sub suis veris metis (. . . . .) quibus ab olim habite extiterant et possesse, eidem magistro Petro dicto Zudor et per eum Stephano, Michaeli, Simoni, Georgio, Johanni et Emerico fratribus suis uterinis ac ipsorum heredibus . . . eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, nove donacionis nostre titulo . . . contulimus perpetuo . . . possidendas . . . salvis iuribus alienis . . . Datum in Trevisyo, in festo invencionis corporis sancti Stephani prothomartyris, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 23. dipl. oszt. 4625. Közli: Kovács N.

## 311.

*1356. aug. 4. I. Lajos király Anych aszonyt, Fonyi Balázs leányát Zudar Péter nejét, atyja birtokaiban fiasítja.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod cum nomine nobilis domine Anyth vocate filie quondam Blasii de Fony supplicatum in eo extitisset nostre maiestati, ut quia . . predictus Blasius de Fony pater suus sine herede sexus masculini decessisset . . ipsam solam relinquendo, ideo ex benignitate regia et gracia speciali predictam dominam, in dicti Blasii de Fony patris sui heredem instituere et universarum possessionum eiusdem nostre collacioni pertinencium successorem sicut filium preficere et creare dignaremur. Nos siquidem ex innata liberalitate regia pro fidelitatibus et magnificis obsequiorum meritis, quibus dictus Blasius de Fony pater domine memorate, olim . . Karolo regi . . in cunctis suis et regni sui negociis variis personarum periculis se submitiendo meruit complacere, ut relatibus fidelium nostrorum innotuit nostre maiestati, volentes nunc in sua persona pro premissis suis obsequiosis meritis predictae nobili domine regio occurrere cum favore et per opportuna subsidia respondere, eandem gracia speciali regia extollendo, licet non ignoremus, quod possessiones eiusdem Blasii, ipso sine herede sexus virilis decedente, ex approbatissima consvetudine regni nostri manibus nostris regis existunt devolute, ne tamen premissa obsequentissima merita dicti Blasii, iamdicto patri nostro regi exhibita, inremunerata maneant et ingrata, et ne bona et possessiones eiusdem Blasii de Fony patris dicte domine, eodem Blasio heredum solacio virilis sexus exorbato, ad manus contingat pertingere alienas, dominam memoratam in universis possessionibus et iuribus possessionariis dicti Blasii patris sui quoquomodo vocitatis et in quibusvis comitatibus constitutis, quondam ipsum contingentibus instituimus, constituimus, preficimus et creavimus verum et legitimum heredem tanquam filium naturalem legitime ex ipsius femore descendente, auctoritate regia et virtute ac gracia speciali possessiones universas supradictas nove nostre donacionis titulo in ipsam dominam suosque heredes cum ple-



nitudine sui iuris transferentes, quam quidem gratiam predictum Blasium patrem ipsius domine et predicta sua filia eciam a . . domino Karolo . . rege . . impetrasse novimus et efficaciter obtinuisse ambo dum vivebant; verum quia eadem domina filia dicti Blasii magistro Petro Zudar castellano de Gyozgyeur fidei nostro et dilecto demum nupta extitit, ideo nos pensatis fidelitatibus et fidelium serviciorum laudedignis meritis dicti magistri Petri, quibus idem omni conaminis sui nisu locis et temporibus opportunis nostre studuit complacere maiestati et se preteritis suis coetaneis reddere graciosum utique et acceptum, intercessibili supplicatione dicte nobilis domine sue consortis . . nos inducente et plenario consensu eiusdem et assensu ad id accedente, pretactas possessiones et possessionarias porciones dicti Blasii de Fony ubilibet habitas et quovis nominis vocabulo vocitatas, sub eisdem utilitatum integritatibus, metis et terminis, quibus eedem per ipsum Blasium habite extiterunt et possesse, sicut pretacte domine sue sic eidem magistro Petro suisque filiis et heredibus . . exclusis omnibus suis fratribus, nove donacionis nostre titulo perpetue . . conferimus ita, ut predicta domina et idem magister Petrus ac sui heredes legitimi ex ea descendentes, non obstante consuetudinaria lege regni nostri, que non nisi filium permittit succedere in hereditatem patriam, tanquam verus heres et filius legitimus dicti Blasii de Fony, ex presenti nostra gracia instituti, constituti et creati in universarum possessionum et possessionariorum iurium dicti Blasii ubique existentium et quoquomodo vocitatorum, necnon cunctarum utilitatum et pertinenciarum earundem dominium merum et sincerum perpetue possidendarum succedant et easdem irrevocabiliter, premisso titulo graciae nostre ipsis facte, possideant pacifice et quiete, salvis iuribus preter dictam gratiam alienis, tali conditione mediante, quod si ipsum magistrum Petrum divino volente iudicio absque heredum solacio ab hac luce decedere contingat, tunc dicta domina consors sua filia ipsius Blasii de Fony, sepredictas possessiones suam usque vitam pacifice possideat et quiete, mortua autem ipsa domina dicte possessiones et quelibet iura possessionaria dicti Blasii in plenum ius, dominium et proprietatem fratrum ipsius magistri Petri uterinorum (. . . . .) devolvantur ex premissa donacionis nostre serie perpetue possi-

«denda et habenda . . Datum per manus . . Nicolai episcopi Zagradiensis aule nostre vicecancellarii . . anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto, pridie nonas Augusti, regni autem nostri anno quinto decimo, venerabilibus \*

A pecsétöredék vörös és zöld selyemsodraton függ. a megerősítő záradék 1364. dec. 17. «pro magistro Petro Zudar» kérésére lett rávezetve; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 604. 32. dipl. oszt. 4627. Közli: Kovács N.

## 312.

1356. Fejértó, aug. 13. Szabolcs vármegye alispánja és szolgabirái bizonyítják, hogy Semjéni Lengyel János fia László azért, hogy Kállai Iván fiának Demeternek egyik szolgáját elfogatta, a négy forintra le szállított birságot megfizette.

Nos magister Briccius de Cantor vicecomes de Zabolch et iudices nobilium de eodem memorie commendantes, quod magister Ladislaus filius Johannis dicti Lengel de Semien in quibus iudiciis (tgy) birsagiorum, videlicet in iudicio pacis, quam habuit super captivacione Andree servientis magistri Demetrii filii Iwan de Kallo, ac aliis iniuriis cum eodem Demetrio habebat, easdem gravamina iudiciorum in quatuor florenis duximus relaxandum et easdem quatuor florenos nobis persolvit, ut debebat, et est expeditus tenore presencium mediante. Datum in Feyrtho, sabbato proximo ante festum Assumcionis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján három gyűrűs pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Kállay ca. ltárában.

## 313.

1356. sept. 20. Körös vármegye főispánja előtt, Vlkoy fia Salamon, körösi nemes várjobbágy, nejjével együtt, Kemnichyche és egyéb körös-vármegyei birtokait, János fiának Dénesnek eladja.

Nos Paulus magnus comes Crisiensis et castellanus de minori Kemluk, ac Nicolaus filius Demetrii comes terrestris

\* Következnek az egyház és országnagyok nevei l. Fejér Gy. i. h. IX. 2. 480, 481. ll. azzal a különbséggel, hogy az erdélyi püspöki szék ekkor már üresedésben volt.

Crisiensis . . declaramus, quod Salamone filio Wlkowy nobile iobagine castrensis (*igy*) Crisiensis de Kemnychyche una cum domina consorte sua Berus vocata ab una, nec non magistro Dionisio filio Johannis filii Johannis filii Ink parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, idem Salamon filius Wlkowy confessus extitit . . quod quia ipse divinitus masculo heredum solacio undique esset destitutus, et etate senectutis et caniciei aggravatur, senciens se absque subsidio humano seu sustentamento boni commodo statum et exitum sue vite non bene constare, obhoc ipse providendo universas possessiones et possessionarias porciones suas in eadem Kemnichyche et alias ubilibet in dicto comitatu Crisiensi existentes et habitas, ipsum contingentes cum quibuslibet earum utilitatibus . . in facie earumdem existentibus . . necnon eadem domina Berus consors sua dotem et res parafernales suas de eisdem legitime sibi provenientes, ratione previa, tum ex sagaci et provida cura eiusdem magistri Dionisii sibi indefense (*igy*) et absque intervallo exhibita et in posterum exhibenda, tum sincere sue mentis ex affectu, atque pro viginti marcis denariorum promtorum ab eodem plene habitis et receptis, prefato magistro Dionisio filio Johannis et per eum suis heredibus . . vendidisset et tradidisset perpetuo . . possidendas . . ita videlicet, quod idem magister Dionisius, ut assumsit, vel sui successores ipsum et dominam consortem suam usque vitam eorumdem in dictis possessionibus . . conservare teneretur, salva tamen et excepta in eisdem quarta parte puellari filiarum suarum Katherina et Anthola vocatarum, quam ipsis sub tutela et tuicione ac conservacione eiusdem magistri Dionisii locando pure reservasset. Datum feria tertia proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L-mo sexto.

Hártyán rózsaszínű selyemzsinóron függött két pecsét nyomával; eredetije a gr. Draskovics cs. ltárában 22. 11.

## 314.

1356. Visegrád, sept. 26. Szécsi Miklós országbíró Felső- és Alsó-Orbova nevű possegvármegyei birtokokat, Dobouchi Gyurka Istrán fia Istrán ellenében, Velikei Beke fiainak és Velikei Miklós fiának Lászlónak, meg Simon fiának Jánosnak ítéli.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod cum Ladislaus filius Beke de Velyke Stephanum filium Stephani dicti Gyurka de Dobouch ob contradictoriam inhibitionem stationis possessionum superioris et inferioris Orbova vocatarum in comitatu de Posega existencium per Martinum de Scythnyk hominem regium, presente testimonio capituli ecclesie de Posega ad literatorium regium mandatum per idem capitulum in testimonium dato, ad octavas festi beati Martini confessoris in anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto transactas contra se in regiam et in persona ipsius regie maiestatis in nostram presenciam in causam attraxisset, et ab eisdem octavis ipsa causa diversis prorogacionum cautelis intervenientibus de earundem parcium voluntate, ad octavas festi Penthecostes proxime tunc venturas, iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ad pacem referendam vel ad peremptoriam responsionem faciendam extitisset prorogata, tandem ipsis octavis advénientibus Georgius filius Petri . . pro prescripto Ladislao filio Beke domino suo ab una, item Nicolaus filius Iwanka pro ipso Stephano filio Stephani . . parte ab altera, ad nostram iudiciariam venientes presenciam, quasdam literas memorati capituli de Posaga patentes, feria tertia proxima post festum sancte Trinitatis proxime nunc preteritum emanatas, nobis presentarant, in quibus habebatur, quod Stephanus filius Stephani dicti Cymba de Dobouch ab una parte, Ladislaus filius Beke filii Thome de Velyke ex altera, coram predicto capitulo de Posaga personaliter constituti propositum extitisset per eosdem . . quod ipsi super facto quarumdam possessionum Felsew Orbova et Alsow Orbova vocatarum in comitatu de predicta Posega existencium, racione quarum primo predecessores et fratres ipsius scilicet Stephani, cum predecessoribus predicti

Ladislai et fratrum suorum ac per consequens ipse videlicet Stephanus cum eodem Ladislao filio Beke diucius litem . . habuissent et in facto cuius scilicet litis . . inter ipsos Stephanum videlicet et Ladislaum, ut premissum esset, habite, nos concordandi licenciam ipsis concessimus specialem, unacum eodem Ladislao filio Beke, iuxta arbitrariam compositionem . . proborum virorum plenarie concordassent tali modo, quod idem Stephanus filius Stephani prescriptas possessiones Felsew et Alsow Orboua vocatas, cum omnibus . . pertinenciis earum eo, quod ipsas contra iusticiam se non posse ulterius conservare, cognovisset, et ex hoc gravamen non modicum sibi imminere formidasset, sepedicto Ladislao, Nicolao et Thome filiis predicti Beke, Ladislao filio Nicolai filii predicti Thome et Jobanni filio Simonis de prescripta Velyke fratribus suis personaliter anno predicto capitulo de Posaga adherentibus . . resignasset tamquam ius eorum proprium, iuxta seriem et continenciam litteralium instrumentorum eorundem in heredum per heredes iure perpetuo . . possidendas . . universas eciam literas, tam ipsius capituli de Posaga quam eciam alterius cuiuslibet capituli vel conventus, regias et reginales ac quorumlibet iusticiariorum regni . . super facto predictarum possessionum Felsew et Alsow Orboua vocatarum . . usque tunc, sive usque datam earundem litterarum capituli de Posaga emanatas . . idem Stephanus filius Stephani cassas reddidisset . . e conservo autem iidem videlicet Ladislaus, Nicolaus et Thomas filii Beke, Ladislaus filius Nicolai ac Johannes filius Simonis, ut premittitur, coram ipso capitulo de Posaga personaliter astando, eundem Stephanum filium Stephani super conservacione . . earundem possessionum Felsew et Alsow Orboua vocatarum usque tunc indebite facta, quantum ex parte ipsorum ad plenum reddidissent expeditum et penitus absolutum. Quarum quidem litterarum exhibicionibus factis, cum nos predictos procuratores prefatarum parcium in eo, si eodem partes premissam compositionem et ordinacionem ac possessionariam resignacionem modo premissa inter easdem, iuxta continenciam predictarum litterarum capituli de Posaga, in facto dictarum possessionum factam . . conservare, vel in aliquo eidem composicioni et possessionarie resignacioni contradicere velint aut ne, trinario numero, prout nostro incumbit officio,

requisitos habuissemus, iidem procuratores ipsarum parcium premissam concordiam in facto prescriptarum possessionum secundum seriem pretactarum literarum capituli de Posaga modo premissa habitam . . . perpetuo conservare et in nullo retractare velle affirmarant, pluries coram nobis replicando; et quia prescriptus procurator iamdicti Ladislai eundem Ladislaum ac alios predictos fratres suos in dominium preallegatarum possessionum legitime per hominem regium introduci postulabat, igitur unacum baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus commisimus eo modo, quod Petrus filius Johannis de Bagyun vel Martinus filius Nicolai de Devecher ianitores domini nostri regis, aut Johannes filius Pauli de Abhostyan aliis absentibus homo regius de curia regia ad hoc specialiter transmissus, presente testimonio predicti capituli ecclesie de Posaga, quod per ipsum capitulum ad id . . . transmitti postulamus, ad facies predictarum possessionum Felsew Orboua et Alsow Orboua vocatarum . . . accedendo, easdem per veras suas metas et antiquas . . . reambularet, rambulatasque . . . predictis Ladislao, Nicolao et Thome filiis Beke, Ladislao filio Nicolai filii prefati Thome et Johanni filio Simonis de predicta Velyke iuxta seriem et continenciam prescriptarum literarum capituli de Posaga eo iure, prout eis pertinere dinoscuntur statueret perpetuo . . . possidendas . . . contradiccione ipsius Stephani filii Stephani et aliorum quorumlibet, eo quod in tam longinqua litis ventilacione ipsis partibus nullius alterius contradiccio obviaret, non obstante; si qui autem aliquid iuris se habere sperarent in eisdem, ab ipsis Ladislao, Nicolao et Thoma filiis Beke, Ladislao filio Nicolai et Johanne filio Simonis legitime exequerentur, dum vellent, ordine iuris observato; et post hec premissorum . . . seriem . . . ad octavas festi Nativitatis virginis gloriose tunc proxime venturas in literis predicti capituli de Posega per ipsum Ladislaum filium Beke et alios prenotatos nobis volueramus reportari. Iphis itaque octavis festi Nativitatis beate virginis advenientibus prefatus Georgius filius Petri pro eodem Ladislao filio Beke . . . ad nostrum iudicarium veniendo conspectum, literas memorati capituli ecclesie de Posaga super premissis responsionales nobis curavit exhibere, in quibus comperimus haberi manifeste, quod ipsum capitulum de Posega . . .

cum prenominate Petro filio Johannis de Bagyun homine domini nostri regis . . unum ex ipsis . . Lukam custodem ecclesie ipsorum ad exequendum premissa pro testimonio transmississent, qui postmodum . . retulissent, quod idem Petrus homo dicti domini nostri regis, presente prefato testimonio ipsius capituli de Posaga, sabbato, in festo beati Apollinaris episcopi et martyris proxime preterito, ad facies prefatarum possessionum Felsew Orboua et Alsow Orboua vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem . . reambulando et ab aliorum possessionibus seu possessionariis iuribus separando . . cum omnibus . . pertinentiis earum . . prenominate Ladislao, Nicolao et Thome filiis Beke, Ladislao filio Nicolai et Johanni filio Simonis de predicta Velyke secundum seriem prescriptarum priorum literarum ipsius capituli de Posaga et continenciam literalium instrumentorum eorundem eo iure, quo eis pertinere dinoscerentur statuisset perpetuo possidendas . . contradiccione prelibati Stephani filii Stephani et quorumlibet aliorum non obstante. Verum quia predictae possessiones Felsew Orboua et Alsow Orboua vocate, vicinis et commetaneis earundem legitime convocatis et presentibus, per prescriptos homines regium et capituli ecclesie de Posaga iuxta formam nostre commisionis iudicarie eisdem Ladislao, Nicolao et Thome filiis Beke, Ladislao filio Nicolai et Johanni filio Simonis de predicta Velyke, secundum seriem prescriptarum priorum literarum nostrarum et eiusdem capituli de Posaga, contradiccione quorumlibet non obstante, statuite fuisse ex serie prefatarum literarum capituli ecclesie de Posaga rescripcionalium manifeste reperiabamus, ideo unacum baronibus et regni nobilibus tribunal iudicarium nobiscum assedentibus, prelibatas possessiones Felsew Orboua et Alsow Orboua vocatas, cum omnibus earum utilitatibus sepedictis Ladislao, Nicolao et Thome filiis Beke, Ladislao filio Nicolai et Johanni filio Simonis eo iure, quo ipsis vigore et virtute preexhibitorum instrumentorum ipsorum pertinere dinoscuntur . . reliquimus nostra iudicaria potestate perpetuo . . possidendas, salvis iuribus alienis . . Datum in Wyassegrad, duodecimo die octavarum festi Nativitatis virginis gloriose predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

A pozsegi káptalannak 1371. máj. 17-én kelt átiratából, melynek eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1509. 34. dipl. oszt. 33606. őrizték. Közli: Kovács N.

## 315.

*1356. oct. 6. A kolozsmonostori convent előtt, Gerő fia János, Bedech nevű biharvármegyei birtokát, Monostori Jakab fiának Istvánnak négy márkéért zálogba adja.*

Nos conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra memorie commendamus, quod Johanne filio Gereu ab una, magistro Stephano filio Jacobi de Monustur parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per eundem Johannem filium Gereu . . quod urgentibus plurimis necessitatibus suis evitandis porcionem suam possessionariam in possessione videlicet Bedech habitam, in comitatu Bihoriensi existentem, cum omnibus utilitatibus suis universis a die datarum presencium usque octavas diei Medii Quadragesime proxime venturas eidem magistro Stephano filio Jacobi pro quatuor marcis, marcam quamlibet quinquaginta grossis computando, pignori obligasset et obligavit coram nobis, si vero terminum pertransiret in solvendo, duplum pretacte pecunie incururus. Datum in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L-mo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. dipl. oszt. 28071. Közli: Kovács N.

## 316.

*1356. Visegrád, oct. 13. Szécsi Miklós országbíró, a pesti polgárok s a margitszigeti apácák közt Kuert nevű birtok iránt folyt perben, halasztást ad.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam, quam cives et hospites civitatis Pestiensis, pro quibus Jacobus filius Petermani concivis ipsorum . . contra . . sanctioniales de Insula Leporum, pro quibus frater Blasius . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in



octavis festi beati Michaelis archangeli in facto contradiccionis statucionis et metarum ereccionis possessionis Kuert vocate movere habebant coram nobis, de parciū procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas duximus prorogandam eo modo, ut quandocumque ipse partes usque ipsas octavas festi beati Georgii martyris possent, probos et nobiles viros ad faciem predictę possessionis Kuerd vocate communiter adducerent, et quicquid iidem probi et nobiles viri . . coram . . Cyko magistro tavernicorum reginalium per reginalem excellenciam ad id specialiter destinato, ac eciam presentibus Andrea de Harkyan ac Dionisio fratre Bodoch vel Jacobo dicto Bogar de Vecherth sive Nicolao filio Cosme de Bilye vel Beke de Tete, pro parte predictorum civium et hospitum actorum, item Johanne de D (. . . . .) sive altero Johanne dicto Ordas seu Jacobo filio Tyba, pro parte prefatarum religiosarum dominarum in causam attractarum, aliis absentibus, hominibus regis et testimoniis capituli ecclesie Budensis . . visis instrumentis ipsarum parciū per ipsas partes vel earum legitimos procuratores in facie dicte possessionis Kuerd vocate in specie exhibendis, in facto ereccionis metarum inter ipsas partes contenciosarum conscienciose . . arbitrantur, hoc ambe partes acceptare tenerentur, seriemque ipsius arbitrii partes prenotate ad dictas octavas festi beati Georgii martyris in literis prefati capituli Budensis nobis assumserunt apportare. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Poson. dipl. oszt. 4629. Közli: Kovács N.

## 317.

1356. Visegrad, oct. 21. Szécsi Miklós országbíró, Patouch leányának Erzsébetnek Patai István özvegyének, a király s királyné előtt előterjesztett azon panazsa felett, hogy leánya Margit és veje Peturman fia István, hontmegyei Terény nevű birtok egy részét beleegyezése nélkül Terényi Márkus fiainak eladták s hogy erről a ségi prépost és conventje hamis bizonyáglevelet adott ki, ítéletet hoz.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . significamus . . quod nobilis domina Elizabeth vocata filia Patouch, relicta

videlicet Iwan de Ptachar (*igy*) personaliter, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Strigoniensis evocatoriarum, in octavis festi beati Michaelis archangeli ad nostram accedendo presentiam contra . . Stephanum prepositum de Saagh et suum conventum, nec non Michaellem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus ac Stephanum filium Peturmani, easdem literas evocatorias formam et tenorem literarum regalium de verbo ad verbum in se continentes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem contineri, nobis presentavit, in quibus comperimus haberi manifeste, quod dicto domino nostro regi et domine regine genitrici sue, domina Elizabeth filia Patouch scilicet relicta Iwan de Pthachay (*igy*) suo, Michaelis ac Stephani filiorum suorum nominibus . . dixisset, quod Stephanus filius Peturmani gener suus et domina Margyth filia sua consors eiusdem Stephani, possessionariam suam porcionem et dictorum Michaelis et Stephani filiorum suorum, in possessione Tyrien habitam, in comitatu Huntensi existentem, Michaeli, Stephano, Alberto et Georgio filiis Markus de eadem Terien coram . . Stephano preposito de Saagh et suo conventu astando, absque sua et dictorum filiorum suorum permissione, pro viginti et una marcis denariorum perpetuo vendidissent, ipsique . . Stephanus prepositus et suus conventus contra legitimas prohibiciones suas et eorundem filiorum suorum, super prefata possessionaria vendicione literas eorum prefatis filiis Markus fraudulenter et nequiciose extradidissent . . Dicerent eciam iidem . . Stephanus prepositus et eius conventus, ut si eadem domina et sui filii ac dictus Stephanus gener suus et Margith filia sua, dictas viginti et unam marcas denariorum in tribus terminis infrascriptis, videlicet septem marcas duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli et septem marcas in octavis festi Omnium Sanctorum, ac septem marcas in octavis festi Epiphaniarum domini, tunc proxime post se se affuturis, coram eisdem Stephano preposito et suo conventu persolvendas, in aliquo predictorum trium terminorum premissam pecuniam non reciperent, extunc semper in triginta marcis denariorum convincerentur eo facto. Quare ipse dominus noster rex, eidem capitulo Strigoniensi literatorie scribendo . . mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus filius Lyp-

tou de Palasth vel Johannes filius Petri de Teryen altero absente homo suus regius evocaret predictos . . Stephanum prepositum et suum conventum ac Michaelem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus et Stephanum filium Peturmani cum omnibus suis instrumentis, contra prefatam dominam Elisabeth ac Michaelem et Stephanum filios eiusdem domine in ipsius domini nostri regis presenciam, ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas, rationem de premissis reddituros, et post hec . . dicto domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Strigoniense prenotatum. Ipsum igitur capitulum ecclesie Strigoniensis . . unacum Petro filio Johannis (*igy*) homine dicti domini nostri regis predicto, Lukasiun presbyterum ecclesie ipsorum prebendarium hominem ipsorum pro testimonio duxissent ad premissa exsequenda transmittendum, quibus tandem ad idem capitulum reversis, idem homo regius . . retulisset in hunc modum, quod ipse in festo beati Bartholomei apostoli proxime tunc preterito in facie possessionis Saagh prefatos . . Stephanum prepositum de eadem Saagh et suum conventum, item in facie possessionis Tyrien Michaelem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus ac Stephanum filium Peturmani cum omnibus suis instrumentis, contra predictam dominam Elisabeth, Michaelem et Stephanum filios eiusdem domine ad predictas octavas festi beati Michaelis archangeli in ipsius regalis maiestatis presenciam evocasset, rationem, ut premittitur, de premissis reddituros, quod et sic fore factum idem homo ipsius capituli consequenter affirmasset. Quibus auditis et perceptis predictus Stephanus et Michael filii Markus ac Stephanus filius Peturmani presente Blasio filio Cosme pro eodem preposito et conventu cum procuratoriis literis eorundem astante personaliter exurgendo, primo et principaliter iidem Stephanus et

l allegarunt eo modo, quod ipse Stephanus filius Petur-  
re prenotata . . Elisabeth socrus sua quandam possessio-  
porcionem eorum in dicta Teryen habitam, ipsis videlicet  
no et Michaeli vendidissent et super hoc literas haberent  
s, et ibidem ac in instanti quasdam duas literas preno-  
Stephani prepositi et conventus de Saagh, unam sabbato  
o post festum Divisionis apostolorum et aliam in festo  
tephani regis et confessoris anno in presenti confectas

nobis curarunt exhibere, in quarum unius tenore comperimus haberi seriose, quod eadem domina Elizabeth filia Patouch filii Pele nobilis de Teryen et Stephanus filius Peturmani sponsus eiusdem domine, parte ab una, item Stephanus et Michael filii Markus, nobiles de eadem, parte ab altera, coram ipsis preposito et conventu personaliter constituti, per eandem . . Elizabeth et predictum Stephanum filium Peturman propositum extitisset . . quod quia ob eorum inopiam in predicta possessione ipsorum descendere et manere non possent, ideo ipsam possessionem cum omnibus suis . . pertinentiis vendidissent . . predictis Stephano et Michaeli filiis Markus et ipsorum heredibus . . pro viginti una marcis, scilicet quamlibet marcam quatuor florenis computando, perpetuo . . possidendam . . coram conventu de Saagh prenotato, ita tamen, quod ipsam pecuniam in tribus terminis infrascriptis solvere deberent, videlicet duodecimo die festi octavarum beati Jacobi apostoli septem marcas, in octavis festi Omnium Sanctorum septem, in octavis festi Epiphaniarum tunc proxime venturis similiter septem sine crastinacione solvere tenerentur coram preposito et conventu de Saagh prenotatis, et si quem terminum obmitterent insolutum, extunc cum duplo solvere tenerentur, obligantes se ipsos predicta domina Elizabeth et Stephanus filius Peturman antedictus, quod in primo termino ipsius solucionis filios et filias ipsorum ad maiorem cautelam et stabilitatem perpetuam coram ipso conventu adducerent, qui prefate . . vendicione consensum preberent . . et perpetuarent modo premissis, que si non facerent extunc absque porcione iudicis in viginti una marca numero antedicto convincerentur eo facto, assumentes eciam sepedicti domina et Stephanus filius Peturmani, quod omnia literalia instrumenta ipsorum, super annotata possessione Teryen confecta, similiter in primo termino ipsius solucionis coram ipsis preposito et conventu in manus filiorum Markus . . assignarent, quod si non facerent . . extunc casse . . essent . . In continencia autem aliarum literarum eiusdem prepositi et conventus manifeste adinveniebatur, quod predicto duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli adveniente, predicti filii Markus coram ipso preposito et conventu de Saagh predictas septem marcas persolvissent, sed quia prefata domina Elisabeth et Stephanus filius Peturmani antedictus pre-

dicto termino adveniente non venissent neque aliquem pro se ipsis misissent, item filios et filias ipsorum, prout assumsissent, non adduxissent, insuper nec literalia instrumenta ipsorum, prout in ipso termino in manus filiorum Markus dare et assignare se obligassent, non . . assignassent, unde sepedicti filii Markus ipsas septem marcas reliquissent . . in custodia et sacristia prepositi et conventus predictorum. Quibus quidem literis exhibitis continenciisque earumdem perceptis, prenotatus Stephanus filius Peturmani allegavit eo modo, quod hoc bene verum esset, quod ipse prenotatam possessionariam porcionem in ipsa possessione Teryen habitam, prout potuit, modo pretacto ipsis Stephano et Michaeli vendidisset, quam tamen possessionem eadem nobilis domina filia Patouch, non solum sibi, sed domine coniugi sue, filie videlicet eiusdem domine et sibi simul . . tradidisset, et super hoc efficacia haberet instrumenta, que in instanti posset exhibere, et ibidem ac in instanti quasdam duas literas privilegiales, unam predictorum Stephani prepositi et conventus de Saagh, sabbato proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto et aliam nostram modum et formam iudicii nostri exprimentes, hic in Wysegrad, duodecimo die octavarum diei Cinerum proxime preterito confectas nobis presentavit, in quarum unius videlicet eiusdem prepositi et conventus litere tenore comperimus, haberi manifeste, quod eadem nobilis domina Elizabeth filia Patouch filii Pele nobilis de Teryen parte ab una, ab altera vero Stephanus filius Peturmani unacum domina Chala et alia nomine Margareta consorte sua, filia videlicet predictae domine Elizabeth, coram eisdem preposito et conventu de Saagh personaliter constituti, eadem domina Elizabeth . . confessa fuisset . . ut quia Stephanum filium Peturmani predictum in filium adoptivum adhuc diu assumsisset et filiam suam sibi legitime tradidisset, ideo possessionem suam hereditariam Teryen vocatam scilicet predictam ipsam contingentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub metis predecessorum suorum, Stephano filio Peturmani . . sponso et filie sue predictae et suis heredibus . . contulisset, iure hereditario perpetuo possidendam, pacifice tenendam . . coram preposito et conventu pluries memoratis. In alterius scilicet predictae litere nostre privilegialis

continencia inter cetera conspeximus haberi hoc modo, quod eadem domina filia Patouch relicta Iwan cum predictis Michaelae et Stephano filiis Markus de Teryen, super facto cuiusdam possessionarie porcionis in eodem Teryen habite, eundem Patouch, ut dicitur, iure hereditario tangentis, per ipsum Patouch filium Pele nobilem de Teryen Johanni fratri Chortan filii Gyurk dicto de Verbouch genero suo, marito predictae domine et filie sue videlicet predictae domine . . collate, diucius in nostri presencia in lite procedendo, nomine sui iuris in figura nostri iudicii reobtinuisset. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, cum nos memoratam dominam filiam Patouch in eo, utrum ipse Johannes dictus Verbouch, ut dicebatur, prior maritus suus, ex quo predicta domina Margareta, alio nomine Chala vocata, predicto Stephano filio Peturmani matrimoniali federe copulata fuisset procreata, homo possessionatus vel ignobilis sit et fuerit, ac etiam super eo, si forme et tenori preexhibitarum literarum in aliquo obicere velit, vel ne, ut nostro de iure incumbit officio, legitime requisitam habuissemus, tandem eadem domina dictum Johannem priorem maritum suum hominem im possessionatum fuisse in nulloque forme et tenori preexhibitarum literarum ad presens et in futurum obicerè posse et velle allegavit; verum quia prenominatus Patouch filius Pele possessionariam porcionem suam, in eadem Teryen habitam, predicto Johanni homini videlicet ignobili genero suo et eidem domine filie sue donasse intuebatur, demumque prefata domina filia ipsius Patouch eandem possessionariam porcionem per ipsum Patouch patrem suum sibi premisso modo traditam, ab eisdem filiis Markus nomine sui iuris reobtentam, materno affectu cupiens predictam dominam Margaretam filiam suam, predicto Stephano homini ignobili copulatam, nobilitatis honore in evum perfrui ac congaudere, superius dicto Stephano filio Peturmani et eidem domine Margarete filie sue, consorti eiusdem Stephani . . contulisse, nullamque iuris proprietatem in eadem sibi reservasse adinveniebatur, postmodumque predictus Stephanus filius Peturmani et eadem domina filia Patouch eisdem Stephano et Michaeli filiis Markus de eadem Teryen pro premissis viginti et una marcis, quamlibet marcam cum quatuor florenis computando, eandem possessionariam por-

cionem coram dictis preposito et conventu de Saagh vendidisse, ac eadem domina et Stephanus filius Peturmani in primo termino premissæ solutionis filios et filias ipsorum, ut premissæ possessionarie vendicioni consensum preberent . . in dictum conventum de Saagh talimodo adducere assumsisse, ut si in ipso primo termino ad eundem conventum dictos filios et filias eorum non adducerent, tunc absque porcione iudicis in viginti una marcis numero antedicto convincerentur, premissoque primo termino solutionis antedictæ, videlicet duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli adveniente, ad recipiendam dictam pecuniam ad dictum conventum de Saagh predictus Stephanus et eadem domina non venisse, nec filios et filias ipsorum ad perpetuacionem premissæ possessionarie vendicionis, ut assumerant, statuisse reperiebantur, ideo licet ipsa domina in premissis suo obligamine convinci et aggravari . . debuisset, tamen quia eadem domina filia Patouch dictam possessionariam porcionem suam ipsi Stephano genero suo et dicte domine Chala consorti eiusdem Stephani, filie videlicet sue, prius et in antea tradidisse comperiebatur, prefata eciam domina coniux ipsius Stephani, quam scilicet dominam ipsa possessio magis quam dictum maritum suum ad perennem conservacionem attingere dinoscitur, nec ipsam possessionem vendidisse, nec eidem possessionarie vendicioni consensum et assensum prebuisse inveniebatur, racione cuius predicta possessionaria vendicio per ipsum Stephanum, ut premittitur, facta, minime fieri valuisse, omnibus veritatem intuentibus cernebatur, ex eo ipsum Stephanum in premissis suo obligamine, videlicet in medietate predictarum viginti et una marcarum absque nostra porcione iudiciaria aggravari committentes, prefatam possessionem a premissis vendicionis vinculo dissolventes et absolventes, predictæ domine Margarete consorti ipsius Stephani eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere nostra iudiciaria potestate commisimus et reliquimus perpetuo possidendam. Quibus omnibus sic suo modo peractis, prenotatus Blasius filius Cosme, legitimus procurator eorundem prepositi et conventus, eisdem super eo, cur ipsa domina filia Patouch ipsos prepositum et conventum premissas literas eorum iuste, iuxta regni consuetudinem, absque omni vicio emanatas, fraudulenter et nequiciose dedisse retulerit, ex parte eiusdem

domine medelam equitatis per nos impertiri postulavit; unde quia prefatus . . prepositus et conventus de Saagh prelibatas literas eorum super ipsa possessionaria vendicione ad fassionem eiusdem domine et Stephani generi sui, communem iusticiam observando, absque aliquo dolo et fraude eisdem filiis Markus . . emanari fecisse videbatur, prefataque domina fictis frivolisque vocibus procedens, non advertens suum malivolum processum in suum detrimentum atque gravamen redundare, pretactos dominum prepositum et suum conventum, iusticie conservatores, prenotatas literas eorum ipsis filiis Markus fraudulenter et nequiciose dedisse regali maiestati et domine regine genetrici sue dixisse reperiebatur, sicque ipsos . . prepositum et conventum suis dictis illicitis diffamare, decolorare et denigrare toto conamine voluisse videbatur, ideo eandem dominam in emendis homicidiorum predictorum prepositi et conventus commisimus fore convictam et aggravatam tenore presencium mediante . . Datum in Wysegrad sedecimo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 955. 21. dipl. oszt. 4500. Közli: Kovács N.

---

 318.

*1356. oct. 27. A lelezi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn bizonyos fizetés végett Szabolcs, Balsa, Nyiregyháza és Olasz névű birtokokat Miklós fia István részére megbecsültetni akarták, Balázs fia Pál ellent mondott.*

Lodovico . . regi . . Petrus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez . . Literas . . Nicolai de Zeech iudicis curie vestre inter cetera recepimus continentes, quatenus nostrum mitteremus hominem pro testimonio . . quo presente . . homo vestre sublimitatis . . in quindenis festi beati Michaelis archangeli . . ad faciem possessionum Zabolch, Balsa, Nyreghaz ac Olazy vocatarum . . accedens ac . . omnia ea, que in predictis literis . . Nicolai . . iudicis curie vestre per singula specificè continentur . . perageret . . et post hec . . tocius facti seriem . . rescriberemus vestre maiestati, ut tandem vestra regia maiestas



visa et habita ipsa estimacione ad solucionem iurium quarumdam dominarum . . de possessionariis porcionibus Dominici de Zabolch, tantummodo eis de iure pertinere debencium, Thome de Biry faciendam, terminum competentem assignare valeret Stephano filio Nicolai. Nos igitur . . cum Johanne filio Ladislai de Zakul homine vestre serenitatis . . nostrum hominem fratrem Johannem . . transmisimus . . qui . . retulerunt, quod ipsi in quindenis festi beati Michaelis archangeli . . accessissent ad faciem . . possessionis Zabolch, et cum eandem primitus et postmodum residuas tres possessiones prefatas . . presente Stephano filio Nicolai de eadem reambulare, mensurare . . et estimare . . voluissent, tandem Paulus filius Blasii per Stephanum dictum Fynnas officialem suum . . non a reambulacione sed mensuracione . . iamdictarum quatuor possessionum . . fecisset prohiberi . . Datum in vigilia festi beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> sexto.

Zárlatán peccsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay ca. ltárában.

## 319.

*1356. nov. 4. A nyitrai káptalan előtt, Szamárdi Tót Pál fia Bereczk, saját s atyja nevében Jordáni Lénárd fainak megengedi, hogy Jordán nevű vagy más birtokukat elzálogosíthassák.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod Briccius filius magistri Pauli dicti Tot de Zamard pro se personaliter et . . pro eodem magistro Paulo patre suo, ad nostram accedens presenciam fassus extitit, quod filiis Leonardi de Jardan, Nicolao videlicet, Stephano et Johanni annuisset et annuit coram nobis, dictam possessionem eorum Jardan, vel quamcunque aliam a festo Omnium Sanctorum proxime preterito usque festum Epiphaniarum domini nunc affuturum cuicunque vel quibuscunque impignorandi quandocunque ve(. . . . .) liberam auctoritatem. Datum feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 171. 77. dipl. oszt. 4632. Közli: Kovács N.

## 320.

*1356. nov. 4. A zágrábi káptalan előtt, a Ják nemzetségből származó Fioch unokái, Tamás fiai, Balázs és Imre, Welika nevű birtokukat, Pryncholch és Tyborchouch nevű birtokok szomszédságában, alsólendvai Miklós báznak s fainak negyven márkáért eladják.*

Capitulum Zagradiensis ecclesie . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod anno domini M<sup>o</sup> trecentesimo quinquagesimo sexto, feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, Blasius et Emericus filii Thome filii Fioch de genere quondam Jaak pro se personaliter, pro Johanne vero fratre ipsorum uterino absque literis procuratoriis, cuius onus et gravamen . . super se omnino assumendo, in nostri presencia personaliter constituti retulerunt . . quod ipsi propter nimiam necessitatem et paupertatem eos ad presens urgentem se de eadem aliter sublevare non valentes, possessionem ipsorum, ut dixerunt, hereditariam in possessione Welika ipsos contingentem iuxta fluvium Welika in vicinitate possessionum . . Nicolai filii Stephani condam bani Pryncholch et Tyburchouch nominatarum existentem, cum omnibus . . pertinentiis . . quomodocunque vocitatis, eidem domino Nicolao condam bano et magistris Stephano, Francisco, Johanni, Nicolao et Ladislao filiis suis et per eos eorum heredibus . . pro quadraginta marcis bonorum denariorum . . vendiderunt coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . salvo semper iure alieno, omne ius et totale dominium . . in eosdem dominum Nicolaum et filios suos ac ipsorum heredes . . transferendo; ad firmiorem etiam predictae possessionis vendicionis stabilitatem, prefati Blasius et Emericus filii Thome, quedam ipsorum instrumenta factum dicte possessionis tangencia in manus ipsius domini Nicolai et filiorum suorum assignarunt, si qua vero apud se reservassent, frivola fore . . promittentes, tale moderaminis vinculum in se assummentes, quod si ipsi vel dictus Johannes frater ipsorum, vel eorundem heredes . . racione dicte possessionis

octavis festi beati Michaelis archangeli in facto contradiccionis statucionis et metarum ereccionis possessionis Kuert vocate movere habebant coram nobis, de parciū procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas duximus prorogandam eo modo, ut quandocumque ipse partes usque ipsas octavas festi beati Georgii martyris possent, probos et nobiles viros ad faciem predicte possessionis Kuerd vocate communiter adducerent, et quicquid iidem probi et nobiles viri . . coram . . Cyko magistro tavernicorum reginalium per reginalem excellenciam ad id specialiter destinato, ac eciam presentibus Andrea de Harkyan ac Dionisio fratre Bodoeh vel Jacobo dicto Bogar de Vecherth sive Nicolao filio Cosme de Bilye vel Beke de Tete, pro parte predictorum civium et hospitem actorum, item Johanne de D (. . . . .) sive altero Johanne dicto Ordas seu Jacobo filio Tyba, pro parte prefatarum religiosarum dominarum in causam attractarum, aliis absentibus, hominibus regis et testimoniis capituli ecclesie Budensis . . visis instrumentis ipsarum parciū per ipsas partes vel earum legitimos procuratores in facie dicte possessionis Kuerd vocate in specie exhibendis, in facto ereccionis metarum inter ipsas partes contenciosarum conscienciose . . arbitrantur, hoc ambe partes acceptare tenerentur, seriemque ipsius arbitrii partes prenotate ad dictas octavas festi beati Georgii martyris in literis prefati capituli Budensis nobis assumerunt apportare. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Poson. dipl. oszt. 4629. Közli: Kovács N.

## 317.

1356. Visegrad, oct. 21. Szécsi Miklós országbíró, Patouch leányának Erzsébetnek Patai Istrán özvegyének, a király s királyné előtt előterjesztett azon panasza felett, hogy leánya Margit és reje Peturman fia Istrán, hontmegyei Terény nevű birtok egy részét beleegyezése nélkül Terényi Márkus fiainak eladták s hogy erről a ségi prépost és conventje hamis bizonyáslevelet adott ki, ítéletet hoz.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . significamus . . quod nobilis domina Elizabeth vocata filia Patouch, relicta

videlicet Iwan de Ptachar (*igy*) personaliter, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Strigoniensis evocatoriarum, in octavis festi beati Michaelis archangeli ad nostram accedendo presentiam contra . . Stephanum prepositum de Saagh et suum conventum, nec non Michaellem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus ac Stephanum filium Peturmani, easdem literas evocatorias formam et tenorem literarum regalium de verbo ad verbum in se continentes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem contineri, nobis presentavit, in quibus comperimus haberi manifeste, quod dicto domino nostro regi et domine regine genitrici sue, domina Elizabeth filia Patouch scilicet relicta Iwan de Pthachay (*igy*) suo, Michaelis ac Stephani filiorum suorum nominibus . . dixisset, quod Stephanus filius Petarmani gener suus et domina Margyth filia sua consors eiusdem Stephani, possessionariam suam porcionem et dictorum Michaelis et Stephani filiorum suorum, in possessione Tyrien habitam, in comitatu Huntensi existentem, Michaeli, Stephano, Alberto et Georgio filiis Markus de eadem Terien coram . . Stephano preposito de Saagh et suo conventu astando, absque sua et dictorum filiorum suorum permissione, pro viginti et una marcis denariorum perpetuo vendidissent, ipsique . . Stephanus prepositus et suus conventus contra legitimas prohibiciones suas et eorundem filiorum suorum, super prefata possessionaria vendicione literas eorum prefatis filiis Markus fraudulenter et nequiciose extradidissent . . Dicerent eciam iidem . . Stephanus prepositus et eius conventus, ut si eadem domina et sui filii ac dictus Stephanus gener suus et Margith filia sua, dictas viginti et unam marcas denariorum in tribus terminis infrascriptis, videlicet septem marcas duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli et septem marcas in octavis festi Omnium Sanctorum, ac septem marcas in octavis festi Epiphaniarum domini, tunc proxime post se se affuturis, coram eisdem Stephano preposito et suo conventu persolvendas, in aliquo predictorum trium terminorum premissam pecuniam non reciperent, extunc semper in triginta marcis denariorum convincerentur eo facto. Quare ipse dominus noster rex, eidem capitulo Strigoniensi literatorie scribendo . . mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus filius Lyp-

tou de Palasth vel Johannes filius Petri de Teryen altero absente homo suus regius evocaret predictos . . Stephanum prepositum et suum conventum ac Michaelem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus et Stephanum filium Peturmani cum omnibus suis instrumentis, contra prefatam dominam Elisabeth ac Michaelem et Stephanum filios eiusdem domine in ipsius domini nostri regis presenciam, ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas, racionem de premissis reddituros, et post hec . . dicto domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Strigoniense prenotatum. Ipsum igitur capitulum ecclesie Strigoniensis . . unacum Petro filio Johannis (*igy*) homine dicti domini nostri regis predicto, Lukasiun presbyterum ecclesie ipsorum prebendarium hominem ipsorum pro testimonio duxissent ad premissa exsequenda transmittendum, quibus tandem ad idem capitulum reversis, idem homo regius . . retulisset in hunc modum, quod ipse in festo beati Bartholomei apostoli proxime tunc preterito in facie possessionis Saagh prefatos . . Stephanum prepositum de eadem Saagh et suum conventum, item in facie possessionis Tyrien Michaelem, Stephanum, Albertum et Georgium filios Markus ac Stephanum filium Peturmani cum omnibus suis instrumentis, contra predictam dominam Elisabeth, Michaelem et Stephanum filios eiusdem domine ad predictas octavas festi beati Michaelis archangeli in ipsius regalis maiestatis presenciam evocasset, racionem, ut premittitur, de premissis reddituros, quod et sic fore factum idem homo ipsius capituli consequenter affirmasset. Quibus auditis et perceptis predictus Stephanus et Michael filii Markus ac Stephanus filius Peturmani presente Blasio filio Cosme pro eodem preposito et conventu cum procuratoriis literis eorundem astante personaliter exurgendo, primo et principaliter iidem Stephanus et Michael allegarunt eo modo, quod ipse Stephanus filius Peturmani, ac prenotata . . Elisabeth socrus sua quandam possessionariam porcionem eorum in dicta Teryen habitam, ipsis videlicet Stephano et Michaeli vendidissent et super hoc literas haberent efficaces, et ibidem ac in instanti quasdam duas literas prenotati . . Stephani prepositi et conventus de Saagh, unam sabbato proximo post festum Divisionis apostolorum et aliam in festo beati Stephani regis et confessoris anno in presenti confectas

nobis curarunt exhibere, in quarum unius tenore comperimus haberi seriose, quod eadem domina Elizabeth filia Patouch filii Pele nobilis de Teryen et Stephanus filius Peturmani sponsus eiusdem domine, parte ab una, item Stephanus et Michael filii Markus, nobiles de eadem, parte ab altera, coram ipsis preposito et conventu personaliter constituti, per eandem . . Elizabeth et predictum Stephanum filium Peturman propositum extitisset . . quod quia ob eorum inopiam in predicta possessione ipsorum descendere et manere non possent, ideo ipsam possessionem cum omnibus suis . . pertinenciis vendidissent . . predictis Stephano et Michaeli filiis Markus et ipsorum heredibus . . pro viginti una marcis, scilicet quamlibet marcam quatuor florenis computando, perpetuo . . possidendam . . coram conventu de Saagh prenotato, ita tamen, quod ipsam pecuniam in tribus terminis infrascriptis solvere deberent, videlicet duodecimo die festi octavarum beati Jacobi apostoli septem marcas, in octavis festi Omnium Sanctorum septem, in octavis festi Epiphaniarum tunc proxime venturis similiter septem sine crastinacione solvere tenerentur coram preposito et conventu de Saagh prenotatis, et si quem terminum obmitterent insolutum, extunc cum duplo solvere tenerentur, obligantes se ipsos predicta domina Elizabeth et Stephanus filius Peturman antedictus, quod in primo termino ipsius solucionis filios et filias ipsorum ad maiorem cautelam et stabilitatem perpetuam coram ipso conventu adducerent, qui prefate . . vendicione consensum preberent . . et perpetuarent modo premissis, que si non facerent extunc absque porcione iudicis in viginti una marca numero antedicto convincerentur eo facto, assumentes eciam sepedicti domina et Stephanus filius Peturmani, quod omnia literalia instrumenta ipsorum, super annotata possessione Teryen confecta, similiter in primo termino ipsius solucionis coram ipsis preposito et conventu in manus filiorum Markus . . assignarent, quod si non facerent . . extunc casse . . essent . . In continencia autem aliarum literarum eiusdem prepositi et conventus manifeste adinveniebatur, quod predicto duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli adveniente, predicti filii Markus coram ipso preposito et conventu de Saagh predictas septem marcas persolvissent, sed quia prefata domina Elizabeth et Stephanus filius Peturmani antedictus pre-

dicto termino adveniente non venissent neque aliquem pro se ipsis misissent, item filios et filias ipsorum, prout assumsissent, non adduxissent, insuper nec literalia instrumenta ipsorum, prout in ipso termino in manus filiorum Markus dare et assignare se obligassent, non . . assignassent, unde sepedicti filii Markus ipsas septem marcas reliquissent . . in custodia et sacristia prepositi et conventus predictorum. Quibus quidem literis exhibitis continenciisque earumdem perceptis, prenotatus Stephanus filius Peturmani allegavit eo modo, quod hoc bene verum esset, quod ipse prenotatam possessionariam porcionem in ipsa possessione Teryen habitam, prout potuit, modo pretacto ipsis Stephano et Michaeli vendidisset, quam tamen possessionem eadem nobilis domina filia Patouch, non solum sibi, sed domine coniugi sue, filie videlicet eiusdem domine et sibi simul . . tradidisset, et super hoc efficacia haberet instrumenta, que in instanti posset exhibere, et ibidem ac in instanti quasdam duas literas privilegiales, unam predictorum Stephani prepositi et conventus de Saagh, sabbato proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo quinto et aliam nostram modum et formam iudicii nostri exprimentes, hic in Wysegrad, duodecimo die octavarum diei Cinerum proxime preterito confectas nobis presentavit, in quarum unius videlicet eiusdem prepositi et conventus litere tenore comperimus, haberi manifeste, quod eadem nobilis domina Elizabeth filia Patouch filii Pele nobilis de Teryen parte ab una, ab altera vero Stephanus filius Peturmani unacum domina Chala et alia nomine Margareta consorte sua, filia videlicet predictae domine Elizabeth, coram eisdem preposito et conventu de Saagh personaliter constituti, eadem domina Elizabeth . . confessa fuisset . . ut quia Stephanum filium Peturmani predictum in filium adoptivum adhuc diu assumsisset et filiam suam sibi legitime tradidisset, ideo possessionem suam hereditariam Teryen vocatam scilicet predictam ipsam contingentem, cum omnibus suis . . pertinenciis . . sub metis predecessorum suorum, Stephano filio Peturmani . . sponso et filie sue predictae et suis heredibus . . contulisset, iure hereditario perpetuo possidendam, pacifice tenendam . . coram preposito et conventu pluries memoratis. In alterius scilicet predictae litere nostre privilegialis

continencia inter cetera conspeximus haberi hoc modo, quod eadem domina filia Patouch relicta Iwan cum predictis Michaeli et Stephano filiis Markus de Teryen, super facto cuiusdam possessionarie porcionis in eodem Teryen habite, eundem Patouch, ut dicitur, iure hereditario tangentis, per ipsum Patouch filium Pele nobilem de Teryen Johanni fratri Chortan filii Gyurk dicto de Verbouch genero suo, marito predictae domine et filie sue videlicet predictae domine . . collate, diucius in nostri presencia in lite procedendo, nomine sui iuris in figura nostri iudicii reobtinuisset. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, cum nos memoratam dominam filiam Patouch in eo, utrum ipse Johannes dictus Verbouch, ut dicebatur, prior maritus suus, ex quo predicta domina Margareta, alio nomine Chala vocata, predicto Stephano filio Peturmani matrimoniali federe copulata fuisset procreata, homo possessionatus vel ignobilis sit et fuerit, ac etiam super eo, si forme et tenori preexhibitarum literarum in aliquo obicere velit, vel ne, ut nostro de iure incumbit officio, legitime requisitam habuissemus, tandem eadem domina dictum Johannem priorem maritum suum hominem impossessionatum fuisse in nulloque forme et tenori preexhibitarum literarum ad presens et in futurum obicere posse et velle allegavit; verum quia prenominatus Patouch filius Pele possessionariam porcionem suam, in eadem Teryen habitam, predicto Johanni homini videlicet ignobili genero suo et eidem domine filie sue donasse intuebatur, demumque prefata domina filia ipsius Patouch eandem possessionariam porcionem per ipsum Patouch patrem suum sibi premissa modo traditam, ab eisdem filiis Markus nomine sui iuris reobtentam, materno affectu cupiens predictam dominam Margaretam filiam suam, predicto Stephano homini ignobili copulatam, nobilitatis honore in evum perfrui ac congaudere, superius dicto Stephano filio Peturmani et eidem domine Margarete filie sue, consorti eiusdem Stephani . . contulisse, nullamque iuris proprietatem in eadem sibi reservasse adinveniebatur, postmodumque predictus Stephanus filius Peturmani et eadem domina filia Patouch eisdem Stephano et Michaeli filiis Markus de eadem Teryen pro premissis viginti et una marcis, quamlibet marcam cum quatuor florenis computando, eandem possessionariam por-



cionem coram dictis preposito et conventu de Saagh vendidisse, ac eadem domina et Stephanus filius Peturmani in primo termino premissæ solucionis filios et filias ipsorum, ut premissæ possessionarie vendicioni consensum preberent. . in dictum conventum de Saagh talimodo adducere assumpsisse, ut si in ipso primo termino ad eundem conventum dictos filios et filias eorum non adducerent, tunc absque porcione iudicis in viginti una marcis numero antedicto convincerentur, premissoque primo termino solucionis antedictæ, videlicet duodecimo die octavarum festi beati Jacobi apostoli adveniente, ad recipiendam dictam pecuniam ad dictum conventum de Saagh predictus Stephanus et eadem domina non venisse, nec filios et filias ipsorum ad perpetuacionem premissæ possessionarie vendicionis, ut assumerant, statuisse reperiabantur, ideo licet ipsa domina in premissis suo obligamine convinci et aggravari . . debuisset, tamen quia eadem domina filia Patouch dictam possessionariam porcionem suam ipsi Stephano genero suo et dicte domine Chala consorti eiusdem Stephani, filie videlicet sue, prius et in antea tradidisse comperiebatur, prefata eciam domina coniux ipsius Stephani, quam scilicet dominam ipsa possessio magis quam dictum maritum suum ad perennem conservacionem attingere dinoscitur, nec ipsam possessionem vendidisse, nec eidem possessionarie vendicioni consensum et assensum prebuisse inveniebatur, ratione cuius predicta possessionaria vendicio per ipsum Stephanum, ut premittitur, facta, minime fieri valuisse, omnibus veritatem intuentibus cernebatur, ex eo ipsum Stephanum in premissis suo obligamine, videlicet in medietate predictarum viginti et una marcarum absque nostra porcione iudiciaria aggravari committentes, prefatam possessionem a premissis vendicionis vinculo dissolventes et absolventes, predictæ domine Margarete consorti ipsius Stephani eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere nostra iudiciaria potestate commisimus et reliquimus perpetuo possidendam. Quibus omnibus sic suo modo peractis, prenotatus Blasius filius Cosme, legitimus procurator eorumdem prepositi et conventus, eisdem super eo, cur ipsa domina filia Patouch ipsos prepositum et conventum premissas literas eorum iuste, iuxta regni consuetudinem, absque omni vicio emanatas, fraudulenter et nequiciose dedisse retulerit, ex parte eiusdem

domine medelam equitatis per nos impertiri postulavit; unde quia prefatus . . prepositus et conventus de Saagh prelibatas literas eorum super ipsa possessionaria vendicione ad fassionem eiusdem domine et Stephani generi sui, communem iusticiam observando, absque aliquo dolo et fraude eisdem filiis Markus . . emanari fecisse videbatur, prefataque domina fictis frivolisque vocibus procedens, non advertens suum malivolum processum in suum detrimentum atque gravamen redundare, pretautos dominum prepositum et suum conventum, iusticie conservatores, prenotatas literas eorum ipsis filiis Markus fraudulenter et nequiciose dedisse regali maiestati et domine regine genetrici sue dixisse reperiebatur, sicque ipsos . . prepositum et conventum suis dictis illicitis diffamare, decolorare et denigrare toto conamine voluisse videbatur, ideo eandem dominam in emendis homicidiorum predictorum prepositi et conventus commisimus fore convictam et aggravatam tenore presencium mediante . . Datum in Wysegrad sedecimo die termini prenotati, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomsival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 955. 21. dipl. oszt. 4500. Közli: Kovács N.

---

 318.

*1356. oct. 27. A leleszi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy a midőn bizonyos fizetés végett Szabolcs, Balsa, Nyiregyház és Olaszi nevű birtokokat Miklós fia István részére megbecsültetni akarták, Balázs fia Pál ellent mondott.*

Lodovico . . regi . . Petrus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez . . Literas . . Nicolai de Zeech iudicis curie vestre inter cetera recepimus continentes, quatenus nostrum mitteremus hominem pro testimonio . . quo presente . . homo vestre sublimitatis . . in quindenis festi beati Michaelis archangeli . . ad faciem possessionum Zabolch, Balsa, Nyreghaz ac Olazy vocatarum . . accedens ac . . omnia ea, que in predictis literis . . Nicolai . . iudicis curie vestre per singula specificè continentur . . perageret . . et post hec . . tocius facti seriem . . rescriberemus vestre maiestati, ut tandem vestra regia maiestas

visa et habita ipsa estimacione ad solucionem iurium quarumdam dominarum . . de possessionariis porcionibus Dominici de Zabolch, tantummodo eis de iure pertinere debencium, Thome de Biry faciendam, terminum competentem assignare valeret Stephano filio Nicolai. Nos igitur . . cum Jobanne filio Ladislai de Zakul homine vestre serenitatis . . nostrum hominem fratrem Johannem . . transmisimus . . qui . . retulerunt, quod ipai in quindenis festi beati Michaelis archangeli . . accessissent ad faciem . . possessionis Zabolch, et cum eandem primitus et postmodum residuas tres possessiones prefatas . . presente Stephano filio Nicolai de eadem reambulare, mensurare . . et estimare . . voluissent, tandem Paulus filius Blasii per Stephanum dictum Fynnas officialem suum . . non a reambulacione sed mensuracione . . iamdictarum quatuor possessionum . . fecisset prohiberi . . Datum in vigilia festi beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> sexto.

Zárlatán peccét nyomaival; eredetiye a N. Muzzeumban a Kállay es. Itárában.

## 319.

*1356. nov. 4. A nyitrai káptalan előtt, Szamárdi Tót Pál fia Bereczk, saját s atyja nevében Jordáni Lénárd fainak megengedi, hogy Jordán nevű vagy más birtokukat elzálogosíthassák.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod Briccius filius magistri Pauli dicti Tot de Zamard pro se personaliter et . . pro eodem magistro Paulo patre suo, ad nostram accedens presenciam fassus extitit, quod filiis Leonardi de Jardan, Nicolao videlicet, Stephano et Jobanni annuisset et annuit coram nobis, dictam possessionem eorum Jardan, vel quamcunque aliam a festo Omnium Sanctorum proxime preterito usque festum Epiphaniarum domini nunc affuturum cuicunque vel quibuscunque impignorandi quandocunque ve (. . . . .) liberam auctoritatem. Datum feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 171. 77. dipl. oszt. 4632. Közli: Kovács N.

## 320.

*1356. nov. 4. A zágrábi káptalan előtt, a Ják nemzetségből származó Fioch unokái, Tamás fiai, Balázs és Imre, Welika nevű birtokukat, Pryncholch és Tyborchouch nevű birtokok szomszédságában, alsólendvai Miklós bánnak s fiainak negyven márkáért eladják.*

Capitulum Zagradiensis ecclesie . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod anno domini M<sup>o</sup> trecentesimo quinquagesimo sexto, feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, Blasius et Emericus filii Thome filii Fioch de genere quondam Jaak pro se personaliter, pro Johanne vero fratre ipsorum uterino absque literis procuratoriis, cuius onus et gravamen . . super se omnino assumendo, in nostri presentia personaliter constituti retulerunt . . quod ipsi propter nimiam necessitatem et paupertatem eos ad presens urgentem se de eadem aliter sublevare non valentes, possessionem ipsorum, ut dixerunt, hereditariam in possessione Welika ipsos contingentem iuxta fluvium Welika in vicinitate possessionum . . Nicolai filii Stephani condam bani Pryncholch et Tyburchouch nominatarum existentem, cum omnibus . . pertinentiis . . quomodocunque vocitatis, eidem domino Nicolao condam bano et magistris Stephano, Francisco, Johanni, Nicolao et Ladislao filiis suis et per eos eorum heredibus . . pro quadraginta marcis bonorum denariorum . . vendiderunt coram nobis iure perpetuo . . possidendam . . salvo semper iure alieno, omne ius et totale dominium . . in eosdem dominum Nicolaum et filios suos ac ipsorum heredes . . transferendo; ad firmiorem etiam predictae possessionis vendicionis stabilitatem, prefati Blasius et Emericus filii Thome, quedam ipsorum instrumenta factum dicte possessionis tangencia in manus ipsius domini Nicolai et filiorum suorum assignarunt, si qua vero apud se reservassent, frivola fore . . promittentes, tale moderaminis vinculum in se assummentes, quod si ipsi vel dictus Johannes frater ipsorum, vel eorundem heredes . . racione dicte possessionis

in lite vel extra litem ipsum dominum Nicolaum vel eius filios predictos aut heredes inquietare . . attentarent, extunc ipsi in facto succubitus duelli potencialis ipso facto convincerentur contra dominum Nicolaum et filios suos vel ipsorum heredes . . Datum die et anno supradictis.

A pecsét vörös selyemszalakon függ; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 602. 7. dipl. oszt. 4633. Közli: Kovács N.

## 321.

*1356. nov. 13. Az esztergomi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Erzsébet királyné és az esztergomi keresztsek közt folyt perben Monyorós és Tát nevű esztergom vármegyei birtokok határaitra vonatkozólag, Béla király levele értelmében, a mindkét fél részéről megmutatott határronalok megjeleltettek, s a vitás földterület mennyisége meghatározott.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Strigoniensis . . Noverit vestra excellencia, quod cum nos iuxta continenciam literarum adiudicatoriarum . . comitis Nicolai de Zeech iudicis curie vestre ad petitionem eiusdem . . in festo beati Martini confessoris proxime nunc preterito, unacum magistris Jacobo prothonotario eiusdem iudicis curie vestre et Georgio de Ruhman . . hominibus vestris ad infrascripta specialiter inter dominam Elizabeth reginam . . et magistrum cruciferorum de sancto rege de Strigonio in facto possessionum Monyaros et Taat in comitatu Strigoniensi existencium . . Mathiam Kamariniensem et Nicolaum Hunthensem archidiaconos socios et concanonicos nostros pro testimoniis homines nostros transmisissemus, tandem iidem . . homines . . nobis retulerunt in hunc modum, quod ipsi in predicto festo sancti Martini confessoris ad faciem metarum litigiosarum in eisdem literis iudicis curie vestre contentarum presentibus vicinis et commetaneis parciisque procuratoribus et in nullo infrascibendis contradicentibus accedentes, magister Bartholomeus legitimus procurator domini Gwillermi cardinalis magistri cruciferorum de Calidis aquis et de sancto rege de Strigonio, privilegium . . Bele quondam regis . . inibi exhibuisset, et quia in predicto privilegio . . Bele

regis mete terreæ vel lapideæ aut aliæ, quibus dicta possessio Taat a dicta possessione Monyaros distingueretur non continebantur nominatim, sed generaliter eam metis antiquis circumdari idem privilegium nominasset, ideo cum ipsum magistrum Bartholomeum legitimum procuratorem dicti magistri cruciferorum de ipsis antiquis metis se informari et eis ostendi petivissent, magister Bartholomeus in quodam loco a parte meridiei duas antiquas metas terreas demonstrasset, quarum unam possessioni Taat et aliam possessioni Epzeu esse dixisset, econtra autem procurator domine regine retulisset, quod una illarum duarum metarum per ipsum magistrum Bartholomeum ostensarum possessioni Monyaros et altera possessioni Epzeu distingueret et hoc instrumentis suis posset et valeret in instanti comprobare; deinde ipse magister Bartholomeus versus partem occidentalem transeundo in latere cuiusdam montis unam metam terream non antiquam circa aliam terream per se modicum elevatam, quam idem Bartholomeus metam antiquam fore dicendo, demonstrasset, que tamen terreæ modicum elevata non antiqua meta sed fovea vulpina esse apparuisset; demum versus eandem plagam occidentalem eundo in radice cuiusdam montis supra possessione Monyaros existentis unam metam non antiquam sed potius novam demonstrasset, circa quam aliam ad requisicionem vestrorum et nostrorum hominum antiquam metam demonstrare nequisset; tandem adhuc versus eandem plagam occidentalem pergendo inter quasdam vineas inibi plantatas unam metam terream novam et non antiquam demonstrasset, iuxta quam similiter aliam antiquam metam demonstrare non valuisset; et quia dictam possessionem Monyaros cum dicta possessione Taat non in pluribus locis preter dictas metas ostensas commetaneam esse dixisset, ideo ulterius procedere noluisse, demum prefato privilegio nostro per procuratorem dicte domine regine in specie exhibito, iuxta cursum metarum in eodem contentarum demonstracionem procurator eiusdem taliter processissent, quod primo a parte orientali quandam metam terream antiquam bene apparentem iuxta quandam magnam viam vulgariter kuvesuth nuncupatam invenissent, circa quam aliam novam erexissent, exinde ad partem meridionalem per terras arabiles eundo ad

duas metas, primo per predictum magistrum Bartholomeum ostensas antiquas devenissent, ubi similiter metam terream novam erexissent, quarum antiquarum metarum una a parte meridionali possessioni Epzeu et alia a parte occidentali possessioni Monyaros separarent; et quia dicta possessio Monyaros a dictis duabus metis incipiendo ulterius cum aliis possessionibus videlicet Beren, Peel et Bayoth vocatis foret commetanea, causaque in facto distinccionum metarum easdem possessiones separancium, ut procurator eiusdem domine regine assumisset, iuxta continenciam literarum comitis Nicolai iudicis curie vestre ad alium terminum esset prorogata, ideo metas inter easdem possessiones habitas non reambulassent, sed dum vice iterata in commetaneitatem dicte possessionis Taat pervenissent, ibi a parte septentrionali iuxta continenciam ipsius privilegii nostri per quamdam limitationem vulgo megee dictam, que quidem limitacio mege dicta nunc in viam magnam esset redacta et conversa, versus partem orientalem per bonum spacium transeundo ad predictam metam priorem devenissent et sic dictam possessionem Monyaros a possessione Taat iuxta seriem privilegii nostri secundum cursus antiquarum metarum separassent et distinxissent, prescriptam possessionem Monyaros sub distinccionibus prescriptarum metarum eidem dicte regine perennaliter possidendam relinquendo, predicta possessione Taat per cursus prescriptarum metarum a possessione Monyaros separata eidem magistro cruciferorum et per consequens ecclesie beati regis Stephani remanente, metas autem per procuratorem ipsius magistri cruciferorum extra tenorem sui privilegii ostensas et indebite ac minus iuste, non iuxta veteres metas sed per se noviter erectas delere fecissent, imo penitus eo modo delevissent, habitaque ipsarum possessionum reambulacione et statucione metarumque erectione iidem homines vestri presentibus dictis nostris testimoniis unacum aliis probis viris per procuratores parcium inibi convocatis, ipsam possessionariam particulam secundum continenciam scripti privilegii nostri intra veras metas ipsius possessionis Monyaros, ut supra declaratur, repertam ac eidem domine regine iuridice statutam, in cuius facto contradiccio per dictum Bartholomeum in persona dicti domini Gwillermi cardinalis

magistri cruciferorum in priori reambulacione ipsius possessionis facta extiterat, ad dua aratra sufficientem estimassent, aliam autem particulam terre possessionarie, quam procurator memorate domine regine tam tempore prioris reambulacionis quam eciam nunc ad ipsam possessionem Monyaros pertinere allegasset, ipsi ad prefatam possessionem Taat iuxta seriem predicti privilegii Bele regis pertinere reperiendo, ad unum aratrum sufficientem estimassent. Datum in festo beati Briccii confessoris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. Monial. Vet. Budens. 1. 7. dipl. oszt. 4635. Közli: Kovács N.

## 322.

*1356. Torda, nov. 13. Az erdélyi káptalan, Bokusi Derekas János fia Simon kérésére bizonyítja, hogy a Szolnok vármegyében fekvő Somkut, Kopolyan és Kachko nevű birtokok, hajdan László vajda által Derekas Jánostól elidegenítettek és azok így kerültek a király kezeihez.*

Nos Andreas voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk significamus . . quod in nostra congregacione generali universitati nobilium et cuiusvis status seu condicionis hominibus partis Transsilvane in octavis festi Omnium Sanctorum Thorde celebrata, nobilis vir magister Simon filius Johannis dicti Derekaas de Bokws de medio ceterorum consurgendo proposuit eo modo, quod possessiones Sumkwth, Kopolyan et Kachko vocate in comitatu de Zonuk interiori existentes cum ad easdem pertinentibus suorum progenitorum fuissent et per consequens sue essent hereditarie . . sed olim . . Ladislaus voivoda Transsilvanus pro eo, quia pretactus Johannes pater suus ad plurimas suas requisiciones famulus suus esse et ne infidelis sacre regie corone fore videatur et notam infidelitatis incurrat, munia serviciorum suorum noluisset, dictas suas possessiones ab ipso Johanne patre suo alienando pro se occupasset et nunc ab ipso tempore usque huc apud manus regias haberentur, petens nos, ut iudices nobilium iuratique assessores septem comitatum, ceterique cuiusvis condicionis homines,



per nos requisiti, qualem de premissis scirent, faterentur veritatem, qui quidem iudices nobilium, iurati assessores, aliique cuiusvis status homines iamdicte partis Transsilvane ad eorum fidem deo debitam fidelitatemque sacre corone regie conservanda, tacto vivifice crucis ligno, prestitam, pro dicenda veritate et iusticia observanda, premissa omnia . . modo supra dicto fuisse et esse unanimi . . testificatione affirmarunt. Datum in Thorda, sexto die congregacionis nostre prenotate, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L-mo sexto.

Az erdélyi káptalannak 1356. nov. 22-én kelt átiratából, melynek eredetije az Orsz. Ltárban őriztetik, dipl. oszt. 30017. Közli: Kovács N.

---

323.

*1356. nov. 25. Az erdélyi káptalan előtt, Selyki Holman fiai Hennyng és Miklós, Szépmező és Küküllő nevű birtokok közt fekvő Egervárpataka nevű birtokot, Sárselyki Alard fiának Keresztély comesnek kétszáz finom ezüst márkáért eladják.*

Capitulum ecclesie Transsilvane . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Hennyng et Nicolao filiis Holmani de Selk ab una, parte vero ex altera comite Christiano filio Alardi de Sarselk coram nobis personaliter constitutis confessum extitit per predictos Hennyng et Nicolaum . . quod ipsi quandam possessionem ipsorum Egurwarpathaka vocatam inter possessionem Zepmezew et Kukullew existentem, per . . Karulum quondam regem . . mediantibus suis literis privilegialibus predicto Holmani patri ipsorum datam et collatam cum omnibus . . pertinentiis, pro sublevandis quibusdam necessitatibus ipsorum nunc ad presens urgentibus, predicto comiti Christiano et per eum suis heredibus pro ducentis marcis fini argenti, ut dixerunt plene persolitis . . vendiderunt coram nobis perpetuo . . possidendam . . memoratas eciam literas privilegiales dicti domini Karoli, quarum vigoribus prelibatam possessionem Egurwarpathaka possedissee . . dinoscuntur, ad manus dicti comitis Christiani iidem Henninh et Nicolaus reservarent . . viribus carituras ipsi Henningh et Nicolaus commiserunt coram nobis, obligantes se et eorum heredes, quod si qui predictum Christianum

vel posteritates eiusdem pretextu dicte possessionis temporis in processu impeterent . . tunc ab eisdem impetitoribus . . ubique ipsum comitem Christianum et eorum posteritates per omnia expedirent . . Datum in festo beate Katerine virginis et martyris, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quinquagesimo sexto . . Dominico preposito electo, Lorando custode, Michaelae cantore, Nicolao archidiacono de Clus decano ecclesie nostre existentibus.

A pecsét zöld selyemszálakon függ; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 31099. Közli: Kovács N.

## 324.

*1356. Visegrád, nov. 27. I. Lajos király Petri Sándort és Lőrincz fiát Tamást, Bátori Bereczk fia Miklós ellen megidézeti.*

Lodovicus . . rex . . conventui de Lelez . . fidelitati vestre . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Pylis vel Lucasius de eadem, aut Nicolaus filius Johannis de Voya sive Dominicus filius Johannis de Chazar, aliis absentibus homo noster citet Alexandrum de Petry ac Thomam filium Laurencii de eadem, contra magistrum Nicolaum filium Briccii de Batur in nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec diem et locum ipsius citacionis cum nominibus citatorum . . nobis . . rescribatis. Datum in Vissegrad, die dominico proximo post festum beate Katherine virginis et martyris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L-mo sexto.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 74. 21. dipl. oszt. 4636. Közli: Kovács N.

## 325.

*1356. Deda, dec. 2. Bereg vármegye ispánja és szolgabirdi előtt Bodolai István, Hegy és Helmech nevű birtokokban bizonyos birtokrészeket, Simon fiának Tamásnak és Dezső fiának Bekének borsvai nemeseknek alzálogba ad.*

Nos magister Marochuch comes de Bereg et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod in quadam nostra

congregacione generali in persona Lodovici regis universitati nobilium et ignobilium predicti comitatus in festo beati Andree apostoli celebrata, magister Stephanus filius Stephani de Bodolo, de medio aliorum consurgendo dixit, quod quidam nobiles de Borsua porciones eorum possessionarias in Hegh et Helmech habitas pignori sibi obligassent, Thomam filium Simonis, Bekem filium Desew ac alios nobiles de dicta Bosua (*igy*) facie ad faciem interrogavit et petivit super eo, ut supradictas porciones super pignore recipiant, quia ipsis magis recipere vel tenere attineret, qui quidem nobiles dictas porciones antedicto magistro Stephano facie ad faciem super pignore recipere commiserunt. Datum in villa Deda, sexta feria proxima videlicet tercio die congregacionis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hátlapján öt pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. Itárában.

## 326.

*1356. dec. 11. A váradi káptalan előtt azon ügy lefolyásában, melyben Peréni Miklós fia Miklós Peréni Pál által Fónyi Balázs leányával Annával kötendő házassága dolgában tett költekezései megtérítését követelte, Lucza asszony Fónyi Balázs özvegye és Anna leánya, meg Synka Péter és neje Ilona a redjok illetéktelenül kimondott egyházi kiközösítés ellen tiltakoznak.*

Nos capitulum ecclesie Varadiensis . . significamus, quod Johannes (filius) Benedicti pro . . Lucia videlicet relicta Blasii Fony vidua, et Anna nata eiusdem, item pro . . Petro Synka et Elena consorte eiusdem, Agriensis diocesis, ad nostram accedens presenciam nomine procuratorio sufficienti, per modum protestacionis significare curavit, quod sicut ad noticiam eorundem pervenisset, magister Nicolaus (filius) Nicolai de Peren sumtus et expensas per nobilem virum Paulum de Peren in prosecutione cause matrimonii inter eundem Paulum et ipsam dominam Annam ac ceteros supradictos diutissime ventilate factas rehabere et repetere conarentur, cum tamen per . . Demetrium . . episcopum Varadiensem prelatum nostrum, in dicta causa matrimonii a sede apostolica iudicem delegatum, vocatis his, qui vocandi erant in octavis festi beati Andree apostoli proxime

preteritis per eundem . . episcopum pro termino peremptorie assignatos nemo penitus apparuit, contra tenorem literarum apostolice sedis obiecturus, cum eciam eodem in termino Varadini extiterit magister Nicolaus prenotatus, et si quispiam contradicturus se presentasset, ipse nomine procuratorio pro predictis dominabus et Petro Synke excipere non omisisset, hoc videlicet, quod eedem domine et Petrus Synke soram Dyrslao canonico Cracoviense, per . . Petrum . . episcopum Cracoviensem delegatum, subdelegato illegitime in causam attracti et tandem sentencie excommunicacionis et aliis gravaminibus subiecti de facto extitissent, protestans, quod si in posterum super premissis per quempiam quescio moveretur, eedem domine et Petrus Synke prescriptas excepciones et alias, que de iure sufficerent causam eorum defenderent supradictam. Datum quinto die octavarum festi beati Andree apostoli predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1538. 28. dipl. oszt. 4637. Közli: Kovács N.

---

327.

*1356. Esztergom, dec. 12. Domokos prépost és esztergomi vicarius bizonyáglevele, bizonyos hitbér, hozomány és leánynegyed kielégítését tárgyazó s Neczpáli Marchunka fiai és Nagymar Pál fia János között föntforgott ügyben.*

Nos Dominicus prepositus ecclesie sancti Thome martyrís de promontorio Strigoniensi . . Nicolai archiepiscopi Strigoniensis eiusdemque loci comitis perpetui vicarius . . significamus . . quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum compositionalium sive solucionalium nobiles viri Emericus et Johannes filii Marchunka de Nachpal, Johanni filio Pauli de Nogpharacione dotis et rerum parafernalium . . avie sue ac quarta filiali matris sue in duobus terminis ac vinculis in eisdem prioribus literis nostris plenius contentis pro tota et omnimoda expedicione eorundem, solum pretextu predictarum dotis et rerum parafernalium habenda, quadraginta quatuor florenos equaliter

ad eosdem terminos dividendo solvere debuissent coram nobis ; ipso itaque solucionis primo termino videlicet octava festi beati Andree apostoli occurrente, memorati nobiles Emericus et Johannes filii Marchunka . . premissos quadraginta quatuor florenos . . prescripto Johanni filio Pauli de Nogpha personaliter recipienti, pro premissis debitibus eorundem tantum, dotis et rerum parafernalium ac quarta filiali nobilibus dominabus avie et matri iamdicti Johannis filii Pauli iuxta regni consuetudinem ex parte eorundem proveniendis . . persolverunt . . Unde nos eosdem Emericum et Johannem pretextu predictorum . . auctoritate nostri vicariatus reddidimus expeditos . . et . . absolutos . . In cuius rei memoriam . . literas privilegiales appensione sigilli vicariatus munimine consignatas duximus concedendas. Datum Strigonii, sexto die octavarum festi beati Andree apostoli predictarum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto.

Hártyán, zöld selyemzsinóron függő pecséttel; eredetije a N. Muzzeumban a Justh cs. ltárában.

## 328.

*1356. Gyulafehérvár, dec. 14. Salamon tordai főesperes az erdélyi püspök vicariusu előtt, András néhai erdélyi alvajda fiai és unokái gyógi nemesek, Miklós és Jakab fiait Gerendi nemeseket a nagyanyjuk után járó lednyegyedi követelésükre nézve kielégítik.*

Nos magister Salamon archidiaconus de Torda per capitulum ecclesie Transsilvane sede vacante vicarius constitutus . . significamus . . quod cum nos . . Ladislaum de Fahyd et Petrum de villa Spinarum ecclesiarum rectores, coram quibus magister Nicolaus dictus Borw, Ladislaus et Stephanus filii condam Andree vicevoivode necnon filii Andree et Lucasii filiorum predicti Andree vicevoivode . . Nicolao filio Nicolai ac Petro filio Jacobi de Gerend super quarta filiali . . Elizabet vocate, matris videlicet condam comitis Nicolai avi eorundem Nicolai et Petri nobilium de Gerend in universis possessionibus et porcionibus possessionariis condam Ladislai, filii Stephani filii Salamonis eis iure naturali debenti et cedenti iuxta nostram sententiam satisfacere debuissent, tandem eisdem hominibus nostris . . re-

ferentibus, quod predicti nobiles Nicolaus dictus Borow, Ladislaus et Stephanus filii Andree condam vicevoivode nec non filii Andree et Lucasii filiorum predicti Andree vicevoivode ab una, parte ab alia vero ipsis Nicolao et Petro nobilibus de Gerend in ipsorum et aliorum proborum virorum presencia super premissis quarta filiali taliter concordassent . . quod predicti nobiles de Gyog pro omni expedicione, dacione memorate quarte filialis septuaginta marcas, marcam quamlibet cum decem pensis computando, partim in denariis partim in estimacione condigna exceptis pannis dare et solvere assumssissent coram nobis predictis nobilibus de Gerend in duobus terminis infrascriptis, videlicet medietatem ipsius . . in octavis diei Cinerum aliam vero medietatem in octavis festi Penthecostes proxime et consequenter occurrentibus tali pena mediante, quod si primam solucionem facere non curarent (. . . . .) si vero in secundo termino solvere non curarent, penam dupli incurrerent eo facto; et decretum eciam fuisset inter ipsos, quod si . . aliqui contra prefatos nobiles de Gyog vel eorum posteros racione premissae quarte filialis litem . . moverent, aut de novo acquirere intenderent, extunc prefati Nicolaus et Petrus nobiles de Gerend sepefatos nobiles de Gyog cum eorum successoribus per omnia expedire teneantur . . insuper discordie et universe iniurie hinc et inde inter partes pretextu premissae quarte filialis exorte . . sedate sint et viribus cariture. Datum Albe, quarta feria proxima post octavas festi beati Andree apostoli, anno domini M. CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oaszt. 28910. Közl.: Kovács N.

---

329.

*1356. Visegrád, dec. 21. Kont Miklós nádor s az egyház és ország nagyjai előtt, Olivér mester királynői korlátnok és szatmári főispán, Kálmán királynak szent István király adománylevelét megújító oklevele alapján, Szigetfő nevű dunamelléki birtokot az ahhoz tartozó rével és révrámmal együtt a veszprémrölgyi apáczáknak visszaadja.*

Nos Nicolaus Konth . . palatinus et iudex comanorum significamus . . quod magister Olyverius iudex curie reginalis et

comes Zothmariensis, dum in octavis festi beati Andree apostoli causas quorumlibet regnicolarum, coram nobis litigantium, sua moderata equitate unacum . . fratribus Thoma Sirimiensis et Stephano Nitriensis ac Thoma Chanadiensis, necnon Petro Bosnensis . . ecclesiarum episcopis, item . . Cyko magistro tavarnicorum regalium, Leustachio bano tocius Slavonie, magistro Johanne filio Gylety castellano de Baymoch, aliorumque plurium regni nobilium discuteremus, in nostram et predictorum prelatorum et baronum nec non ceterorum regni procerum exurgens presenciam proposuit . . quod quia omni veritatis tramite ex tenore privilegii . . Kolomani olim scepra regiminis regni Hungarie feliciter gubernantis, sub anno dominice incarnationis Millesimo centesimo nono, privilegium sanctissimi Stephani primi regis Hungarie propter sui vetustatem renovantis, confecti, tam ex ipsius sanctissimi Stephani regis donacione, quam eciam ex pretacta renovacione Kolomani regis possessionem Zygethfew cum portu et naulo in fluvio Danubii ecclesie virginis gloriose de Vesprimio et dominabus sanctimonialibus in eadem ecclesia iugiter deo ministrantibus et devote, agnovisset pertinere, idcirco eandem possessionem cum vado seu portu ac naulo, ceterisque . . pertinenciis quibuslibet eo iure . . prout ipsi ecclesie et prelibatis . . sanctimonialibus ex premissi privilegii pretacti Kolomanni regis vigore agnovisset pertinere, eisdem . . resignasset, imo coram nobis remisit . . perpetuo possidendam . . nil iuris . . sibi heredum suorum per heredes . . reservando in eodem, imo tocius dicte possessionis et eius utilitatum iuris proprietatem in easdem ecclesiam et sanctimoniales . . transferendo . . Datum in Vysegrad, in festo beati Thome apostoli, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oest. 4639. Közli: Kovács N.

## 330.

*1357. jan. 3. A jázói convent előtt, Szkárosi Miklós fiai Pelsöczi Bebek fiait, Strasa nevű birtokban fekvő Recheretha nevű földdarab elfoglalásától tiltják.*

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Johannis Baptiste de Jazow damus pro memoria, quod Stephanus filius Nicolai de Skarus pro se et Ladislao ac Petro fratribus suis personaliter in nostri presencia comparendo, Stephanum, Georgium, Nicolaum et Dominicum filios Bebek de Pulseuch ab occupatione cuiusdam particule terre Recheretha vocate ad possessionem Strasa vocate pertinentis . . ac se in eadem intromissione prohibuit . . contradicendo coram nobis . . Datum feria tertia proxima post festum Circumcisionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije a Hanvay ca. Itárában a N. Muzeumban. Közli: Kovács Nándor.

## 331.

*1357. jan. 11. Az egri káptalan Kont Miklós nádornak jelenti, hogy Bathvai Lászlónak, Jób fia Miklós s több sislochi nemes ellen az Ung vizének a Noska nevű érbe való levezetését tárgyazó panaszát, a helyszinén megvizsgáltatták.*

. . Nicolao Konth regni Hungarie palatino et iudici comanorum capitulum ecclesie Agriensis . . Literas vestre magnitudinis . . recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus homines nostros pro testimoniis fidedignos, in quorum presencia Johannes filius Ladislai de Warada vel Petrus filius Ladislai de Beely aut Ladislaus filius Donch de Tarchan sive Nicolaus de Palagh seu Thomas filius Anthaleus de Ewr an Ladislaus filius Both de Bothfolua sive Petrus de Welky pro parte magistri Ladislai filii Nicolai de Bathwa actoris, item Thomas filius Ladislai vel Stephanus filius Detrici de Zeech aut Nicolaus filius Martini de Kaponia sive Georgius filius Nicolai de eadem Zeech aut Jacobus filius Dobow de Ruzka seu Ladislaus parvus de Radich, pro parte Nicolai filii Job, Johannis et Stephani fili-



orum Dominici filii eiusdem Job nobilium de Sysloch ad causam attractorum, aliis absentibus homines vestri in octavis festi sancti Andree apostoli partibus eciam vel earum legitimis procuratoribus presentibus, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus habitis ad quendam rivulum Noska-Er nuncupatum, ubi idem rivulus de fluvio Vngh exiret ac decurreret, accedentes, viderent conscienciose ac diligenter considerarent, utrum super dicto exitu ipsius rivuli aliqua perfossio a decem annis hucusque existerit vel existat, demum vero ab eisdem vicinis et commetaneis nobilibusque comprovincialibus necnon aliis hominibus quibus fieret opportunum, deum et eius iusticiam pre oculis suis habentes, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino regi et sue regie sacre corone observandam super eo, utrum ad scitum ipsorum vel auditum prefati nobiles de Sysloch in loco exitus ipsius rivuli Noska-Er nuncupati aliquam exfossionem fecissent aut facere procurassent nec ne, scirent et inquirerent omnimodam veritatem, et post hec nos seriem omnium premissorum . . ad octavas festi Epiphanie domini proxime affuturi vobis amicabiliter rescriberemus. Nos igitur . . cum prefatis Thoma filio Anthaleus de Ewr et Thoma filio Ladislai de Zeech hominibus vestris duos homines nostros providos iuvenes videlicet Nicolaum literatum filium Johannis de Ders subnotarium nostrum pro parte prescripti magistri Ladislai filii Nicolai actoris et magistrum Georgium similiter subnotarium nostrum pro parte memoratorum nobilium de Sysloch ad causam attractorum transmisimus pro testimoniis ad premissa exequenda, qui quidem . . non concorditer sed per modum infrascriptum nobis retulerunt isto modo, quod ipsi unacum eisdem testimoniis nostris in dictis octavis festi sancti Andree apostoli iam preteritis et eciam prescriptis partibus accessissent ad memoratum rivulum Noska-Er, ubi idem rivulus de predicto fluvio Vngh exiret ac scaturiret, pretaxatusque Thomas filius Anthaleus homo vester pro parte ipsius magistri Ladislai actoris, quo supra deputatus, referebat, se vidisse et considerasse in loco exitus ipsius rivuli Noska-Er nuncupati de dicto rivulo Vngh scaturientis seu decurrentis per eosdem nobiles fecisse exfossionem supradictam. E converso autem prelibatus Thomas filius Ladislai alter homo vester pro parte eo-

rumdem ad causam attractorum per vos assignatus referebat, quod ipse in loco exitus dicti rivuli Noska-Er nullam vidisset exfossionem, sed ibi quedam arbores salicee et alie vulgo egerfa vocate haberentur. Dicta autem testimonia nostra concorditer referebant, quod ipsi propter aquarum inundanciam, que tunc in illis partibus nimium prevaluisset, bono modo hoc considerare nequivissent, si in dicto loco suffosio fuisset vel haberetur aliqualis, sed tamen ipsi dictas arbores in exitu ipsius rivuli Noska-Er existere vidissent modo prenotato. Quibus sic visis et peractis primo a vicinis et commetaneis ac nobilibus comprovincialibus necnon ab aliis cuiusvis status et condicionis hominibus per eundem magistrum Ladislaum inibi adductis et pro parte ipsius deponentibus, super premissis litigioso negotio diligenter indagantes, talem rescivissent veritatem, quod preallegati nobiles de Sysloch utpote Nicolaus filius Job et filii Dominici dictum litigiosum rivulum Noska-Er in suo exitu de predicto fluvio Vngh a decima revolutione annuali incipiendo, hucusque palam et occulte in tantum exfodi fecissent et exfodissent, ut idem perennalis fluvius Vngh in maiori parte per ipsam exfossionem exiret ac excurreret in Er-Noska supradictum, per quod factum molendinum sepedicti magistri Ladislai actoris super ipso perennali fluvio Vngh situatum, in magna sui parte annihilatum haberetur. Nomina autem et asserciones eorundem vicinorum et commetaneorum ac aliorum nobilium pro parte eiusdem magistri Ladislai attestancium hec sunt, videlicet Petrus Ladislaus et Emericus filii Both de Bothfolua immediati vicini, ac Thomas filius Stephani filii Philippi de Pinkoch mediatu vicinus dicte possessionis Sysloch, qui ad fidem eorum deo debitam prefatam suffossionem per eosdem nobiles de Sysloch factam fuisse et procurasse fide oculata se vidisse asseruissent; item Simon filius Augustini de Galich mediatu vicinus, item Johannes et Ladislaus filii Anthaleus de Ewr, item Bitho filius Demetrii de Pinkoch, Stephanus adolescens filius Johannis de Tarnocha, Paulus dictus Cheuey de eadem Ewr, Johannes filius Thome de Lukahaza, Ladislaus filius Nicolai de Nynay, Simon et Ladislaus filii Petri de Weskolch, Stephanus filius Egidii de Kerez, Gregorius filius Dionisii de Mastha, Petew filius Egidii de Kerez, Johannes filius Ladislai Zelemench, Ladislaus filius

Wanchyk de Tegenie, Ladislaus filius Jakow de Tyba nobiles comprovinciales de comitatu Vngh, item Johannes et Jacobus filii Stephani de Lazou, Paulus filius Nicolai de Buthka, Loran-  
 dus filius Wid de Rasko, item Johannes filius Stephani de Mal-  
 cha, Gallus filius Pauli de Zbugya et Jacobus filius Petri de  
 Olchek de comitatu Zempliniensi, item Ladislaus filius Johannis  
 dicti Olaz de Berzel de comitatu Zabolch, Bartholomeus filius  
 Bethe de comitatu Borsodiensi, Johannes filius Abram de Gyak-  
 haza de comitatu Vgacha, Petrus filius Georgii de Koka de co-  
 mitatu Pestiensi, Petrus filius Nicolai de Sasa de comitatu Bor-  
 sodiensi, Mathias filius Johannis de Rednech de comitatu Vyuar,  
 Petrus filius Ladislai de Beel de comitatu Zempliniensi et Ale-  
 xander filius Emerici de Nogmezew de comitatu Zempliniensi.  
 Populares autem homines similiter pro parte eiusdem magistri  
 Ladislai deponentes septuaginta duo in numero habentes, sed  
 vicini et commetanei ac comprovinciales nobiles necnon popu-  
 lares homines per eosdem nobiles de Sysloch ad causam attra-  
 ctos inibi vocati et adducti similiter ad fidem eorum deo debitam  
 taliter respondissent, quod a tempore, cuius memoria non exta-  
 ret, dictus rivulus Noska-Er in dicto loco litigioso directum  
 transitum habuisset, nec dicti nobiles Sisloch aliquam suffos-  
 sionem palam et occulte inibi aliquo tempore fecissent ac facere  
 procurassent. Nomina autem eorundem attestantium et pro  
 parte ipsorum nobilium de Sysloch deponencium hec sunt,  
 videlicet Jacobus filius Dobow de Galambhaza, Matius dictus  
 Paaky de eadem et Stephanus filius Johannis dictus Batur de  
 eadem vicini immediati ipsius possessionis Sisloch, item Nicolaus  
 filius Monas de Ketergen, Nicolaus filius Martini de Pinkoch et  
 Dominicus filius Pauli de Palagh, mediati vicini ipsius posses-  
 sionis Sisloch, item Laurencius filius Thome de Lukahaza,  
 Petrus filius Simonis de Helmech, Jacobus rufus de Waykoch,  
 Petrus filius Nicolai de Kereztolch, Thomas filius Petri de Syser,  
 Barla filius Laurencii de Muralya, Petrus filius Bense de Way-  
 koch, Paulus filius Nicolai de eadem, Johannes et Andreas filii  
 eiusdem Nicolai, Johannes filius Stephani de eadem, Benedictus  
 filius Johannis de Kysmateulz et Ladislaus filius Batiz de Hel-  
 mech; item Stephanus filius Pauli de Barania, comes Kopolch  
 filius Karuli de Arad, Zoehyk de Nempti, Andreas filius Micha-

elis de Kamarouch, Georgius, Ladislaus et Nicolaus filii Laurencii de Tyba, Stephanus filius Mark de Raad, Stephanus filius Nicolai de Harazth, Nicolaus filius Dionisii de Mascha, Nicolaus filius Pauli de Waykoch, Deseu filius Nicolai de eadem, Stephanus filius Demetrii de Zelemench, Stephanus filius Andree de Tyba, Georgius filius Nicolai de Zelemench, Peteu filius Alberti de Jenke, Ladislaus filius Kopolch de Arad, Ladislaus filius Bodou de Raad, Ladislaus filius Laurencii de Muralya, provinciales nobiles de comitatu Wngh; item Petrus filius Francyk, Boxa filius eiusdem, Dominicus filius Cosme de Zerdabel, Georgius filius Nicolai de Kerezur, Nicolaus filius Johannis de Chemernie, Johannes filius Thome de Zeech, Ladislaus filius Nata de Nanalyad, Jacobus filius Stephani de Bethlem, Johannes filius Michaelis de Leztemer, Nicolaus filius Stephani de Ronua, Mark filius Mok de Tusa, Michael filius Galli de Abora, Dionisius filius Gregorii de Zeech nobiles de comitatu Zempliniensi et Paulus filius Petri de Luwew de comitatu Zabouch, populares autem homines similiter pro parte ipsorum nobilium ad causam attractorum deponentes nonaginta habentes in numero. Et prefata testimonia nostra similiter coram nobis comparentes premissas attestaciones (per) predictos vicinos et commetaneos nobiles ac ignobiles in his quo supra factas sic quemadmodum dicti homines vestri se audivisse nobis communiter asseruerunt. Datum feria quarta proxima post octavas festi Circumcisionis domini, anno eiusdem M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a Csicseri cs. Itárában.  
Közli: Kammerer Ernő.

---

332.

*1357. Vasvár, jan, 16. Vas vármegye alispánja és szolgabirái Zsédényi Sedun fia kérésére, Hegyfalu lakóit a zsédényi erdő további használatától tiltják.*

Nos magister Stephanus filius Lorandi comes Castriferrei magnifici viri Nicolai Kont . . palatini iudicis comanorum Castriferrei et Soproniensis comitatum tenentis honorem, ac iudices

nobilium eiusdem Castriferrei comitatus memorie commenda-  
mus, quod cum nos ad . . petitionem Dominici filii Sedun de  
Sedun unum ex nobis videlicet comitem Petrum filium Henrici  
ad infrascriptam inquisitionem faciendam de sede nostra iudi-  
ciaria misissemus, tandem idem comes Petrus . . nobis retulit  
eo modo, quod ipse feria tertia proxima post festum Epiphanie  
domini nunc proxime preteritum accedendo, sicut a nobilibus  
et ignobilibus ac cuiusvis status et condicionis provincie homi-  
nibus diligenti inquisitione habita scire potuisset, sic scivisset,  
quod universi populi de villa Hygfolua silvam predicti Dominici  
in premissa possessione Sedum habitam succidi et demactari . .  
facerent incessanter in ipsius preiudicium et iacturam, ubi eos-  
dem populos de villa Hygfolu ab ampliori succisione ipsius silve  
. . prohibuisset . . Datum in Cast(ro)ferreo), feria secunda pro-  
xima post octavas festi Epiphanie domini, anno eiusdem M<sup>o</sup>  
CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján több gyűrés-pecsét nyomaival; eredetije Kisfaludy Árpád  
családi levelei között. Közli: Kovács N.

---

333.

*1357. jan. 17. Az erdélyi káptalan előtt, Moyusi László fia Szent-  
márton nevű kolosvármegyei birtokát, Bethleni Apa fiának Andrásnak  
egy évre zálogba adja.*

Nos capitulum ecclesie Transsilvane significamus . . quod  
magistro Andrea filio Jacobi filii Apa de Bethlem ab una, parte  
vero ex altera Joh(anne filio) Ladislai de Moyus coram nobis  
personaliter constitutis, per eundem Johannem filium Ladislai  
propositum extitit . . quod ipse, quadam necessitate sua com-  
pulsus, sextam partem trium parcium possessionis sue Zenmar-  
tun vocate in comitatu Clus existentis, videlicet a parte occi-  
dentis adiacentem, eidem magistro Andree a data presencium  
usque ad anni revolutionem pro octo marcis, marcam quam-  
libet cum octuaginta grossis computando pignori obligasset et  
obligavit coram nobis, tali condicione mediante, quod quando-  
cunque usque ad ipsam revolutionem annualem ipse Johannes  
filius Ladislai cum propria pecunia sua, sed non cum pecunia

aliorum, eandem porcionem suam possessionariam redimere poterit, ipse magister Andreas eandem sibi resignare . . tenebitur, si vero usque ad ipsam revolutionem annualem ipsam porcionem redimere non valebit, extunc transacta ipsa revolutione annuali in duplo predictarum octo marcarum convinceretur eo facto, insuperque iudicii in birsagio trium marcarum remanebit, medio autem tempore, quousque redimere poterit universos fructus . . sexte partis trium parcium possessionariarum idem magister Andreas percipiet . . Datum quinto die octavarum festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>mo</sup>, CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije két példányban a gr. Bethlen ca. levéltárában a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 334.

*1357. Szentimre, jan. 17. Domokos erdélyi vajda előtt, Apród János és fia László, Ivánka fia János irányában magukat lekötelezik, hogy a köztök folyt per tartama alatt, Lőrincz szolgájukat és ennek nejét Eus vagy Palachk nevű birtokukba be nem fogadják.*

Nos Dominicus vicevoivoda Transsilvanus memorie commendamus, quod Ladislaus filius Johannis Apród dicti, pro se personaliter et pro eodem patre suo . . coram nobis personaliter comparendo proposuit . . quod si ipsi vel alter eorundem Laurencium famulum ipsorum et uxorem eiusdem, a facto quorum inter ipsos et Johannem filium Ivánka de Eus controversia et materia quescionis mota fuisset et exorta, quandocumque temporum in processu amodo et deinceps ad eandem possessionem Eus vel ad possessionem Palachk reciperent et assummerent ac intromitterent, extunc in decem marcis contra ipsum Johannem filium Ivánka et in iudicio iudicis convicti haberentur ipso facto . . Datum in Sancto-Emerico, quinto die octavarum festi Epiphaniarum domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel, eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 335.

*1357. Szentimre, jan. 17. Domokos erdélyi vajda Beunye nerü kolozsármegyei birtokot Kaljáni János fia Mannus ellenében a kolozsmonostori conventnek ítéli, s az erdélyi káptalant az iktatásra kiküldi.*

. . capitulo ecclesie Transsilvane . . Dominicus voivoda Transsilvanus . . Noverit amicitie vestre discrecio, quod Ladislaus de Zomurduk familiaris . . Ladislai abbatis ecclesie beate virginis de Clusmonostra pro eodem domino suo et conventu suo . . iuxta continenciam literarum prorogatoriarum . . Andree voivode Transsilvani et comitis de Zonuk . . modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem exprimencium, in octavis festi Epiphaniarum domini proxime nunc preteritis contra Manus filium Johannis de Kalyan, qui non venit nec misit pro se aliquem responsalem vel sue absencie excusatorem, ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis easdem literas prorogatorias, in quibus conspeximus contineri, quod magister Petrus literatus notarius monasterii predicti pro ipsis domino Ladislao abbate et suo conventu . . in congregacione ipsius domini nostri voivode generali, universitati nobilium partis Transsilvane et cuiusvis status et condicionis hominibus, in octavis festivitatis Omnium Sanctorum nunc preteritis Torde celebrata, de medio aliorum exurgendo proposuisset eo modo, quod quedam possessio Beunye vocata in comitatu de Kulus adiacens ad dictum monasterium pertinuisset . . quam idem Mannus filius Johannis . . detineret occupatam; in contrarium autem ipse Mannus personaliter exurgendo respondisset, quod ipsa possessio Beunye sua esset . . et tanquam ius hereditarium eandem ipse . . possideret; e converso autem ipse magister Petrus literatus exhibuisset coram eodem domino nostro duo paria literarumstrarum rescripcionalium, unam videlicet eidem domino nostro voivode aliam vero Stephano quondam vicevoivode loquentes, accionem ipsius domini abbatis et sui conventus confirmantes, in quibus repertum exstitisset, quod ipsius . . voivode et Stephani vicevoivode homines sub idoneo testimonio hominis vestri fidei inquisicione prehabita ipsam possessionem Beunye ad dictum monasterium pertinuisse et perti-

nere scivisset, et licet plures literas . . protestacionales in facto possessionis premisse ipse magister Petrus literatus coram ipso . . voivoda et proceribus produxerit, tamen quia ipse magister Petrus literatus, si aliqua . . munimenta literalia in facto ipsius possessionis Beunye, quorum vigore dictum monasterium eandem possessionem tenuisset . . haberet, requisitus respondisset, quod quia olim abbates ipsius monasterii per homines potentes et emulos ac infideles sacre corone regie captus (*igy*) et omnia bona ipsius monasterii ablata fuissent, iamdicta propterea instrumenta in facto possessionis predictae confecta amissa fuissent . . auditisque parciū . . allegacionibus, quia ecclesie iuxta regni consuetudinem approbatam literali munimento possessiones tenere consueverunt et possedissent, ipse autem magister Petrus procurator ipsius monasterii legitimus nullo documento, aut racione evidenti (. . . . .) vigore dictarum literarum rescripcionalium ipsam possessionem Beunye dicti monasterii . . extitisse comprobasset, pretactus (. . . . .) Mannus filius Johannis eandem possessionem literatorio iure ad ipsum . . pertinere allegasset, ideo ipse dominus noster voivoda unacum predictis regni proceribus adiudicando decrevisset, ut pretactus Mannus unacum convocatis vicinis et commetaneis propinquioribusque ipsius possessionis Beunye in predictis octavis festi Epiphaniarum domini coram nobis in Sancto Emerico super eo, ut ipsa possessio Beunye sua fuerit et esset hereditaria, prestare debuisset sacramentum; et quia in ipsis octavis festis Epiphaniarum domini idem Mannus filius Johannis ad ipsam iuramentalem depositionem, ut premittitur, non venit neque misit, ipso vero Ladislao de Zumurduk in personis dictorum . . abbatis et sui conventus legitimo procuratore legitimis diebus expectante coram nobis, ideo unacum regni nobilibus nobiscum in sede iudiciaria sedentibus et iudicantibus admissimus iudicando, quod dicta possessio Beunye annotato monasterio de Kulusmonostora et abbati ac conventui eiusdem statui debeat per eosdem perpetuo possidere . . Unde cum ad dictam statucionem vester et noster homines transmitti debeant de necessario, vestram . . amicitiam . . requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Petrus Feyes dictus noster famulus



specialiter ad hoc per nos transmissus, in octavis festi Purificationis virginis gloriose nunc venturis, accedat ad faciem prescripte possessionis Beunye, accedendo vicinis et commetaneis suis universis convocatis . . eandem per suas veteres metas et antiquas reambulando . . contradiccione ipsius Mannus et Johannis sui filii non obstante, statuatur eandem dicto monasterio et per ipsum abbati et conventui eiusdem, si per quospiam alios non fuerit contradictum, perpetuo possidendam . . contradictores alii, si qui fuerint, ipsos contra eosdem dominum Ladialaum abbatem et suum conventum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis . . ad octavas diei Cinerum nunc venturas nobis . . rescribatis. Datum in Sancto-Emerico, quinto die octavarum festi Epiphaniarum domini prenotatarum, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét csekély töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 29149. Közli: Kovács N.

---

 336.

*1357. Puritnik, jan. 17. Miklós országbiró, Radonovicz fiai Istvánt és Ivánt mint települőket, a kraznalukai richteriatussal ruházza fel.*

Nos comes Nicolaus iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie et honorem tenens comitatus de Thurocz memorie commendamus, quod quum Stephanus et Iwan filii Radonovicz in locis desertis descenderant, prout in literis Aniani vidimus contineri, ideo richteriatum ville Kraznoluch eidem et suis heredibus eo modo committimus tenere et habere eo modo, ut carnifices, sutores, pistorum, tabernam, molendinum liberum simulcum laneo libero possit conservare, ceterum concessimus eidem sextum laneum simulcum cum tercio denario de cunctis maioribus et minoribus recipere pro se ipso facultatem. Datum in Puritnik, in festo beati Anthonii confessoris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

István turóczi prépost és conventjének «Petrus filius Nicolai dicti Csalka de Kraznaluka alias de Csalka» kérelmére 1427. jul. 10-én kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 422. 2. dipl. oszt. 4685. Közli: Kovács N.

---

## 337.

*1357. jan. 29. I. Lajos király György fiúnak Mihálynak budai polgarnak, az erdélyi és lippai kamarák grófjának, Szamoszegh nevű szatmárvármegyei birtokot adományozza.*

.. Lodovicus .. rex .. ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod nos .. intuitum nostre consideracionis in strenuum virum magistrum Michaellem filium Georgii, civem Budensem, comitem camerarum nostrarum salium parcium Transsilvanarum et monetarum de Lyppa, convertentes, considerantesque ipsum inter virtuosos virtute eximia et in constancium numero potissima constancia prefulgere, nimirum dum nostre menti inelabilis sinceritatis sue impressio quodam singulari stigmatate se offerat et exponat, cogimur non immerito magnificis eius obsequiosis meritis et fidelissimis ac placibilibus imo verius opportunis et necessariis serviciis eiusdem magistri Michaelis, que eundem cum summe diligencie studio, ubique sollicite, sincere et habiliter exhibuisse cognovimus, exhibere sentimus in presenti et exhibiturum pro firmo credimus in futurum memoriter retentis et recensitis ipsum amplecti regia dileccione et favore, eque itaque dignum fore estimantes, ut dignis digna et magnis magna impendantur, sudorososque labores copiosa merces reficiat et restauret, cupientes igitur eiusdem magistri Michaelis labores sudorosos linteo remunerationis abstergere, in signum dileccionis nostre specialis quandam villam seu possessionem Zomuszegh vocatam in comitatu Zothmariensi existentem, nostram scilicet regalem et a tempore, quo humane capacitatis memoria non attingit, semper apud manus regias conservatam et de iure nostre regie collacioni pertinentem cum ecclesia in eadem habita, tributis in portu fluvii Zomus et in terra exigi consvetis, necnon .. omnibus aliis suis .. pertinenciis universis .. in superficiis eiusdem existentibus sub suis veris metis et metarum limitacionibus, quibus hactenus per populos et hospites de eadem nomine nostro usa extitit et possessa, eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscitur. nove donacionis nostre titulo, ex beneplacita voluntate .. Elizabeth regine .. genetricis nostre .. ac de consilio et connivencia prelatorum et baronum nostro-

rum prematuro eidem magistro Michaeli instanter supplicanti et per eum suis heredibus . . more et ad instar nobilium regni nostri primorum et principalium, in quorum numero, caterva, et consorcio ipsum in filios filiorum eiusdem . . ex munificencia regali et gracia speciali dono preclare nobilitatis prerogativo decoramus et ditamus, aggregamus et dignum computamus . . contulimus, imo . . conferimus perpetuo . . possidendam . . ac predictam possessionem Zumuszegh vocatam cum omnibus . . utilitatibus . . eidem in indicium nobilitatis eorundem manifestum in perpetuam hereditatem ascribimus presentis privilegii nostri patrocinio mediante, salvis iuribus alienis; volentes ut amodo predictus magister Michael et sui heredes ex nostro dono ea nobilitatis prerogativa et privilegio mero et sincero iamdicte possessionis Zomuszegh vocate dominio perpetuis temporibus pociantur, qua ceteri regni nobiles principales atque primi a temporibus sanctorum et aliorum predecessorum nostrum regum Hungarie illustrium piarum recordacionum consveti sunt gaudere. In cuius donacionis et gracia nostre eidem magistro Michaeli et suis heredibus facte testimonium . . presentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus . . Nicolai . . archiepiscopi ecclesie Colocensis, aule nostre cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, quarto kalendas mensis Februarii, regni autem nostri anno sedecimo. Venerabilibus\*

A pecsét töredéke veres és zöld selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1538. 29. dipl. oszt. 4646. Közli: Kovács N.

---

338.

1357. febr. 4. A szegszárdi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy András fiát Miklóst Taba nevű tolnavármegyei birtokba, miután határait megjáratta, minden ellenmondás nélkül beiktatta.

. . Lodovico . . regi . . conventus monasterii Saxardiensis . . Literas vestre serenitatis autentico sigillo vestro consignatas rece-

\* stb. a záradékban felsorolt egyház- és országnagyok neveit l. Fejér i. m. IX. 2. 581. l.

pimus . . in hec verba. Lodovicus . . rex . . conventui Saxardiensi . . Noveritis quod Nicolaus filius Andree dicti Og ad nostram accedendo presenciam . . supplicavit nostre maiestati, ut donacionem nobilium dominarum relicte Zeuke et Elene consortis magistri Gregorii ac Margarethe filie Nicolai filii Omodei, sororum videlicet quondam Stephani filii Henyz hominis, ut retulit, sine herede decedentis sibi mediantibus literis privilegialibus vestris in facto possessionis eiusdem Stephani Thaba vocate factam, de regia pietate ex gracia speciali benigniter admittere, predictamque possessionem Thaba vocatam, in comitatu Tolnensi existentem predicto Stephano sine herede decesso, nostre collacioni pertinentem, eidem conferre perpetue dignaremur. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis et utrum modo premissa nostre pertineat collacioni nec ne, nobis veritas non constabat . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas vel Johannes de Agar aut Andreas filius Barnabe aliis absentibus homo noster ad faciem predictae possessionis Thaba vocate accedendo, presentibus vicinis et commetaneis et ipsis legitime convocatis eandemque per veras et antiquas metas reambulando ac novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, si eam modo premissa nostre collacioni pertinentem invenerit, statuatur eandem prelibato Nicolao perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem, si qui fuerint, citet eos contra prefatum Nicolaum in nostram presenciam, ad terminum competentem. Et post hec seriem ipsius statucionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Vissegrad, dominico proximo post festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo. Nos igitur . . unacum prefato Thoma de Agar homine celsitudinis vestre unum ex nobis, fratrem videlicet Nicolaum sacerdotem fidedignum ad premissa mandata vestra exequenda pro testimonio transmisimus; qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum conversionis beati Pauli apostoli proxime preteritum, ad faciem predictae possessionis Stephani filii Henis hominis sine herede decedentis Thaba vocate, in comitatu Tolnensi existentis presentibus vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis accessissent et eandem per veras

suas metas et antiquas reambulassent, reambulataque predicto Nicolao filio Andree dicti Og titulo vestre collacionis perpetuo possidendam statuissent et reliquissent nullo contradicatore penitus apparente. Mete autem ipsius possessionis Taba vocate, prout idem homo vestre sublimitatis et nostrum testimonium nobis retulerunt, hoc ordine proceduntur: quod primo incipit a parte possessionis Thoh vocate circa unam arborem tulfa vocatam, iuxta quam a parte meridionali eiusdem arboris essent due mete terre angulares, circa quas alias duas metas terreas de novo erexissent; demum versus partem orientem eundo incidit unam viam erbosam inter possessiones Taba vocatas existentem et in eandem via erbosa versus partem meridionalem currendo, venit usque unam viam magnam, que ducit de villa Taba ad aliam villam similiter Taba vocatam, circa quam viam magnam a parte septemtrionis esset una antiqua meta terrea, iuxta quam aliam novam metam terream erexissent; deinde ipsam viam magnam saliendo ad partem meridionalem versus villam Zenth-Leurinch vocatam currendo, iungit unam metam terream antiquam angularem, circa quam aliam novam metam terream erexissent; abinde versus partem occidentis eundo pervenit ad duas antiquas metas terreas a parte occidentis duarum arborum zylfa vocatarum adiacentes, circa quas alias duas metas terreas de novo erexissent; exinde versus eandem plagam occidentis eundo cadit in aliam viam erbosam et in eadem via inter possessiones Gulay et Taba vocatas versus plagam septemtrionis eundo, pervenit ad tres arbores piri, exinde in eadem via erbosa versus eandem plagam et villam Ighazosbirolth currendo venit usque unam viam magnam, per quam itur de villa Zakal in villam Dalmad ad duas antiquas metas terreas angulares circa eandem viam magnam a parte meridionali adiacentes in fossato, circa quas alias duas metas terreas de novo erexissent. Deinde ipsam viam magnam versus eandem plagam saliendo flectitur ad partem orientis et iungit primas metas ubi inceperant et ibi terminantur. Datum tercio die festi Purificacionis virginis gloriose, anno supradicto.

I. Lajos király 1358. évi átiratából, melyben a királynak Visegrádon 1357. jan. 22-én kelt új adomány levele is át van írva; az átirat eredetije az Inkey cs. iharosberényi ltárában őriztetik. Közli: Kammerer E.

## 339.

*1357. febr. 7. A váradi káptalan előtt, Gerlai János fia János nővérének Katalinnak, Varaserezi Lépes Demeter nejének leánynegyedét békésvármegyei öt birtokból kiadja.*

Capitulum ecclesie Varadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod constituti in nostri presencia Johanne filio Johannis filii Dionisii de Gerla ab una parte, ex altera vero . . sorore eiusdem uterina consorte scilicet nobilis viri Demetrii filii Nicolai dicti Lepes de Waraserezy Katherina vocata, confessum extitit per eundem Johannem filium Johannis . . quod cum ipse laudabili regni consvetudine exigente, eidem nobili domine sorori sue quarta filiali teneatur, matura deliberacione prehabita longoque tractatu precedente quescionis materia arccius evitata ductus amore fraterno, quam haberet erga eandem dominam, de eadem quarta cum possessionibus satisfacere maluisset, nam porciones suas possessionarias in possessionibus Veczten, Magur, Lazlontuisse, Faas et Edeleus vocatis habitas in comitatu de Bekes existentibus totaliter cum omnibus . . pertinenciis earundem universis, videlicet iure patronatus ecclesiarum in villa Cholch sub honore Omnium Sanctorum et in eodem Edeleus in nomine sancti Martini confessoris constructarum, locis sessionum, terris arabilibus . . ponte et lucro eiusdem in dicta Vezten constituto et generaliter quibuslibet aliis, que nunc essent vel fieri possent in futurum sub eisdem metis et terminis sub quibus per ipsum et suos progenitores possesse exstitissent ab antiquo, eidem nobili domine sorori sue pro quarta sua puellari et per consequens ipsi magistro Demetrio marito eiusdem domine ac eorum heredibus . . precise, exclusa quarta alterius sororis sue et exceptive circumscripta . . contulisset ac coram nobis . . contulit iure perpetuo . . possidendas . . nullo iure proprietario . . pro se et suis heredibus . . in eisdem reservato, extrahens se pure et simpliciter ab eisdem . . obligans se nihilominus idem Johannes filius Johannis et suos heredes prenominatam nobilem dominam, maritum et heredes eiusdem universos racione predictarum possessionariarum porcionum in prescriptis possessionibus habitarum . . ab omnibus inquietare volentibus expedire . . et contra quos-

libet impetitores in pacifico dominio eorundem . . perpetuo conservare, quod si facere nollet vel non posset et eandem dominam cum suis successoribus per quempiam occasione premissae quarte puellaris molestare contingeret, de aliis possessionibus suis porciones possessionarias premissis possessionariis iuribus premissae domine modo quo supra donatis, equivalentes . . annotate domine sorori sue et eius heredibus, excepta, ut premititur, quarta alterius sororis sue, dare et conservare et titulo supradicto perpetuare teneretur . . super qua quidem donacione eadem domina . . reddens eundem Johannem fratrem suum super eadem quarta sua filiali testimonio presencium per omnia expeditum, renuncians omni iuri, si quod quicumque ultra predictas porciones possessionarias in possessionibus aviticiis et paternis habere valuisset . . Datum tertia feria proxima post festum beate Agathe virginis et martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo septimo . . Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode . . existentibus.

I. Lajos királynak 1364. sept. 28-án «Demetrius filius Nicolai dicti Lepes de Varaserezy in sua ac domine Katherine consortis sue» személyében előterjesztett kérésére, jeles alakban kiadott átiratából, melyet ismét az erdélyi káptalan 1395. apr. 24-én Almakeréki Apa fia Péter kérésére átírt, mely utóbbi átirat eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1684. 3. dipl. oszt. 4913. Közli: Kovács N.

## 340.

*1357. febr. 12. A zalarári convent előtt, Sandi Nagy István özregye Katalin fehéregyházi Pál leánya, Sandi birtokrészt, mely őt leánynegyedi czímen illette, morouchi Domonkos fiának Péternek zálogba adja.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala . . significamus . . quod nobilis domina Elizabeth vocata, relicta Iwanch magni de Sond, filia videlicet Pauli de Feyereghaz coram nobis personaliter constituta . . est confessa, quod ipsa totalem possessionariam porcionem suam ipsam in dicta possessione Sond contingentem, videlicet quinque fundos curiarum et medium, quos Johannes filius predicti Iwanch filiulus eiusdem domine racione dotis et rerum suarum parafernaliū

sibi perpetuo . . assignasset, sicut dixit, ex consensu Georgii personaliter ipsi domine astantis, necnon Andree, pro quo idem Georgius frater suus cum sufficientibus literis procuratoriis conventus ecclesie Simigiensis comparuit, fratrum domine antedictae, magistro Petro filio Dominici de Moruch cum . . utilitatibus suis universis pro quinquaginta marcis denariorum viennensium plene habitis, videlicet, pro iuribus suis dotalicis . . assignasset perpetuo . . possidendam . . pro eo, quod idem Johannes eandem dominam in dictis quinque fundis curiarum et medio statu pacifico non conservavit ac eosdem desolari fecit, prout dixit, tali tamen moderamine mediante, quod si prenotatus Johannes, et nullus alter, dictos quinque fundos et medium . . cum propria sua pecunia et non pro aliena pro dicta pecunie qualitate et quantitate redimere poterit aut voluerit, liberam redimendi habebit facultatem ac idem magister Petrus premissa recepta pecunia prescripta remittere . . tenebitur Johanni antedicto . . Datum die dominica, qua cantatur officium Exsurge, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 5. 8. dipl. oszt. 4647. Közli: Kovács. N.

341.

*1357. febr. 23. A csázmái káptalan a gerzenczei vár területén fekvő egyik szőlőjét, mely távolsága miatt az ellenséges szomszédok által többször pusztított és nem igen volt őrizhető, Stanech fiának Máténak gerzenczei várjobbágnak előörökíti.*

Capitulum Chasmensis ecclesie . . ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum quedam vinea nostre communitatis in montibus castri de Gresencha, per quosdam vicinos et inimicos sancte matris ecclesie sepe sepius suis fructibus seu palis ac aliis utilitatibus devastabatur, necnon custodia eiusdem propter terram longinquam fieri poterat per nostrates, et ex eo labores nostrorum iobagionum in nihilum redundabant, imo potius plures angustie et tribulationes nostro honori pro eo generabantur seu eveniebant, ideo volentes huiusmodi morbo pestifero sanioris ingenio nostri cordis in armiolo con-



cepto obviare, pro commodo nostri status meliori ipsam vineam nostram antiquatam et pluries, ut predicatur, devastatam confitemur auctoritate presencium in concambium cuiusdam vinee Mathewo filii Stanech iobagionis castri predicti, in nostro territorio, inter porciones vinearum iobagionum nostrorum Mogdal, Gregorius et Benedictus nominatorum, adiacenti, eidem Mathewo et per eum suis heredibus . . . tradidisse et assignasse irrevocabiliter . . . possidendam, habitis insuper quinque marcis integraliter ab eodem denariorum bonorum viennensium et expenditis per nos pro quibusdam necessitatibus nostre ecclesie prenotate; literas vero, quibus mediantibus predictus Mathevo vineam nobis traditam optinebat, ad manus nostras assumpsit assignare, si vero reddere nequiret auctoritate presencium mortuas reliquit, et si unquam per quempiam in lucem proferentur, et nihilominus nos et nostros successores racione prefate vinee impedire volentibus expedire laboribus suis propriis et expensis, tali obligatione interposita, si expedire ipse et sui successores in premissis non valerent, extunc premissa ordinacio seu concambium eo facile infrangentur; ad hoc eciam idem Mathevo quandam plantulam vinee sue, per eundem emticiam et plantatam, in recompensacionem similiter vinee nostre predicte in nostro territorio existentem admisit et reliquit sessioni seu fundo curie sue in libera villa nostra situata more aliorum iobagionum nostrorum possidendam et nostro dominio conservaturam . . . Datum feria quinta proxima ante dominicam Invo-cavit, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hártyján, a pecsét sárga és szederjes színű selymen függött; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 34372. Közli: Kovács N.

## 342.

*1357. Szentimre, mart. 5. Domokos erdélyi alvajda és Fejér vármegye két szolgabirája előtt, Dalyai Miklós fiai, Bodon fia János megöletéséért Mihály fiát Balázst, a megöltnek nagybátyját, harmadfél márka és egy fertó megfizetésével kielégítik.*

Nos Dominicus vicevoivoda Transsilvanus, item Bakou de Myhalehfalua et Stephanus de Syle iudices nobilium comitatus

Albensis damus pro memoria, quod cum Hennjngh, Nicolaus, Sandur et Ladislaus filii Nicolai de Dalya iuxta continenciam priorum literarum nostrarum patencium sub obligamine et condicionibus in eisdem insertis ratione mortis seu interfeccionis Johannis filii Budon, fratris patruelis Blasii filii Michaelis famuli magistri Ladislai filii Blasii de Tyur, per annotatum Nicolaum de Dalya patrem videlicet ipsorum Hennjngh, Nicolai, Sandur et Ladislai, ut dicitur, interfecti, terciam dimidiam marcas et fertonem, marcarn quamlibet cum decem pensis computando, in octavis diei Cinerum proxime nunc preteritis eidem Blasio filio Michaelis solvere debuissent coram nobis, ipso termino adveniente prenotati filii Nicolai ipsas terciam dimidiam marcas cum fertone ipsi Blasio personaliter recipienti persolverunt coram nobis, ut debebant, super quibus eisdem filios Nicolai prenominatus Blasius reddidit expeditos . . Datum in Sancto Emerico, quinque (*igy*) die octavarum Cinerum prenotatarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán három pecsét töredékeivel; eredetije a gr. Bethlen ca. ltárában a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 343.

*1357. Visegrád, mart. 7. I. Lajos király az ország összes törvényhatóságainak meghagyja, hogy István zágrábi püspök és testvére János alattvalói felett, a bűntények kivételével, ne bíraskodjanak.*

Lodovicus . . rex . . universis prelatiis, baronibus, comitibus, castellanis nobilibus et officialibus eorumdem, item civitatibus et liberis villis earumque rectoribus, iudicibus seu villicis, quorum noticie presencium continencia fuerit manifesta . . Dicit nobis . . Stephanus . . episcopus ecclesie Zagrabiensis in sua et magistri Johannis fratris sui in personis, quod cum iobagiones ipsorum et famuli impossessionati cum eorum rebus et bonis ad possessiones, tenutas in vestri medium accederent, nulla prius ab ipsis vel eorum officialibus, ut conveniens esset, iusticia postulata per vos et ad vos pertinentes in vestri medio creberrime prohiberentur et arestarentur atque iudi-

carentur, unde cum antiqua regni consuetudo id requirat, ut quilibet nobilis et homo possessionatus suos iobagiones et famulos im possessionatos in suis possessionibus more et ad instar iobagionum commorantes et in quibuslibet causis, exceptis duntaxat furti, latrocinii publici et aliis causis criminalibus, ipsorum habeat iudicandi facultatem, volumus et fidelitati vestre firmo regio sub edicto damus in mandatis, quatenus prefatos iobagiones et famulos im possessionatos prefatorum domini Stephani episcopi et magistri Johannis in eorum possessionibus more iobagionum residentes cum eorum rebus et bonis ad communes possessiones et in vestri medium accesserint, eosdem iudicare, prohibere et arestare nullatenus presummatis, sed qui ex vobis quicumque accionis vel quescionis materiam contra iobagiones et familiares im possessionatos predictorum domini Stephani episcopi et magistri Johannis fratris sui haberent vel sunt habituri, hi in presencia eorundem vel officialium ipsorum exequantur, iuris ordine adhibito, qui si in reddenda iusticia cuiquam tepidi vel remissi exstiterint, extunc non iidem iobagiones vel famuli im possessionati, sed dicti dominus Stephanus episcopus et magister Johannes frater suus, domini eorum, vel officiales ipsorum in nostram presenciam legitime evocentur, ex parte quorum sufficiens iusticie exhibebitur complementum omni querulanti. Datum in Wissegrad, feria tertia proxima post dominicam Reminiscere, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján a nagy királyi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1698. 90. dipl. oszt. 4649. Közli: Kovács N.

---

344.

*1357. mart. 14. A váradi káptalan Kont Miklós nádornak jelenti, hogy Kállai Demeter és László kérésére teljesített vizsgálat következtében meggyőződött, hogy a Harang nevű birtokra vonatkozó oklevelek Kállai András egyik jobbágyánál tűz által megsemmisültek.*

Nicolao Konth . . palatino et iudici comanorum . . capitulum ecclesie Varadiensis. Literas vestre magnitudinis reveren-

ter recepimus in hec verba . . capitulo ecclesie Varadiensis Nicolaus Konth . . palatinus et iudex comanorum. Dicitur nobis in personis Demetrii et Ladislai filiorum Ivan filii Egidii de Kallow, quod magister Andreas frater ipsorum plurima literalia eorum instrumenta super facto possessionis ipsorum habita, specialiter vero in facto possessionis eorum Harang vocate emanata, cum quibusdam rebus ipsorum erga Johannem dictum Nemeth iobagionem et officialem eorum de eadem Kallow ad conservandum reliquisset, que eorum instrumenta atque res in domo eiusdem Johannis in quam et idem Johannes cum suis pueris et rebus universis casualiter concrematus extitisset, combusta fuisset atque concremata, super quo amiciciam vestram . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ivan filius Cosme de Jakow vel Lorandus de Lyder aut Johannes filius Nicolai de Meger seu Andreas de Kyrth, aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus decet et licet . . inquirat de premissis omnimodam veritatem, post hec prout vobis veritas constiterit premissorum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Visegrad, in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo. Nos igitur . . unacum predicto Johanne de Meger homine vestro . . Andream sacerdotem chori ecclesie nostre transmisimus ad premissa . . exsequenda, qui demum . . retulerunt, quod ipsi in comitatu de Zabouch procedendo, ab omnibus . . specialiterque a vicinis et commetaneis dicte possessionis Kallow facta diligenti inquisicione . . de premissis talem comperissent . . veritatem, quod olim feria tertia proxima post dominicam Reminiscere, cuius nunc proxime quinta preterisset revolutio annualis, predictus Johannes dictus Nemeth, tunc iobagio et officialis eorundem filiorum Ivan de dicta Kallow, in cuius domo et erga quem annotatus magister Andreas filius Ivan plures res et literalia sua instrumenta ad conservandum in deposito reliquisset, cum uno puero suo miserabiliter igne concremati et mortui extitissent modo supradicto. In cuius quidem exuscionis tempore et dicta literalia instrumenta et res eorundem filiorum Ivan, specialiterque memorate litere super predicta possessione Harang confecte, combuste

fuissent in domo Johannis dicti Nemeth prenotati. Datum feria tertia proxima post dominicam Oculi, anno supradicto.

Domokos leleszi prépostnak és a conventnek Kállai Demeter fiai János és Szaniszló kérésére kiállított átiratából, melyben az egri káptalannak 1357. febr. 10-én kelt s a föntebbihez egészen hasonló tartalmú jelentése szintén át van írva; a leleszi convent oklevele, melyen az oklevél romlott volta miatt az évszám már ki nem vehető, az Orsz. Ltárban őriztetik, N. R. A. 1766. 11. dipl. oszt. 4645. Közli: Kovács N.

---

345.

*1357. Visegrád, mart. 14. I. Lajos király Horvátim unokáinak, továbbá Stepanch fiának Gergelynek, grebeni és dlamuchi nemeseknek megígéri, hogy ha szándékokhoz híven, hozzá és nejéhez visszatérnek, váraikat és jószágaikat visszuadja és a boszniai bán hatósága alól őket fölmenti.*

Lodovicus . . rex . . fidelibus suis Gregorio et Ladislao filiis Pauli filii Horuatim ac Gregorio filio Stepanch nobilibus de Greben et de Dlamuch salutem et gratiam. Quia certa relatione percepimus, vos habere propositum ad nos convertendi, ideo promittimus vobis, ut si dictum propositum vestrum effectui curabitis mancipare et ad fidelitatem vobis et sacre regie corone ac regine consorti nostre carissime exhibendam, conversi fueritis, tunc omnia castra et possessiones vestras hereditarias et titulo iuris hereditarii ad vos pertinentes, vobis confirmabimus irrevocabiliter possidendas et in vestris conservabimus libertatibus consvetis, a potestate et iurisdictione bani Bosnensis vos in perpetuum eximendo, et sub speciali nostra regia protectione protegendo et conservando. Datum in Wysegrad, feria tertia proxima post festum beati Gregorii pape, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quingagesimo septimo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1698. 89. dipl. oszt. 4650. Közli: Kovács N.

---

## 346.

1357. Visegrad, mart. 17. I. Lajos király előtt, Olivér királynői országbíró, Szatmár és Ugocsa vármegyék főispánja, Pál Magyar Dénes fiainak az atyjuktól bírólag lefoglalt szatmárvármegyei birtokokat, miután azokat királdtották, visszaadja.

Nos Lodovicus . . rex . . memorie commendamus . . quod magister Oliverius iudex curie reginalis maiestatis, comesque Zathmariensis et de Vgocha coram nobis constitutus confessus extitit . . quod Dionisius dictus Magyar de Paly in congregatione sua generali universitati nobilium comitatus Zathmariensis predicti celebrata, contra Petrum filium Michaelis filii Egidii de eadem Paly in facto potenciali convictus fuisset et pro huiusmodi gravamine possessiones ipsius Dionisii in dicto comitatu Zathmariensi habitas pro se fecisset occupari, quas possessiones nunc Ladislaus, Stephanus et Dionisius parvus filii ipsius Dionisii dicti Magyar simul cum capite ipsius Dionisii patris eorum ab ipso tamquam a iudice suo ordinario per omnia redimisset, ipseque ipsas possessiones filiis dicti Dionisii memoratis resignando et remittendo, predictum Dionisium dictum Magyar super totali huiusmodi gravamine, quo, ut premittitur, fuisset aggravatus, ex parte sua veluti iudicis ordinarii prorsus expeditum commisisset et omnino, salva tamen partis adverse porcione . . Datum in Vysegrad, feria sexta proxima ante dominicam Letare, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L-mo septimo.

Hátlapján kis gyűrűs pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 10. 54. dipl. oszt. 4651. Közli: Kovács N.

## 347.

1357. Esztergom, mart. 20. Péter nógrádi főesperes és püspöki helyettes bizonyítja, hogy Gál fiai Mihály és Pál semberi nemesek és társaik, Katalint Semberi Mikocha fia Miklós özvegyét, hitbére és hozományára nézve kielégítették.

Nos Petrus archidiaconus Newgradiensis gerens officium vicariatus memorie commendamus, quod cum secundum conti-

nenciam priorum literarum nostrarum solucionalium, Michael et Paulus filii Galli, Johannes filius Nicolai, Sawlus filius Johannis ac Georgius nobiles de Sembur, duas marcas cum media, videlicet eorum quilibet mediam marcā, nobili domine Katerine relicte Nicolai filii Mykocha de eadem Sembur racione sue dotis et rerum parafernalium eidem iuxta regni consuetudinem provenienti, in die Medii Quadragesime solvere debuissent coram nobis, ipso termino adveniente predicti nobiles, videlicet filii Galli, Johannes filius Nicolai et Saulus filius Johannis personāliter, pro Georgio vero predicto prescriptus Michael filius Galli cum procuratoriis literis capituli Bachiensis astantes, Benedicto filio Lukachy in persona prelibate nobilis domine cum procuratoriis literis religiosi conventus sancti Benedicti de iuxta Gron astanti et ipsam pecuniam recipienti, predictas duas marcas cum media, videlicet eorum quilibet mediam marcā, racione dotis et rerum parafernalium prelibate nobili domine Katerine proveniente, persolverunt coram nobis, ideo nos eosdem Paulum et Michaelem filios Galli, Johannem filium Nicolai, Saulum filium Johannis ac Georgium nobiles de Sembur, contra prefatam nobilem dominam Katherinam relictam Nicolai filii Mykocha pretextu dotis et rerum parafernalium suarum ab eisdem proveniencium, commisimus expeditos . . Datum Strigonii, sexto die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 24424. Közli: Kovács N.

---

348.

*1357. Visegrád, mart. 22. Szécsi Miklós országbíró a Macsalai Péter fiai s Kántor Bereczk és Loránt között, három szatmárvármegyei birtok iránt folyt pert, elhalasztja.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . damus pro memoria, quod cum Nicolaus rufus pro Johanne et Herrico filiis Petri filii Marcelli de Machala . . iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in die Medii Quadragesime ad nostram veniendo presenciam, contra Briccium et Lorandum dictos Kantor, in facto contradiccionis quarumdam metarum cuiusdam

possessionis eorumdem filiorum Petri Radalph vocate in comitatu Zathmariensi existentis a parte possessionum predictorum Briccii et Lorandi Hodaz, Martuny et Ruzka nominatarum agere et proponere voluisset, quia Emericus filius Pauli pro prefatis Briccio et Lorando cum procuratoriis literis capituli ecclesie Varadiensis exurgendo, eosdem Briccium ac Lorandum dictos Kantor absque interessencia Johannis fratris ipsorum carnalis necnon Nicolai filii Stephani dicti Kantor similiter fratris eorum patruelis, cum quibus ipsi in dictis possessionibus eorum nondum adhuc divisionem fecissent perennem, respondere non posse referebat, ideo discussionem ipsius cause ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas duximus peremptorie prorogandam eo modo, ut prescripti Johannes et Hericus ad predictas octavas eosdem Johannem et Nicolaum per formam legitime citacionis vel aliter quomodocunque poterunt in nostram presenciam in causam attrahere teneantur, ut his adductis super premissis quid fieri oporteat facere valeamus iure exposcente. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán ép pecséttel; eredetije a N. Muzeumban a Kállay es. ltárában.

## 349.

*1357. Visegrád, mart. 22. Szécsi Miklós országbíró Mihály fia Miklósnak és társainak, Mykch bán unokája Lóránd fia ellen, Strachina, Syvednik, Orlyvagasa másképp Ujfalú s Dombouicha nevű birtokok és egy ruten falu iránt folyt perében halasztást ad.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, memorie commendamus, quod causam quam Nicolaus filius Michaelis et Johannes filius Deseu, pro quibus Nicolaus filius Pauli de Babapataka et Petrus filius Johannis cum procuratoriis literis capituli ecclesie Scepesiensis astiterunt, contra Nicolaum filium magistri Lorandi filii Mykch condam bani, pro quo Dominicus filius Nicolai, cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Jazou comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum formam iudicii nostri exprimencium et eiusdem capituli Scepesiensis domino nostro



regi rescripcionalium, in die Medii Quadragesime in facto contradiccioniis statucionis possessionum Strachyna, Syuednik, Orlynagasa alio nomine Wyfalu ac Dombouicha vocatarum et cuiusdam ville cuius incole essent ruteni movere habebant coram nobis, de parciū procuratorum voluntate ad octavas festi Penthecostes nunc proxime venturas duximus perennaliter prorogandam, eo modo, ut ipse partes tercio die festi beati Georgii martyris nunc proxime venturo, ad claustrum sancti Stanizlai martyris in Sarus habitum accedendo, probos et nobiles viros adducerent, et si ipse Nicolaus filius magistri Lorandi inibi non concordaret et in facto dictarum possessionum concordiam seu compositionem in dictis octavis festi Penthecostis coram nobis non recitaret vel fateri non faceret, tunc idem Nicolaus tres marcas cum promptis denariis in eisdem octavis festi Penthecostes nobis et ipsis partibus adversis ante litis ingressum deponere tenerentur coram nobis . . Datum in Wysegrad octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pocsét nyomaival; eredetije az Orsz. Itárban. N. R. A. 1538. 30. dipl. oszt. 4653. Közli: Kovács N.

## 350.

*1357. mart. 28. A pozsonyi káptalan előtt Daytai Gergyen fia Tamás, a Modorba vezető út mellett tíz hold földet, Báhoni Wel Pajornak s utódainak elzálogosít.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis significamus . . quod Thomas filius Gergyen de Dayta in nostri presencia personaliter constitutus decem iugera terrarum de suis terris arabilibus in eadem Dayta penes magnam viam, que itur versus Modram in uno loco habita, a data presencium usque viginti annos integros pro una libra denariorum Wel Pajor et suis heredibus de Bahon maiori pignori obligasset imo obligavit coram nobis, tali modo, quod revolutis ipsis viginti annis predicta decem iugera eidem Thome et suis heredibus salva remanebunt . . sine solucione pecunie aliqualis; medio vero tempore prefatus Thomas ipsum Wel racione premissa assumsit defensare . . Datum feria tercia

proxima post dominicam Judica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Itárban N. B. A. 380. 7. dipl. oszt. 4652. Közli: Kovács N.

---

351.

*1357. mart. 28. I. Lajos király a gyulafejevári káptalant kiküldi, hogy Sándor fiát Miklóst, Olchonai István magtalanul elhalt fiai Werus és István után a királyra szállt és az erdélyi részekben fekvő nyolcz birtokba vezesse be.*

Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Albensis Transilvane . . noveritis, quod magister Nicolaus filius Sandur miles . . ad nostre maiestatis accedendo presenciam, suas fidelitates . . et merita nobis exhibitas . . proponens . . quasdam possessiones et possessionarias porciones quondam Werus et Stephani filiorum Stephani dicti de Olchona hominum, sicut dicitur, sine herede decedencium videlicet Corlathteluke, Kuesd, Byrges, Iwanfalua, Salatna, Magare, Fetundorph et Emrustuh vocatas in partibus Transsilvanis existentes, pretactos scilicet Werus et Stephanum filios Stephani sine herede decedentes tangentes, manibus nostris regis, ut prefertur, omni iuris titulo devolutas, sibi dari et conferri perpetuo postulavit; verum quia de qualitate et quantitate dictarum possessionum, et utrum modo premissis nostre de iure pertineant collacioni nec ne, nobis veritas non constat, ideo . . mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Akus de Hydegurz vel Jacobus filius Michaelis de Almas aut Michael filius Hennyng de Segusvar, aliis absentibus homo noster, presentibus vicinis et commetaneis dictarum possessionum, et ipsis legitime convocatis ad faciem earundem accedendo, ipsasque per veras et antiquas metas reambulando, ac novas metas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, si easdem modo premissis nostre collacioni invenerit pertinentes, statuatur magistro Nicolao prenotato titulo nostre collacionis perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictoribus autem, si qui fuerint, contra eundem in voivode Transsilvani presenciam ad terminum competentem legitime

evocatis; et post hec seriem ipsius statucionis cum cursibus metarum nobis vel nomina citatorum et terminum assignatum eidem voivode . . rescribatis. Datum in Wysegrad, feria tertia proxima post dominicam Judica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

• Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. ltárban dipl. oszt. 30664. Közli: Kovács N.

---

352.

*1357. Körös, apr. 4. Körös vármegye alispánja és szolgabirái előtt, János fia János és társai, továbbá Dénes pap és György szenternei birtokosok. peres határaik felett kiegyeznek.*

Nos magister Paulus magnus comes Crisiensis et castellanus de minori Kemluk ac iudices nobilium dicti comitatus memorie commendamus . . quod magistro Johanne filio Johannis, Dionisio et Emerico filiis suis ab una, item Egidio filio Isaac, Petro et Johanne filiis eiusdem pro se, pro Dionisio vero sacerdote et Georgio predicti Egidius pater ac Petrus et Johannes fratres eorum coram nobis constitutis, propositum extitit per eosdem . . quod licet inter ipsos in facto metarum possessionis Zenterney vocate contencio quodam modo facta extitisset, tamen compositione . . quamplurimorum proborum nobilium virorum interveniente, propter pacis tranquillitatem, metas dicte possessionis inter se duraturas perpetuo, prout inferius patebit, erexissent. Prima meta incipit ab oriente de fluvio Kamethnycha, ubi est arbor twl meta terrea circumfusa, abhinc directe per campum versus occidentem venit ad aliam arborem twl cruce signatam, meta terrea circumfusam, demum ad occidentem transit quandam viam et venit ad duas arbores pomi silvestris et keurus meta terrea circumfusam, sitas iuxta fluvium Chornhot; assummentes eciam iidem et obligantes se, quod quandocumque prefatus Dionisius sacerdos et Georgius temporis in processu in facto metarum dicte possessionis Zenterney aliquam moverint quescionem, tunc prefati Egidius pater et Petrus ac Johannes fratres eorum, propriis ipsorum laboribus et expensis eosdem magistrum Johannem et filios suos expedire

tenerentur. Datum in Crisio, feria tertia proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival: eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 446. 20. dipl. oszt. 33343. Közli: Kovács N.

---

353.

*1357. Visegrád, apr. 6. Erzsébet királyné lovászmesterének Morocskónak Bereg vármegye ispánjának meghagyja, hogy a királyné várii népei és István között föntforgott peres ügyet intézze el.*

Elizabeth dei gracia regina Hungarie fideli suo Morochkoni magistro agazonum suorum et comiti de Beregh vel eius vicecomiti de eodem comitatu . . Noveritis, quod Johannes dictus Taar de partibus illis ad nos rediens nobis dixit, quod iobagiones nostri de Wary racione ablacionis porcorum Stephani filii Stephani, quos porcos idem Stephanus per ipsos iobagiones nostros receptos potencialiter fore asserebat, triginta duas marcas compoti illius terre dare voluissent, sed idem Stephanus filius Stephani ipsam pecuniam tunc recipere distulisset. Et quia idem Stephanus nunc extitit super premissis conquestus nostre maiestati, ideo . . mandamus, quatenus si prefati iobagiones modo premissis convencionem habere voluerint, extunc inter ipsos ab una et inter predictum Stephanum filium Stephani pacem et concordiam ordinare procuretis, predictas triginta duas marcas ad compotum Budensem ipsi Stephano persolvi faciendo. Ex parte eciam iobagionum nostrorum de Torpa super ablacione porcorum numero centum et quinquaginta satisfaccionem impendere rescita veritate debeat iusticia mediante, aliud non facturi. Datum in Wysegrad, in die Cene domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Hátlapján gyűrűs pecsét nyomaival, a pecsét helyén «commissio regine per D. notarium»; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. Ltárban; u. ott megvan a királynénak a föntebbi ügyben a nevezett főispánhoz intézett másik levele is 1357. jul. 24-ről.

---

## 354.

*1357. apr. 6. A csanádi káptalan előtt, Bodor fia Jakab apori nemes, Szentmiklós nevű csanádvármegyei birtokát Kerekegyházi László a székelyek hajdani ispánja nejének, zálogba adja.*

Capitulum ecclesie Chanadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presentiam Jacobus filius Bodor nobilis de Apoor ab una, parte vero ex altera . . Nicolaus capellanus magistri Ladislai de Kerekeghaz quondam comitis sicularum in persona nobilis domine Margarethe consortis ipsius magistri Ladislai, filie Pousa, cum sufficientibus literis procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Orodienensis, idem Jacobus . . est confessus, quod quandam possessionem suam hereditariam Scenthmiclos vocatam in comitatu Chanadiensi adiacentem iuxta aquam Morisii in vicinitate possessionum Sceuleus et Obun vocatarum, dicte nobili domine Margarete consorti magistri Ladislai filie videlicet Pousa, a festo beati Georgii martyris proxime venturo usque ad terciam revolutionem annualem, pro ducentis florenis aureis coram nobis plene receptis, pignori . . obligavit . . tali vinculo . . mediante, quod si idem Jacobus dictam pecunie quantitatem in dicto termino eidem nobili domine Margarethe . . persolverit, extunc dicta possessio in manus . . ipsius Jacobi revolveretur, si vero terminum prefixum idem Jacobus in solvendo negligeret, extunc penam dupli erit incursum eo facto . . Datum per manus magistri Nicolai lectoris ecclesie nostre, feria quinta proxima ante festum Pasche domini, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo . . presentibus . . magistro Michaele preposito cathedrali, Michaele cantore, Mathia custode, Stephano Thymisyensi, Nicolao Ultramorysiensi, Martino de Crassow archidiaconis, Petro Transsilvano, Stephano, Gregorio, Petro Quinqueecclesiensi et Ladislao de Zombor canonicis . .

Hártyán, a pecsét veres selymen függött; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 587. 21. dipl. oszt. 4659. Közli: Kovács N.

## 355.

*1357. apr. 12. A Huntpáznán nemzetségből származott Lampert fia István és társai buni nemesek, mindazon jogaikat, melyek Pecheen, Loboy, Gubunya és Chutere nevű birtokokban őket megillették, háladoságból Kont Miklós nádorra és testvérére Lökösre átruházzák.*

. . Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . Lodovici . . regis . . ad universorum noticia . . volumus pervenire, quod . . Nicolao Konth palatino et iudice comanorum ac Leukus magistro dapiferorum et pincernarum predicti domini nostri regis, fratre eiusdem ab una, Stephano filio Lamperti, Demetrio filio Ugrini et Nicolao dicto Cheh, filio Petri de genere Hunthpaznan nobilibus de Bwn, parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem . . propositum extitit . . in hunc modum, quod quia memorati Nicolaus palatinus et magister Leukus, frater eiusdem, ipsis omni favore et dilectione extitissent in omnibusque eorum iustis et legitimis processibus ac negociis in presencia regie maiestatis ac domine regine consortis eiusdem domini nostri regis karissime, baronumque suorum locis et temporibus opportunis bono consilio, opere et favore iusticia requirente affuisent atque astitissent in futurumque exigente iusticia adesse spondissent, pro eo totum ius ac omnia iura ipsorum, si que in possessionibus Pecheen, Loboy, Gubunya et Chuthere nuncupatis per regiam maiestatem eidem Nicolao Konth palatino et magistro Leukus fratri suo, pro ipsorum fidelibus serviciis perpetuo . . collatis, habuissent aut quovis modo habere potuissent . . nostri in presencia resignarunt, in prelibatosque Nicolaum palatinum et magistrum Leukus fratrem eiusdem, ipsorumque heredes ac successores pure et simpliciter in perpetuum transtulerunt, easdem possessiones in quantum eedem ipsos attigissent, ipsis Nicolao Konth palatino ac magistro Leukus fratri suo eorumque . . successoribus, iuxta premissam regiam collacionem, iure perpetuo . . possidere relinquentes; universa nihilominus eorum literalia instrumenta . . super facto predictarum possessionum . . emanata, contra eosdem Nicolaum Konth palatinum et magistrum Leukus fratrem suum, ipso-

rumque . . successores vana . . comiserunt eomodo, ut ubicunque eadem contra ipsos exhiberentur, cassa fierent . . viribusque omnino haberentur caritura; obligantes se insuper prelibati Stephanus filius Lamperti, Demetrius filius Vgrini et Nicolaus dictus Cheh filius Petri, ut si ipsi vel eorum . . successores super facto prelibatarum possessionum Pecheen, Loboy, Gubunya et Chuthere vocatarum, contra sepefatos Nicolaum palatinum, magistrum Leukus fratrem ipsius, ipsorumque . . successores, aliquam litis materiam suscitant, extunc in succubitu duelli facti potencialis convincerentur eo facto . . Datum in Vissegrad, quarto die festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

A pecsét rózsaszínű s zold selyem-sodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 548. 19. dipl. oszt. 4660. Közli: Kovács N.

## 356.

*1357. Tata, apr. 17. Zuchk fia Péter és társai, pócsi nemesek, Komárom vármegye alispánja és szolgabirdi részére bizonyos költségek megfizetésére magukat kötelezik.*

Nos Laurencius filius Mathei de Vnd vicecomes Kamariensis et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod in quindenis datarum presencium Petrus filius Zuchk, Thomas et Emericus filii Andree ac Jacobus filius Thome de Poch nobis pro placacione nostra novem pensas denariorum viennensium persolvere tenebantur sine crastinacione, quod si secus fecerint penam dupli incurrant ipso facto, ad quod se prefati nobiles de Poch sponte obligarunt coram nobis. Datum in Tata, feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem millesimo tercentesimo quinquagesimo septimo.

Zárlatán pecséték nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1671. 79. dipl. oszt. 4661. Közli: Kovács N.

## 357.

*1357. apr. 19. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy parancsára Modor városa határát megjáratta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum Budensis ecclesie . . Litteras vestre celsitudinis . . recepimus in hec verba : Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Budensis . . Cum nos metas possessionis nostre Modor vocate in comitatu Posoniensi existentis reambulare novasque iuxta veteres erigi et sic ab aliorum possessionibus separari velimus . . fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente, Jacobus filius Peer aule nostre iuvenis de aula nostra ad hoc specialiter transmissus, ad faciem dicte possessionis nostre . . accedendo, reambulet ipsam . . reambulatumque et ab aliorum possessionibus distinctam relinquet eandem populis nostris de eadem ad utendum, contradictione quorumlibet, eo quod in reambulacione eiusdem complures contradicentes nullam rationem contradiccionis eorum assignare curarunt, non obstante, committendo, ut si aliqui quicquam iuris sperarent se habere in eadem, exsequantur in presencia nostre maiestatis, et tandem tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post dominicam Judica, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo. Nos igitur . . cum predicto Jacobo filio Peer . . homine vestro nostrum hominem . . magistrum Petrum socium et concanonicum nostrum ad premissa vestra precepta prosequenda pro testimonio duximus destinandum, qui demum . . retulerunt, quod secunda feria et tertia feria proximis post dominicam Ramispalmarum proxime preteritam ad faciem predictae possessionis vestre Modor vocate in comitatu Posoniensi existentis, vicinis et comitaneis eiusdem universis legitime convocatis et presentibus accessissent, et ipsam per suas veteres metas et antiquas novas metas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, ut infra dicitur, reambulassent reambulatumque et ab aliorum possessionibus distinctam et separatam populis vestris de eadem Modor iuxta preceptum vestrum contradictione alicuius non obstante reliquissent ad utendum, commisissent eciam, ut si aliqui quic-



cunque iuris sperarent se habere de eadem, exsequantur in presencia vestre maiestatis. Cuius quidem possessionis mete, ut iidem homines vester et noster retulerunt, hoc ordine distinguerentur: prima meta inciperet super unum montem, qui vocatur Kweshegh, ubi est quedam vallis et in eadem valle esset quedam via magna, per quam iretur de villa Dombo ad quandam silvam et citra eandem viam magnam unam metam terream de novo erexissent a parte aquilonali, que meta distingueret quandam silvam, que vocatur fenyeverdew a silva castri, quod castrum vocatur Vereskew; deinde transiret infra per eundem montem per magnum spacium versus partem aquilonalem, veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent, deinde iret ad eandem partem orientalem ad aliam metam terream antiquam, circa quam aliam metam terream de novo erexissent; deinde procedendo infra ad eandem partem orientalem veniret ad unam metam de novo erectam, inde ad eandem partem orientalem unam aliam metam de novo erexissent; deinde transeundo flecteretur ad partem meridionalem et transiret unam magnam viam, que via transiret de villa Modor ad villam Dombo, circa quam viam esset una meta antiqua, circa quam aliam metam terream de novo erexissent, que meta distinguerentur (*igy*) predictam possessionem Modor de villa Dombo et de villa Kysfalu vocatis, ubi determinate essent mete inter possessionem Modor et inter possessionem Dombo et ibi inciperet currere inter ipsam possessionem Modor et possessionem Kysfalu, transeundo quoddam pratum ad longum spacium versus eandem partem meridionalem et veniret ad quandam metam antiquam terream et circa eandem unam aliam metam terream de novo erexissent et ibi terminarentur mete inter predictas possessiones Modor et Kysfalu; deinde incipiunt mete inter ipsam possessionem Modor et inter possessionem Vysta, inde transeundo ad eandem partem meridionalem prope unum rivulum, qui rivulus transit de villa Modor ad villam Vysta et ibi essent due mete terre antique et circa easdem aliam metam terream de novo erexissent, deinde transeundo rivulum ad eandem partem meridionalem currendo ad modicum spacium veniret ad duas metas antiquas, circa quas aliam metam de novo erexissent deinde ad eandem partem meridionalem per quandam plani-

ciem veniret ad quandam metam antiquam, circa quam aliam de novo erexissent; deinde transeundo ad eandem partem meridionalem, eundo per longum spacium, veniret ad quandam magnam viam, per quam viam verteretur de villa Modor ad civitatem Tirnaviensem, ubi circa ipsam viam unam metam de novo erexissent; deinde transeundo ad eandem partem meridionalem, eundo per longum spacium, perveniret ad unam viam, per quam iretur de villa Modor ad villam Bachun et veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam terream de novo erexissent, ubi separaretur de possessione Visita (*igy*), ibidem incipiunt distinciones metarum possessionum Modor et Bachun vocatarum; inde iretur ad eandem partem meridionalem ad unam vallem, que vocatur Halalweulg, et ibi unam metam terream de novo erexissent, ubi terminarentur mete possessionis Bachun, et ab eadem meta incipiunt distinciones metarum possessionum Modor et Chanuk vocatarum, et ibi flectitur ad partem occidentalem et ibi erexissent unam metam terream de novo, deinde curreret ad eandem partem occidentalem per planiciem, veniret ad unam metam antiquam et iuxta eandem metam de novo erexissent; deinde transiret ad eandem partem occidentalem, veniret ad quandam magnam viam, que veniret de villa Modor ad villam Chanuk, circa quam viam esset una meta antiqua et iuxta eandem aliam metam terream de novo erexissent; deinde iret ad eandem partem occidentalem transeundo unum fluvium, qui mearet de villa Modor ad villam Chanuk, circa quem fluvium unam metam terream de novo erexissent, deinde transeundo ad eandem partem occidentalem venit ad unam viam, que veniret de Chukarfolua ad villam Chanuk et ibi esset una meta antiqua, iuxta quam aliam metam terream de novo erexissent, deinde transeundo ad eandem partem occidentalem veniret ad quandam metam antiquam, iuxta quam aliam metam terream de novo erexissent; deinde currendo ad eandem partem occidentalem veniret ad quandam metam antiquam, iuxta quam aliam metam de novo erexissent; deinde ad eandem partem eundo veniret ad tres metas antiquas, que separarent possessiones Chanuk, Bachun et Modor ab invicem, iuxta quas unam metam terream de novo erexissent et inde flecteretur ad partem aquilonalem, veniret ad unam metam

antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent; inde procedendo ad eandem partem aquilonalem, veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam unam aliam metam de novo erexissent, et ibi separaretur dicta possessio Modor a possessionibus Bozyn et Chakarfolua vocatis; deinde transeundo ad eandem partem aquilonalem veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam aliam metam de novo erexissent, deinde flecteretur ad partem occidentalem, veniret ad unam metam antiquam, circa quam aliam metam de novo erexissent; deinde procedendo ad eandem partem occidentalem eundo per magnum spacium per unum pratum, ubi erexissent unam metam de novo, deinde ad eandem partem occidentalem veniret ad unam metam antiquam, iuxta quam aliam metam de novo erexissent; inde similiter ad partem occidentalem supra quemdam montem et ibi esset quedam vallis, que vocatur Jarouenlgh, que distingueret possessionem Modor a possessione Terene, ubi terminarentur omnes mete possessionis Modor, distingentes ipsam ab omnibus possessionibus aliorum circumquaque existencium. Datum quarta feria proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem prenotato.

A budai káptalannak 1379. aug. 22-én kelt «Nicolaus dictus Lyuk et Michael Kerner cives de Modor suis et universorum concivium et cohospitum de eadem in personis» kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 692. 24. dipl. oszt. 4658. Közli: Kovács N.

## 358.

*1357. Visegrád, apr. 19. Szécsi Miklós országbíró, Benedek mester komáromi főispánnak, Donch fia Miklós mester ellen folyt perében. a király parancsára halasztást ad.*

Nos comes Nicolaus de Zech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam quam magister Benedictus comes Komaromiensis, contra magistrum Nicolaum filium Donch iuxta continenciam priorum literatum nostrarum prorogatoriaram, in quindenis residencie exercitus regii contra venetos moti et ad quindenas diei Medii quadragesime proclamate movere habebat coram nobis, ob re-

gium literatorium preceptum pro predicto actore nobis allatum, ad quindenas festi beati Jacobi apostoli proxime nunc venturas duximus peremptorie prorogandam, presentes autem propter absenciam magistri Jacobi protonotarii et sigilli nostri, sigillo magistri Nicolai de Dubreu viceiudicis nostri fecimus consignari. Datum in Vysegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 359.

*1357. Visegrád, apr. 19. Szécsi Miklós országbíró Biri Tamás fiainak, Semjéni István elleni perét elhalasztja.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod causam, quam Johannes et Ladislaus filii Thome de Bery et domina consors eiusdem Thome, pro quibus predictus Thomas . . astitit, contra Stephanum filium Stephani de Semyen, pro quo Ladislaus literatus . . comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in quindenis residencie exercitus regii contra venetos moti et ad quindenas diei Medii quadragesime proclamate, movere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturas statu sub priori duximus peremptorie prorogandam . . Datum in Wysegrad, octavo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay cs. Itárában. Közli: Kovács N.

## 360.

*1357. apr. 24. A leleszi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Lónyai Bencsencs és Jakab fiait Takosi Gergely ellen megidéztette.*

. . Lodovico . . regi . . Petrus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez . . Vestra noverit excellencia, quod cum nos receptis literis vestris citatoriis pro Gregorio filio Ale-

xandri de Takus datis et per consequens nobis directis, unacum Gregorio de Bakcha homine vestro in eisdem literis vestris reperto, nostrum hominem videlicet fratrem Andream ad faciendam citationem pro testimonio transmisissemus, qui quidem homines vestre excellencie et noster . . retulerunt, quod ipsi pariter accedendo quarta feria proxima post octavas festi Pasche domini Johannem, Georgium filios Benchench, Ladislaum et Nicolaum filios Jacobi in possessione ipsorum Nomyn vocata ad vestre sublimitatis presenciam citassent contra Gregorium supradictum, partibus quindenae festi beati Georgii martyris proxime venturas pro termino coram vestra regia presenciam comparendi assignando. Datum in festo beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>o</sup> septimo.

*Kivul:* Domino regi pro Gregorio filio Alexandri de Takus contra Johannem et Georgium filios Benchench, Ladislaum et Nicolaum filios Jacobi de Lonya ad quindenae festi beati Georgii martyris citatoria.

Zárlatán pecséttel; eredetije a N. Muzéumban a Kállay cs. Itárában. Közli: Kovács N.

---

361.

*1357. apr. 26. Jordán pécsváradi apát és conventje a földvári apáttól szerzett udvartelket, az ahoz tartozó szőlővel, szántóföldekkel és kaszálókkal együtt a convent palotája építési költségének fedezésére Nagy Kelemen fiának Gergely comesnek pécsváradi birónak, tizenhat márkáért eladja.*

Jordanus . . abbas monasterii Varadiensis et loci eiusdem conventus . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nos habito unanimi (con)silio et pari tractatu nostro, quasdam possessiones dicte ecclesie nostre Varadiensis, videlicet sessionem seu fundum curie in civitate Varisiensi et unam vineam in territorio eiusdem Varisiensi civitatis existentes et terras arabiles ac duo feneta ad eandem sessionem pertinentes, de quarum fructibus et utilitatibus nos et dicta ecclesia nostra Varadiensis modicum habere poteramus seu habere potuisset, per nos a religioso domino Jacobo abbate monasterii de Feuldwar precio comparatas, comiti Gregorio filio Kelemen magni villico dicte civitatis Varisiensi pro sedecim marcis denario-

rum, quamlibet marcam cum sex pensis computando plene habitis et receptis ab eodem, quas quidem sedecim marcas denariorum ad opus cuiusdam palacii nostri per nos de novo constructi seu fundati integraliter expendi fecimus, et per eum suis heredibus . . . vendidimus . . . iure perpetuo . . . possidendas . . . Ipsius autem sessionis vicini et conterminales sunt Gregorius dictus Chorba ab oriente, sessio condam Andree magni et sessio Egidii Panaz dicti a meridie, communis platea dicte Varadiensis civitatis a parte occidentali, ac sessio magistri Laurencii sartoris a septemtrione, predictae autem vinee vicini et conterminales sunt Georgius Kubli dictus ab oriente, vinea Johannis Dobus dicti a meridie et via magna ab occidente et a parte septemtrionali, obligatione tali interposita, quod quicumque . . . eundem comitem Gregorium ratione dietarum possessionum in causam traheret . . . extunc nos eundem comitem Gregorium propriis nostris laboribus et expensis expedire tenebimur . . . Datum sexto kalendas May, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo septimo. mense Aprili; fratre Paulo priore, fratre Johanne custode et fratre Nicola cantore existentibus . . .

A pécsváradi conventnek 1358. máj. 10-én «comes Gregorius filius Kelemen magni iudex de civitate Varadiensis» kérelmére kiadott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, N. R. A. 605. 7. dipl. oszt. 3683. Közli: Kovács N.

## 362.

*1357. apr. 27. A vasvári káptalan előtt, Györi Csama fia Péter, ennek neje és fia László, továbbá Magyarszelestei István özvegye Katalin részére, Szelestei Jakab fiai János, Péter és István, Magyarszelestei István megöletéséért négy bécsi márka vérdíj megfizetésére magukat kötelezik.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Petrus filius Chama de Geur pro se personaliter pro Ladislao vero filio suo et nobili domina Katthre vocata relicta Stephani filii Nicolai de Magyar Zeleste . . . nec non pro domina consorte sua . . . ab una, parte vero ab altera Johannes filius Jacobi de Zeleste pro se et pro Petro ac Stephano fratribus suis . . . coram nobis constituti confessi extiterunt . . . quod ipsi

ordinatione multorum proborum virorum interveniente, super omnibus causis, factis, damnis, nocumentis iniuriis et in facto mortis Stephani filii Nicolai prescripti ac aliis quibuslibet in malefactorum generibus hactenus quovis modo hinc et inde inter eos habitis et perpetratis ad plene pacis devenissent unionem, imo devenerunt coram nobis, super omnibus premissis se se mutuo invicem, specialiter prefatus Petrus filius Chama in sua et dicti Ladislai filii sui ac dominarum prescriptarum personis eosdem filios Jacobi ipsorumque posteritates in facto pre-tacte mortis Stephani filii Nicolai pure et per omnia reddendo expeditos atque satisfactos istomodo, quod idem Johannes filius Jacobi quatuor marcas promptorum denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum decem pensis computando prefato Petro et domine relicte dicti Stephani in terminis infra-scriptis, videlicet duas marcas in octavis festi Pentecosthes, si non solveret in decem marcis denariorum, et similiter duas marcas in octavis festi nativitatis beati Marie virginis nunc proxime venturis, post se se subsequentibus solvere non curaverit, extunc in homicidio prelibati Stephani idem Johannes filius Jacobi contra prescriptos Petrum filium Chama et dominam relictam eiusdem Stephani remanebit et convinceretur eo facto . . Datum feria quinta proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo . .

É<sup>o</sup> tlapján peccét töredékeivel; eredetije a N. Muzeumban. Közli. Kovács N.

## 363.

*1357. Visegrád, apr. 27. Szécsi Miklós országbíró, Verebi János fia György és ennek fia Benedek birtokrészét Hartványban Nógrád vármegyében zálog czímen, Sándor fiának Jánosnak, gimesi várnagynak itéli.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod magister Johannes filius Alexandri castellanus de Gymus iuxta continenciam literarum conventus ecclesie de Saagh reambulatoriarum simul et statutoriarum in quindenis octavarum festi beati Michaelis archangeli in anno proxime elapso preteritis, prout per

priores literas nostras informabamur, ad nostram personaliter accedendo presenciam contra Anthonium et Johannem filios Nicolai ac Nicolaum filium Demetrii de Harkyan easdem literas conventus ecclesie de Saagh formam possessionarie reambulationis ac contradictorie inhibicionis et citacionis in se continentes, asserens accionem et proposicionem suam in eisdem contineri nobis presentarat, in quibus inter cetera comperiebamus haberi manifeste, quod cum ipse magister Johannes accepto Michaele filio Stephani de Keer homine regio et Johanne custode ecclesie de Saagh homine ipsius conventus per ipsum conventum ad nostram presenciam pro testimonio transmissio, sabbato proximo post festum beati Michaelis archangeli proxime preterito ad faciem possessionarie porcionis Georgii filii Johannis et Benedicti filii eiusdem de Wereb in possessione Harkyan habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis accedendo et presentibus, eandem per veras suas metas et antiquas reambulando, titulo impignoracionis sibi statui facere voluisset, Anthonius filius Nicolai tam pro se personaliter, quam pro Johanne fratre suo prohibuisset primam metam, quam predictus Georgius filius Johannis scilicet a prato eundo per unum patak Azyopatak vocatum, versus orientem ostendisset, ipse Anthonius filius Nicolai suam esse hereditariam affirmando, idem Nicolaus filius Demetrii similiter suam esse affirmasset et prohibuisset prout Anthonius prenotatus, item inde eundo per eundem Aziopatak versus meridiem ibi prefati Anthonius et Nicolaus prenominatam possessionariam porcionem ipsis usque tunc pignori obligatam asseruisset et a statucione similiter modo premissio prohibuisset, cuius prohibicionis racionem scire voluerat a filiis Nicolai et Nicolao filio Demetrii prenotatis. Quibus perceptis predicti Anthonius et Johannes filii Nicolai ac Nicolaus filius Demetrii personaliter exurgendo allegarant eo modo, quod tempore statacionis dicte possessionarie porcionis dicti Georgii filii Johannis pro eo ipsi contradictores apparuissent, quia in contigua commetaneitate ipsius possessionarie porcionis predicti Georgii Harkyan vocate ipsi quandam haberent possessionariam porcionem hereditariam, similiter Harkyan appellatam, et ex eo ipsa possessionaria porcio dicti Georgii racione premisse contigue vicinitatis magis ipsis, quam dicto magistro



Johanni ad emendum et pignore recipiendum deberet provenire. In quarum contrarium ipse magister Johannes obicerat in hunc modum, quod ipse in vicinitate possessionariarum porcionum pretacti Georgii Harkyan sibi impignorata similiter quandam haberet porcionem possessionariam et ex eo annotata porcio possessionaria sibi tamquam predictis filiis Nicolai et Nicolao filio Demetrii propter premissam connexam vicinitatem ad recipiendum pignore attineret, e converso vero annotati filii Nicolai et Nicolaus filius Demetrii taliter allegarant, quod predictus magister Johannes quandam particulam possessionariam Thome filii Corardi fratris dicti Georgii patruelis et indivisi, videlicet medietatem dicte possessionarie porcionis Harkyan vocate ratione sue vicinitatis et commetaneitatis pro pignore recepisset, quam ipse Dominico filii Dominici filii Leonardi tradidisset et contulisset, quam ipse Dominicus premissis titulo impignoratorio possideret et sic alia medietas ipsius possessionarie porcionis, videlicet porcio dicti Georgii ipsis magis quam prefato magistro Johanni et ceteris quibuspiam pro pignore recipienda deberet provenire; ipse etenim magister Johannes adiunxerat contra premissa in hunc modum, quod ipse quandam porcionem possessionariam Harkyan vocatam iure proprietario ipsum contingentem, predicto Dominico filio Leonardi patri prescripti Dominici cum domina sorore sua matre ipsius Dominici tradidisset, sed nullam particulam possessionariam dicti Thome filii Corardi de dicta possessione Harkyan impignoraticiam eidem Dominico contulisset, nam ipse Dominicus filius Leonardi porcionem possessionariam prescripti Thome cum propria sua pecunia titulo impignoraticio pro se recepisset et sic ipse Dominicus filius suus eandem porcionem possessionariam possideret, verum quia predicti filii Nicolai et Nicolaus filius Demetrii ipsum magistrum Johannem medietatem dicte possessionarie porcionis Harkyan vocate, videlicet porcionem Thome filii Corardi ratione commetaneitatis pro pignore recepisse et eandem annotato Dominico filio Dominici premissis titulo impignoraticio contulisse et tradidisse, ipseque magister Johannes se nullam particulam de predicta possessionaria porcione Harkyan vocata annotatorum Georgii et Thome se pro pignore recepisse, nec habere, nec eciam eidem Dominico filio Leonardi contulisse et ex eo

ipsam porcionem possessionariam dicti Georgii sibi premissa titulo provenire debere contrariose allegarant, nosque de huiusmodi parcium altercacionibus et contrariosis obieccionibus communi inquisitione mediante nobilium comprovincialium volentes sciscitari, amiciciam predicti conventus de Saagh, eidem literatorie scribendo, pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimoniis fide dignos, quibus presentibus Stephanus dictus Vrdug pro parte eiusdem magistri Johannis actoris, item Michael filius Mykou de Nemusagh pro parte eorumdem Anthonii et Nicolai filiorum Nicolai, ac Nicolai filii Demetrii in causam attractorum homines regii, in octavis festi beati Andree apostoli tunc proxime venturis ad faciem dicte possessionarie porcionis Harkyan vocate . . . accedendo . . . de eo utrum predictus magister Johannes possessionariam porcionem dicti Thome filii Corardi pro pignore receperit et dicto Dominico premissa titulo impignoratio con- tulerit, ac eandem ipse Dominicus premissa titulo possederit vel ne, ac tandem de eo, qualem et quantam particulam de dicta possessionaria porcione dicti Thome filii Corardi Harkyan vo- cata idem Dominicus haberet et possideret, hoc eciam quantam particulam possessionariam predictus Georgius filius Johannis in eadem Harkyan, quam ipse magistro Johanne impignorare intenderet haberet, ac eciam hoc, utrum ipsi filii Nicolai ac Nicolaus filius Demetrii aliquam particulam de possessionariis porcionibus annotatorum Georgii vel Thome vel aliorum quo- rumlibet in eadem possessione Harkyan titulo impignoracionis haberent et possiderent, viderent et diligenter conspicerent ac scirent et inquirerent . . . meram et omnimodam veritatem, et post hec (seriem) ipsius communis inquisitionis . . . ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturas in suis literis . . . regie . . . rescriberet maiestati conventus ecclesie de Saagh prenotatus. Ipsi itaque octavis festi Epiphanie domini advenientibus, Sebastianus filius Poch, pro eodem magistro Johanne filio Alexandri . . . ab una et idem Anthonius pro se personaliter et pro eisdem Nicolao fratre suo et altero Nicolao filio Demetrii . . . parte ex altera ad nostram accedentes presenciam literas prenotati con- ventus de Saagh regie serenitati rescriptas nobis presentarant inter cetera declarantes, quod predictus conventus . . . unacum

predicto Stephano dicto Vrdug, homine regio, fratrem Nicolaum hominem ipsorum pro parte magistri Johannis actoris, item cum Michaelae filio Mykou, similiter homine regio, fratrem Hericum similiter hominem ipsorum pro parte eorundem in causam attractorum ad premissa exequenda duxissent transmittendos, qui tandem . . . retulissent in hunc modum, quod ipsi in premissis octavis festi beati Andree apostoli ad faciem predictae possessionarie porcionis Harkyan vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime et specialiter predictos Dominicum filium Dominici ac Georgium filium Johannis inibi convocassent accedentes, primo ibidem ab eisdem vicinis et commetaneis et demum ab aliis nobiles comprovincialibus videlicet a Johanne filio Petri de Kyuztur, Johanne filio Pauli de Nogfa, Michaelae filio Myko de Nemsag, Stephano filio Philippi de Hagmas, Johanne officiale Dominici rufi de superiori Harkyan et Stephano filio Thome de Wereb, a quibus decens et opportunum fuisset simul, semel et invicem procedentes de premissis talem scivissent veritatem, quod predictam possessionariam porcionem dicti Thome filii Corradi ipse videlicet Thomas Dominico filio Leonardi adhuc eo vivente obligasset et premissis titulo impignorationis idem Dominicus possedisset, non per obligationem ipsius magistri Johannis filii Alexandri, item quantitatem ipsius terre scire non potuissent, sed considerantes eam esse ad sexaginta iugera, quam prenotatus Dominicus haberet et possideret, item de quantitate ipsius possessionarie porcionis Georgii filii Johannis de Harkyan habite, quam idem Georgius ipsi magistro Johanni pignori obligarat, nil scire potuissent, item filii Nicolai et Nicolaus filius Demetrii nullam particulam de possessionariis porcionibus annotatorum Georgii et Thome vel aliorum quorumlibet in eadem possessione Harkyan titulo impignorationis haberent et possiderent. Quarum literarum exhibicionibus factis, et perlectis continenciis earundem, ipse Sebastianus filius Poch quasdam literas nostras patentes, feria sexta proxima post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> sexto emanatas nobis presentarat, in quibus inter cetera Georgium filium Johannis de Wereb ac Benedictum filium suum eidem magistro Johanni filio Alexandri quandam porcionem eorum possessionariam in possessione Harkyan vocata in comi-

tatu Neugradiensi existenti habitam cum omnibus suis utilitatibus per spacium quinque annorum a data earundem literarum nostrarum privilegialium sex florenis . . impignoratam fore comperieramus evidenter. Unde quia in premissa communi inquisitione nullam particulam de possessionariis porcionibus annotatorum Georgii et Thome vel aliorum quorumlibet in eadem possessione Harkyan titulo impignoracionis eosdem filios Nicolai et Nicolaum filium Demetrii habere et possidere ipsos homines regios et testimonia capituli Vachiensis scivisse adinveniebamus, predictusque Anthonius se et eundem Johannem fratrem suum ac Nicolaum filium Demetrii in contigua commetaneitate ipsius possessionarie porcionis predicti Georgii Harkyan vocate quandam possessionariam porcionem hereditariam similiter Harkyan appellatam habere et ex eo ipsam possessionariam porcionem dicti Georgii racione premissae contiguae vicinitatis magis ipsis, quam dicto magistro Johanni ad emendum et pignori recipiendum provenire debere retulerat, predictusque Sebastianus eundem magistrum Johannem dominum suum in vicinitate annotatae possessionarie porcionis predicti Georgii Harkyan sibi impignorate similiter quandam porcionem possessionariam habere et ex eo annotatam possessionariam porcionem eidem magistro Johanni tanquam predictis filiis Nicolai et Nicolao filio Demetrii propter premissam connexam vicinitatem ad recipiendum pro pignore attinere debere conscienciose allegarant, ideo unacum nobilibus regni nobiscum in iudicio sedentibus ipsis partibus volentibus et benivole acceptantibus commiseramus iudicando, quod predicti Anthonius et Johannes filii Nicolai ac Nicolaus filius Demetrii medietatem predictorum viginti sex florenorum in octavis diei Cinerum tunc proxime venturis predicto magistro Johanni persolvere ac facta ipsa solucione dictam possessionariam porcionem ipsius Georgii, ut premittitur, ipsi magistro Johanni impignoratam inter se dividere tenerentur; denique nobis vicesimo secundo die ipsarum octavarum diei Cinerum unacum baronibus et nobilibus regni in nostra sede iudiciaria sedentibus causalesque processus quorumlibet coram nobis litigancium in statera equitatis discucientibus, prelibatus magister Johannes, personaliter ab una, et prenotatus Georgius filius Johannis per ipsum magistrum Johannem in expedicionem pre-

misse possessionarie porcionis in nostram presenciam in causam attractis, similiter, personaliter parte ex altera, ipsis Anthonio et Johanne filiis Nicolai ac Nicolao filio Demetrii non venientibus nec mittentibus ad nostram veniendo presenciam, ipse Georgius quasdam duas literas, unam capituli ecclesie Vachiensis, in dominica Reminiscere, et aliam nostram, feria quinta proxima ante dominicam Letare confectas et emanatas nobis presentarat, in quarum una habebatur inter cetera, quod Johannes et Anthonius filii Nicolai dicti Bolug de Harkyan ad ipsius capituli Vachiensis accedentes presenciam confessi fuissent, quod ipsi magistrum Georgium filium Johannis de Wereb ab obligatione possessionarie porcionis sue in Harkyan habite, quam magistro Johanni filio Alexandri pro tempore obligasset, in nullo prohiberent, imo obligandi potestatem admisissent coram eodem capitulo prebendo consensum benivolum et assensum. In alterius vero litere nostre tenore comperieramus haberi, quod Johannes rufus literatus . . pro Nicolao filio Demetrii rufi de Harkyan ad nostram veniendo presenciam confessus extitisset in hunc modum, quod idem Nicolaus, Georgium filium Johannis de Wereb ab obligatione et impignoracione possessionarie porcionis in Harkyan habite, quam ipse Georgius magistro Johanni filio Alexandri castellano de Gymus pro tempore obligasset seu impignorasset in nullo prohiberet, imo idem Nicolaus ipsi Georgio potestatem obligandi admisisset consensum prebendo benivolum et assensum. Premissarum itaque literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earundem, quia predictos Johannem et Anthonium in presencia prefati capituli Vachiensis, et demum ipsum Johannem literatum in persona Nicolai filii Demetrii auctoritate procuratoria supradicta coram nobis impignoracioni et obligacioni pretacte possessionarie porcionis, per ipsum Georgium filium Johannis eidem magistro Johanni facte, consensum benivolum et assensum prebuisse reperiebamus, et ex eo premissa possessionaria porcio per ipsum Georgium eidem magistro Johanni modo infra declarando statui debere videbatur, ideo commiseramus eo modo, quod Stephanus filius Philippi, vel Nicolaus frater eiusdem, aut Stephanus dictus Vrdugh de Kalanda seu Michael filius Stephani aliis absentibus homo regius presente testimonio sepedicti conventus de Saagh

. . sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum proxime tunc venturo ad faciem prelibate possessionis Harkyan vocate, accedendo . . eandem possessionariam porcionem per ipsum Georgium et Benedictum filium suum eidem magistro Johanni impignoratam titulo premissae impignoracionis statueret et committeret possidendam . . salvo iure alieno, contradiccione iamdictorum Anthonii et Johannis filiorum Nicolai ac Nicolai filii Demetrii et aliorum quorumlibet, eo quod in ipsis literis et cause diutino seu longinquo processu eisdem partibus nullius alterius contradiccio obviaret, non obstante; si qui autem aliquid iuris se habere sperarent in eadem, facta ipsa statucione dum vellent exsequerentur a magistro Johanne prenotato ordine iuris observato, et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem . . in literis predicti conventus de Saagh ad octavum diem per ipsum magistrum Johannem nobis volueramus reportari. Tandem ipso octavo die predicti sabbati . . adveniente, annotatus Sebastianus filius Poch, pro prescripto magistro Johanne filio Alexandri . . ad nostram accedendo presenciam literas sepedicti conventus de Saagh regie serenitati rescriptas nobis presentavit inter cetera declarantes, quod ipse conventus . . unacum predicto Stephano filio Philippi homine regio fratrem Johannem custodem ecclesie eorum hominem ipsorum . . pro testimonio ad premissa facienda duxisset destinandum, qui tandem . . retulissent, quod ipsi sabbato antedicto ad faciem prenotate possessionis Harkyan accessissent, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus eandem possessionariam porcionem Georgii filii Johannis et Benedicti filii sui prenotato magistro Johanni filio Alexandri titulo premissae impignoracionis metis et distincionibus in literis nostris insertis statuissent et commisissent possidendam . . contradiccione aliqua inibi non apparente et existente. Verum quia prefatam possessionariam porcionem iam nominatorum filii Johannis et Benedicti filii sui in ipsa possessione Harkyan habitam per prefatos regium et ipsius conventus de Saagh homines vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus nullo contradictore apparente predicto magistro Johanni filio Alexandri titulo premissae impignoracionis possidendam . . iuxta formam nostre iudicarie commissionis statutam fore ex serie preexhibi-

tarum literarum ipsius conventus de Saagh ad in(venieramus: id)eo eandem possessionariam porcionem sepius nominatorum Georgii filii Johannis et Benedicti filii sui, eidem magistro Johanni titulo premissae impignoracionis tenendam . . tandiu, donec per eosdem Georgium filium Johannis et Benedictum filium suum vel (eorum heredes, quorum) redemcioni de iure convenire dinoscitur, legitime redimatur, commisimus et relinquimus salvo iure alieno . . Datum in Vissegrad, vigesimo die reportacionis seriei premissorum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zöld s szederjes színű selyem sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 391. 25.dipl. oszt. 4640. Közli: Kovács N.

## 364.

*1357. Vasvár, máj. 1. Vas vármegye alispánja és szolgabirái, Sári Péternek arra, hogy Dereskei Monkus Miklós által panaszolt hatalmaskodást el nem követte, esküt ítélnék.*

Nos magister Stephanus filius Lorandi comes Castriferrei magnifici viri Nicolai Konth . . palatini, iudicis comanorum, Castriferrei et Soproniensis comitatum tenens honorem ac iudices nobilium eiusdem Castriferrei comitatus damus pro memoria, quod Nicolaus dictus Monkus filius Pauli de Dereske personaliter iuxta continenciam literarum citatoriarum capituli Castriferrei, feria secunda proxima videlicet in octavis festi beati Georgii martyris, ad nostram accedendo presentiam, contra Petrum filium Nicolai filii Marcelli de Saar, in figura nostri iudicii proposuit eo modo, quod idem Petrus cum suis complicitibus manibus armatis, feria tertia proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris, cuius nunc proxime tertia adveniret revolutio annualis, ad domum suam in predicta possessione sua Dereske habitam potencialiter veniendo, ipsum interficere voluisset, nisi presidio latencie in domo sua evasisset, turpibus verbis pertractando; quo audito prefatus Petrus personaliter insurgendo, in totali accione premissa se innocentem fore affirmavit. Unde nos auditis parciū proposicionibus commisimus eo modo, quod

idem Petrus tercio se nobilibus super eo, quod ipse in totali accione premissa innocens sit, feria secunda proxima post octavas festi Invencionis sancte crucis nunc proxime venturas sacramentum prestare teneatur coram nobis. Datum Castroferreo, in termino prenotato, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. kszthelyi ltárában, Castriferrei 40. d.

## 365.

*1357. Veszprém, máj. 1. János veszprémi püspök, a Kont Miklós nádor által a csatkai pálosok részére épített kolostorhoz tartozó két ekére való föld után járó tizedet, a maga és testvérei nevében elengedi.*

Johannes . . episcopus Vesprimiensis auleque reginalis cancellarius . . Cum igitur . . Nicolaus Kont . . palatinus et iudex comanorum ob devocionem specialem, nec immerito, quam habet in meritis beatissimi Pauli primi heremite, suis ministris locum claustralem in heremo seu loco solitario in suo oppido tam ex regia donacione, quam emcionis titulo sibi pertinenti, Chatka nominato, cum sufficienti dotalicio edificare decreverit, cuius quidem edificii opera iam reduxit parte non modica ad effectum, inter alia autem sua dotalicia predicta terram ad duo aratra sufficientem donavit loco supradicto, nos autem qui et non modice spei (.....) in eiusdem meritis (.....) defiximus, ut fratres predicti eo liberius et fervencius suum valeant officium adimplere (.....) de nostre ecclesie, cum, nostrorum fratrum benivolo consensu et assensu, bonis, non iuris excedendo limites, donare decrevimus, gloria est enim episcopi pauperum inopiis providere, loco predicto decimas ex predicta terre cultura nobis et ecclesie nostre provenire debentes donamus, eosque fratres pro sempiterno tempore a predictarum solucione decimarum vigore presencium eximimus et ut predictas decimas in suos usus proprios valeant applicare presentibus, dum tamen propriis excolant laboribus et expensis, eisdem damus et concedimus facultatem. In cuius



evidens testimonium perpetuamque durabilitatis firmitatem presentes literas nostras concessimus nostri et fratrum nostrorum munimine sigillorum roboratas. Datum Wesprimii, in octavis festi beati Georgii martyris, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

A pecsétek hiányzanak ; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 4663. Közli : Kovács N.

## 366.

*1357. Visegrád, máj. 3. László császari prépost és titkos kancelliar előtt, Rakamázi Mihály és Pouch, Rakamázon Szabolcs vármegyében, udvartelkeiket felosztják.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius cancellarius . . regis . . memorie commendamus, quod Michael filius Georgii de Rakamaz et Pouch filius Benedicti de eadem coram nobis personaliter comparentes, in facto divisionis ipsorum possessionarie se taliter plene concordasse sunt confessi . . ut fundus curie Andree iobagionis dicti Pouch in eadem Rakamaz in comitatu de Zabolch habita, a parte possessionarie porcionis predicti Michaelis in dicta Rakamaz existentis situatus, quem idem Pouch de novo illic fecisset residere, et ab eodem fundo versus partem orientalem usquedum sessiones fieri possent, predicto Pouch et suis successoribus perpetuo cessisset possidere, et inter ipsum fundum ab occidente, ad porcionem possessionariam ipsius Michaelis ab oriente una platea, pro curru progressu valens, pro partibus communiter admitteretur et nunc per partes admissa extitit coram nobis, ab illaque platea versus partem occidentalem porcio possessionaria usquedum predicti Michaelis fuisset, eidem Michaeli et suis successoribus similiter perpetuo possidenda devenisset, in aliis vero omnibus iuribus ipsorum possessionariis ubilibet existentibus, quolibet parcium suas porciones possessionarias, quas antea iuxta formam literalium instrumentorum divisionalium ipsarum habuisset, eciam in futurum secundum ipsam formam prioris divisionis habere deberet et perpetuo possidere, prout partes

ordinarunt omnia premissa coram nobis. Datum in Vissegrad, in festo Inventionis sancte crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a Kállay ca. ltárában a N. Muzéumban. Közli: Kovács N.

## 367.

*1357. Szentimre, máj. 5. Domokos erdélyi alvajda az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy Ragyolczi Tamás fiát Jakabot hunyadvár-megyei Tamáspataka nevű birtokba, zálog czímen vezesse be.*

. . capitulo ecclesie Transsilvanie . . Dominicus vicevoivoda Transsilvanus . . Dicit nobis magister Jacobus filius Thome de Ragolch, quod quedam possessio Thamaspataka vocata, in comitatu de Hunyad habita, per magistrum Nicolaum dictum Malach et Gregorium fratrem suum sibi titulo impignorationis tradita, apud manus suas haberetur, ad quam legitime velut ad ius suum impignoraticium vellet introire, et eadem sibi statui deberet iuris ordine observato; super quo vestre discretio- nis amicitiam presentibus petimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Gyurk filius Andree de Folth vel Petew filius Tiburcii de Bachy aut Michael filius Gyurk de Kemend, aliis absentibus homo noster accedat ad faciem dicte possessio- nis Thamaspataka, convocatisque vicinis et commetaneis eius- dem universis et eisdem presentibus introducat ipsum magi- strum Jacobum ad eandem, statuaturque ipsam eidem tanquam ius suum impignoraticium per eundem possidendum, si non fuerit per quempiam contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet contra eundem magistrum Jacobum ad nostram presenciam ad terminum competentem rationem contradiccio- nis ipsorum reddituros, et post hec seriem ipsius introduccio- nis et statucionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Sancto Eme- rico, quinto die octavarum festi beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét nyomaiival; eredetije az Orsz. Ltárban; dipl. oszt. 29,430. Közli: Kovács N.

## 368.

1357. Visegrád, máj. 6. I. Lajos király Csetneki László pásztorra a jászói conventet kiküldi, hogy a rudai, körösi és berzethei lakosokat Csetneken és Tornován a pásztor erdejének elfoglalásától tiltsa el.

Lodovicus . . rex . . conventui de Jazov . . Dicitur nobis in personis Ladislai de Chuthnuk, quod universi populi de Ruda, de Kurus et de Berzethe quandam silvam ad possessiones suas Chytnuk et Tornava vocatas pertinentem, propria ipsorum auctoritate et potencia uterentur fructus et utilitates eiusdem percipiendo; super quo . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Renoldus de Melethe, homo noster, predictos populos de Rudna (*tyy*), de Berzethe et de Kurus ab ulteriori percipione usu fructum et utilitatum dicte silve eiusdem Ladislai violenta prohiberet regni consuetudine requirente, et post hec seriem ipsius prohibitionis . . nobis fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad, sabbato proximo post festum Inventionis sancte crucis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L-mo septimo.

A jászói conventnek az eltiltásról szóló 1357. jun. 13-án kelt jelentéséből, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 1538. 35. dipl. oszt. 4665. Közli: Kovács N.

## 369.

1357. máj. 6. Salamon tordai főesperes előtt, Csehi Pánczélós János, Szentmártoni Kalach és Kamarási Bálint nejeit, Csehi birtokból járó leánynegyedi illetőségre és anyjuk hitbérére nézve, kielégíti.

Nos magister Salamon archidiaconus de Torda . . Andree . . episcopi Transsilvani vicarius in spiritualibus generalis significamus . . quod Johanne dicto Pancelus de Cheh ab una, et Kalach de Zentbmarton pro nobilibus dominabus consortibus sua et Valentini dicti de Camaras filiabus videlicet Johannis filii Johannis dicti Chente Barbara et Elizabet vocatis . . parte ex altera, in octavis festi beati Georgii martyris coram nobis in iudicio comparentibus, confessum extitit per eosdem . .

quod licet in causa inter ipsas dominas et predictum Johannem dictum Pancelus super facto quarte filialis earundem dominarum ac dotis et rerum parafernaliū matris earundem dominarum Barbara et Elizabet nuncupatarum de predicta possessione Cheh ipsius Johannis filii Johannis, que quidem possessio patris earum ad eundem Johannem dictum Pancelus iure successorio descendisset, debito iure nature et ex regni consuetudine proveniencium coram nobis mota et exorta, tandem mediante ordinatione proborum et nobilium virorum taliter inter se ex nostra iudiciaria permissione concordassent . . quod idem Johannes Pancel dictus ob dileccionem proximitatis cum possessionaria assignacione ex sua bona et spontanea voluntate volens satisfacere, rectam quartam partem dicte possessionis sue Cheh cum omnibus suis . . pertinenciis . . pro satisfaccione premisse quartalis eisdem dominabus consortibus Kalach et Valentini, per ipsasque eisdem Kalach et Valentino maritis earum et eorum heredibus . . assignasset coram nobis perpetuo possidendas . . insuper pro satisfaccione dotis et rerum parafernaliū predictarum idem Johannes tempore satisfaccionis premisse quarte puellaris viginti quinque marcas regni assumsit solvere dominabus prenotatis, obligans se prefatus Johannes et heredes suos memoratas dominas Barbaram et Elizabet cum suis heredibus . . in pacifico dominio conservare, prefatus eciam procurator legitimus dictarum dominarum se et ipsas dominas Barbaram et Elizabet vocatas ac earum heredes e converso obligando, prenotatum Johannem dictum Pancelus et ipsius successores racione premisse quartalis ac dotis et rerum parafernaliū predictarum similiter ab omnibus utrisque sexus generacionis sue hominibus, quos adquisicione ipsius quartalis ac dotis et rerum parafernaliū contingere deberet, expedire . . Datum Albe, sexto die octavarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Stibor erdélyi vajdának, Mihályfalvai Ják fia kérelmére s ennek neje nevében, Csehi Pánczélós János fia György ellen folytatott perben, 1399. jan. 17-én kiadott átiratából, mely szerint ugyan azt László erdélyi vajda, Deák István s kolozsmonostori convent jegyzője kérelmére már

egy ízben Székelyudvarhelyen 1377. máj. 28-án szintén ártirta; Stibor vajda levele megvan eredetben a N. Muzéumban. Közli: Kovács N.

## 370.

*1357. Vasvár, máj. 8. Vas vármegye alispánja és szolgabírái, Marczelfalvi Miklós és Dereakei Monkus Miklós közt bizonyos dereakei birtokrész iránt folyt pert, elhalasztják.*

Nos magister Stephanus filius Lorandi comes Castriferrei magnifici viri Nicolai Konth . . palatini iudicis comanorum Castriferrei et Soproniensis comitatum tenentis honorem ac indices nobilium eiusdem Castriferrei comitatus damus pro memoria, quod cum Nicolaus filius Marcelli de Marcellfolua, Nicolaum dictum Monkus filium Pauli de Dereske, feria secunda proxima post dominicam Judica nunc proxime preteritam personaliter repertum coram nobis, ab usuumfructuum et utilitatum possessionis sue in dicta Dereske habite et existentis percepcione violenta prohibuisset, et postmodum ipse Nicolaus dictus Monkus, eundem Nicolaum filium Marcelli, feria secunda proxima post quindenas festi Pasche domini nunc proxime preteritas similiter personaliter repertum, coram nobis paria duarum literarum prohibicionalium nobis presentando super eo, que fuisset, que esset illa particula terre, quam in premissa possessione Dereske suam esse assereret Nicolaus filius Marcelli supradictus, de qua ipse prohiberi deberet, quia ipse in dicta prohibicione durari pertimesceret. Et quia prefatus Nicolaus filius Marcelli personaliter insurgendo, se nobilem esse et de regni consvetudine ipsum invenire posse allegarat, ideo nos commiseramus eo modo, quod si ipse Nicolaus dictus Monkus in premissa prohibicione manere pertimesceret, extunc predictum Nicolaum filium Marcelli contra se citari facere deberet et sic premissae prohibicionis causam exsequi. His habitis ipse Nicolaus dictus Monkus predictum Nicolaum filium Marcelli contra se ad feriam secundam tunc venturam, videlicet ad octavum diem festi beati Georgii martyris ad nostram presenciam in causam attraxerat. Nos, partibus coram nobis diucius litigantibus, commiseramus

eo modo, ut ipse Nicolaus filius Marcelli premissam possessionariam porcionem suam secundo die festi Invencionis sancte crucis tunc proxime preteriti, in faciem dicte possessionis Dereske, acceptis duobus iudicibus ex nobis, accedendo, demonstraret et indicaret, de qua ipse Nicolaus dictus Monkus prohiberi deberet et teneretur. Cuius demonstracionis seriem et ordinem, feria secunda proxime subsequenti post terminum prenotatum nobis referre tenerentur iudices nobilium prenotati. Tandem ipso termino adveniente predictis partibus coram nobis personaliter astantibus, ipsi iudices nobilium premissam porcionem ipsum Nicolaum filium Marcelli solum digitis demonstrasse affirmarunt, ubi in instanti ipse Nicolaus filius Marcelli quasdam duas literas capituli Castriferrei unam privilegialem et aliam patentem nobis presentavit; quarum continenciis perceptis prefatus Nicolaus dictus Monkus originale sive matricem predicti privilegii per ipsum Nicolaum filium Marcelli exhiberi velle, ipseque Nicolaus filius Marcelli totum processum et seriem ipsius privilegii in premissam literam patentem redundasse affirmabat. Unde nos auditis partium allegacionibus factis, propter paucitatem nostram, ipsiusque cause arduitatem, ad feriam secundam proximam post octavas festi Penthecostes nunc proxime venturas, statu in eodem peremptorie duximus prorogandam. Datum in Castroferreo, in termino prenotato, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics család helyi ltárában. Castr. 41. Az alispánnak és szolgabiráknak 1357. márt. 27-én előbb kelt bizonyság-levelé is megvan ugyanott, mely szerint Marczel fia Miklós szomszédjait s ezek közt Monkus Miklóst, Dereske nevű birtok elfoglalásától tiltotta. «Castriferrei» 40. c.

371.

*1357. máj. 8. I. Lajos király a Kucsurd és Nomen nevű helységek vármjának harmadrészét, mely eddig a szatmári főispán jövedelméhez tartozott, György fiának Mihálynak kir. jegyzőnek s a lippai sókamárák ispánjának adományozza s ennek szatmárvármegyei Szamoszegh nevű birtokához csatolja.*

Lodovicus . . rex . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod nos . . attendentes sincere devocionis et fidei puritatem magistri Michaelis filii Georgii, specialis notarii sigilli nostri annularis, comitis camararum nostrarum de Lyppa salium parcium Transsilvanarum, dilecti et fidelis nostri, quam ad nos et ad sacrum nostrum diadema constanter noscitur habuisse, necnon satis grata et accepta servicia eiusdem laudedigna, que seriatim presentibus inseri foret tediosum, pro quibus eciam suis meritoriis obsequiis a nobis multo plurimorum manerum donacione et elargicione non immerito esset attollendus, tamen, ut exnunc aliquatenus voto eiusdem beneplacito occurrere munere donativo favorabiliter videamur, et ut alii hoc viso ad fidelitatis opera sacro diademati eminentiori virtute exercenda facilius invitentur, quasdam porciones nostras tributarias ad comitatum Zathmariensem pertinentes, videlicet terciam partem tributi, quod in possessione Kwchurd, et terciam partem alterius tributi, quod in possessione Nomen vocata nostro nomine pro comite Zothmariensi hactenus exigebatur, cum omnibus eorum . . obvencionibus quibuscunque, a iurisdiccione comitis Zothmariensis pro tempore constituti sequestrantes ad possessionem eiusdem magistri Michaelis Zamuzsegh vocatam in comitatu Zothmariensi existentem vigore aliarum literarum nostrarum privilegialium per nostram maiestatem eidem magistro Michaeli pro suis meritoriis serviciis perpetuo datam et collatam eosdem applicando et annectendo . . contulimus prefato magistro Michaeli tanquam bene merito et per eum suis heredibus . . iure perennali . . possidendas . . sine preiudicio iuris alieni . . Datum per manus Nicolai archiepiscopi Colocensis aule nostre cancellarii . . anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo,

octavo idus mensis Mai, regni autem nostri anno sedecimo;  
venerabilibus \*

A pecsét veres s szederjes színű selyem sodraton függ, az 1364-ki megerősítő záradék kezdete rá van ugyan vezetve de nincs befejezve; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 1538. 34. dipl. oszt. 4666. Közli: Kovács N.

## 372.

*1357. Visegrád, máj. 8. I. Lajos király előtt, Bátori János fia László, biharvármegyei Süvegd nevű szerzett birtokának fele részét, testvérének Györgynek átengedi és ezen birtok másik felének visszaszerezése iránt vele egyezségre lép.*

.. Lodovicus .. rex .. memorie commendamus .. quod magistris Ladislao filio Johannis filii Briccii de Bathur comite de Zabouch ab una, et Georgio filio eiusdem magistri Johannis parte ex altera, in nostri presencia personaliter constitutis, per eundem magistrum Ladislaum propositum exstitit .. quod licet iuxta deliberativam sentenciam prelatorum et baronum regni nostri, idem magister Georgius frater suus in possessionibus suis acquisitionibus nullam penitus habere debuisset porcionem, tamen ipse volens ipsum magistrum Georgium zelo fraternalis favoris prosequi et amplecti, medietatem cuiusdam possessionis sue acquisitione Syvegd vocate in comitatu Bihoriensi existentis, apud manus suas habitam, in qua ecclesia in honore sancti Georgii martyris foret constructa, cum omnibus suis .. pertinentiis .. usque metas inter ipsam possessionem Syvegd ecclesiasticam et aliam possessionem similiter Syvegd vocatam nunc erectas et existentes .. assignasset prefato magistro Georgio fratri suo et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendam .. et quia super alia medietate dicte possessionis Syvegd unacum venerabili patre domino Demetrio episcopo Varadiensi in lite existeret, ideo eidem Georgio assumisset, ut si dictam

\* stb. I. az egyház- és országnagyok neveit Fejér György i. m. IX. 2. 593. l. azzal a különbséggel, hogy a fent közölt oklevél záradékában Domokos erdélyi választott püspök neve már előfordul, Balázs tinnini püspök neve azonban elmaradt, valamint Leustach szlaven bán nevének főispáni tisztségei nincsenek megemlítve.



medietatem ipsius possessionis pecuniaria solutione mediante ab eodem domino episcopo redimere potuerit, extunc dimidiam partem ipsius medietatis ipse propria sua cum pecunia, aliam vero partem ipsius medietatis idem magister Georgius similiter sua cum pecunia redimere . . tenerentur, per ipsum Georgium eodem modo perpetuo possidendam; medio autem tempore, donec causa inter ipsos et eundem dominum Episcopum super facto medietatis dicte possessionis ventillata extiterit, eandem communi labore et expensa prosequerentur, hoc eciam adiecto, quod si dicta causa ab ipso domino episcopo in aliam quamlibet personam redundaretur, extunc prefatus magister Georgius precise ipsam causam exequi teneretur suis propriis laboribus et expensis. Retulit eciam idem magister Ladislaus, quod quasdam duas possessiones unam similiter Syvegđ et aliam Benkehaza vocatas in dicto comitatu intra metas prefate possessionis Syvegđ ecclesiastice, nunc apud manus quorundam nobilium occupative habitas, si easdem iuxta continencias literarum privilegialium capituli Varadiensis ab eorum detentoribus reinvenire poterit et reobtinere, extunc easdem pro ipso et suis heredibus perpetuo reservasset, contradiccione ipsius magistri Georgii fratris sui non obstante . . Datum in Vissegrad, in quindenis festi beati Georgii martyris, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Hátlapján nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 29150. Közli: Kovács N.

---

373.

*1357. Visegrád, máj. 11. Kont Miklós nádor előtt, Csetneki Benedek fiai és unokái, a köztök főntforgott osztályos perben a szepesi káptalan-nak egy előbbi 1320-ban kelt osztálylevele alapján, barátságosan kibékülnek.*

Nos Nicolaus Konth . . palatinus et iudex comanorum . . significamus . . quod magistris Johanne et Petro filiis Benedicti ac Nicolao et Ladislao filiis Ladislai filii eiusdem Benedicti de Chyuthnuk ab una, item magistris Stephano, Georgio comitibus de Lyptovia ac vexilliferis domini nostri regis . . Dominico pre-

posito ecclesie Scepsiensis et Nicolao filiis Dominici dicti Bubeek ac Akus filio magistri Nicolai dicti Kun filii predicti Benedicti, parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per eosdem magistros Johannem, Petrum, Nicolaum et Ladislaum . . in hunc modum, quod licet per ipsos lis et materia quescionis in facto possessionarie divisionis contra prescriptos filios Dominici et Akus filium Nicolai mota fuerit et exorta, tamen ipsi magis cupientes esse pacis amatores quam discordie seminatores, ut eciam se mutuo prout fratres valerent corde et animo sincero perpetua fraternali caritate amplexari, taliter in facto ipsius possessionarie divisionis . . concordarunt coram nobis, quod ipsi quoddam privilegium capituli ecclesie Scepsiensis in anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> vigesimo in facto possessionarie divisionis inter ipsos et predecessores eorum habite emanatum, cum omni suo tenore ratificassent, ac inter ipsos perpetuo valere confirmassent, imo ratificarunt . . coram nobis, hoc eciam declarato, quod si ex ipsis aliquem absque heredum solacio, quod absit, temporis in processu decedere contingeret, extunc porcio eiusdem talis ab hac luce sine herede decessi in ius et proprietatem talis, qui superstes fuerit et cui de iure attinere dinosceretur devolveretur eo facto . . Datum in Vissegrad, feria quinta proxima post festum beati Johannis evangeliste ante portam latinam, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

A pecsét veres selymen függ; eredetiye az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 32. dipl. oszt. 4669. Közli: Kovács N.

---

374.

*1357. Visegrad, máj. 12. Szécsi Miklós országbiró előtt, Csetneki Benedek unokái, Bebek Domokos fiaival a Berzethe nevű birtokhoz tartozó krasznahorkai vár és tartozékaira valamint Somkut nevű birtokra nézve kiegyeznek.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . significamus . . quod magistris Nicolao et Ladislao filiis Ladislai filii Benedicti de Chythnuk ab una, item magistris Stephano, Georgio . . Dominico preposito ecclesie Scepsiensis et Nicolao filiis Dominici dicti Bubeek parte

ab altera, coram nobis personaliter constitutis per eosdem magistros Nicolaum et Ladislaum filios Ladislai confessum extitit . . in hunc modum, quod quia prescripti filii Dominici quandam summam pecunie, quam ipsi videlicet filii Dominici et Nicolaus dictus Kwn filius dicti Benedicti in requisicione cuiusdam castri Karaznahorka nuncupati et villarum seu possessionum ad idem castrum pertinentium et intra metas cuiusdam possessionis Berzethe vocate adiacentium, consumsissent et expendissent, quam possessionem tamen tam ipsi videlicet filii Ladislai et filii Benedicti, quam filii Dominici prenotati magistris Jacobo et Johanni filiis Nicolai filii Batyz sub quibusdam metis in literis composicionalibus tunc inter ipsos confectis existentibus, reliquissent et commisissent, quam quidem summam pecunie unus ex eisdem filiis Dominici ac predictus Nicolaus dictus Kwn, vel unus ex filiis suis, mediante iuramento ipsorum, ab ipsis videlicet filiis Ladislai, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Agriensis obligatarum, prout se ad hoc obligassent recipere valuissent seu potuissent, de qua etiam pecunia ipsi Nicolaus dictus Kun et Akus filius suus porcionem ipsorum eis provenientem, dictis filiis Dominici ab ipsis filiis Ladislai recipere et rehabere, iuxta quarundam literarum obligatarum et composicionalium continenciam commisissent et annuissent, ipsis scilicet filiis Ladislai relaxassent; ob hoc ipsi propter relaxacionem huiusmodi pecunie, eo quod eadem pecunia ad magnam quantitatem se extendere potuisset, et in cuius facto ipsi non bono modo imo cum maximo gravamine ipsorum se expedire valuissent, taliter una cum ipsis filiis Dominici . . concordarunt nostri in presencia, quod ipsi videlicet filii Ladislai omne ius et dominium, quod in dicto castro et in possessionibus seu villis ac silvis ad idem castrum pertinentibus habuissent, penitus et omnino exceperunt ac in eosdem filios Dominici transtulissent, et idem castrum cum universis possessionibus et villis ac silvis necnon quibusvis utilitatibus et pertinentiis earundem, sub metis et terminis, quibus prescripta possessio Berzethe ab aliis possessionibus metatim distingueretur, ipsis filiis Dominici et eorum heredibus . . reliquerunt . . coram nobis perpetuo . . possidere . . e converso autem predicti filii Dominici quandam possessionem eorum Sumkuth vocatam, ab eisdem filiis Ladislai

ipsis deventam, cum omnibus suis . . pertinentiis . . eisdem filiis Ladislai perpetuo . . contulerunt coram nobis . . possidendam . . hoc eciam declarato . . quod si ex ipsis aliquem absque heredum solacio, quod absit . . decedere contingeret, extunc porcio eiusdem talis ab hac luce sine herede decessi in ius et proprietatem talis, qui superstes fuerit, et cui de iure attinere dinosceretur, devolveretur eo facto . . Datum in Wysegrad, feria sexta proxima post festum beati Johannis evangeliste ante portam latinam, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo.

A pecsét vera selyemsodraton függ; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1538. 33. dipl. oszt. 4671. Közli: Kovács N.

## 375.

*1357. m. j. 13. A fejérvári keresztetek conventje bizonyítja, hogy Csegei Jakab fiai a csegei határban egy kilencz ekenyi Igenkuth nevű birtokrészt, Gyugyi Fábian fának Istvánnak három márka örök árért eladtak.*

Conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Egidius et Petrus filii Jacobi de Chege ab una, item Stephanus filius Fabiani de Gyug parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, de quorum personis Petrus sartor filius Johannis de castro Albensi et Valentinus filius Ladislai de insula Albensi ac Andreas filius Chere nobilis de Julya nos reddiderunt tuciores et cerciores, per prefatos Egidium et Petrum filios Jacobi propositum extitit . . quod ipsi quandam particulam terre ipsorum ab avo ipsis derelictam, ad novem iugera se extendentem, in territorio dicte possessionis Chege in terra Tolchweg, Igenkuth vocatam, cui a parte occidentis cuiusdam magne vie, a parte vero aquilonis vinee predicti Stephani filii Fabiani, a parte autem predicte possessionis Chege seu a parte meridiei quarundam terrarum arabilium Medyeshath vocatarum vicinarentur, habitam et existentem, cum omnibus utilitatibus suis . . pro tribus marcis compoti Simigiensis plene ab eodem Stephano habitis et receptis, ipsi Stephano filio Fabiani et suis heredibus . .

vendidissent . . pacifice possidendam . . tali vinculo mediante, quod si quis . . racione predictae particulae terre prefatum Stephanum filium Fabiani et suos posteros infestare . . conaretur . . extunc iidem Egidius et Petrus filii Jacobi et sui heredes . . eosdem tenebuntur expedire . . Datum vigesimo (*így*) kalendas mensis Junii, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo; religiosus viris et honestis fratribus domino fratre Bauduno cornuto per Hungariam et Slavoniam priore et prelato nostro, Donato preceptore et Johanne custode ecclesie nostre existentibus.

A pecsét veres és zöld selyemszálakon függ; eredetije az Orsz. Ltárban, Mon. Poson. 57. 17. dipl. oszt. 4673. Közli: Kovács N.

## 376.

*1357. Visegrád, máj. 13. Szécsi Miklós országbíró előtt, Érsekrajkai Péter fia Beke, Tárnok nevű csallókői birtokban Olgyai Csuna Andrástól zálogban birt tizenhét hold földjét, Kont Miklós nádornak alzálogba adja.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendamus, quod Beke filius Petri de villa Vayka archiepiscopali coram nobis personaliter constitutus . . confessus extitit . . quod ipse decem et septem iugera terrarum intra metas et limites possessionis Tarnuk vocate in districtu Challoukoz in diversis locis adiacencia, quorum scilicet duo ante magnum locum, quatuor autem intra Kormaan dicta et tria suis finibus tenderent ad terram sacerdotis, unum prope ecclesiam sancti Andree, tria vero inter terram Waratiokuz et duo suis finibus tenderent ad calidam aquam ac duo in monte Sarserum vocato situata habebantur, condam per Paulum filium Andree dicti Chuna de Ogia median-tibus patentibus literis capituli ecclesie Posoniensis pro tribus marcis seu triginta pensis denariorum viennensium sibi impignorata, pro eisdem tribus marcis, seu triginta pensis denariorum . . Nicolao Konth . . palatino et iudici comanorum plene ab eodem coram nobis habitis et receptis, sub obligaminibus in eisdem literis impignoratiis dicti capituli seriatim expensis . . tradidisset . . possidenda . . imo . . assignavit coram nobis.

Quas etiam literas impignoraticias ipsius capituli Posoniensis idem Beke nostri in presencia ad manus dicti domini palatini in specie assignavit. Datum in Vissegrad, sabbato proximo ante diem Rogacionum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban. Mon. Pos. 15. 5. dipl. oszt. 4672. Közli Kovács N.

## 377.

*1357. máj. 13. A pécsi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Herczeg Péter fiát Pétert baranyavármegyei Szőlös nevű birtokba, a határ megjárása után, minden ellenmondás nélkül beiktatta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis . . Literas vestre serenitatis sigillo vestro magno consignatas recepimus . . in hec verba. Lodovicus . . rex . . capitulo Quinqueecclesiensi . . Dicitur nobis in persona Petri filii condam magistri Petri dicti Hercheg, quod quedam possessio sua Zeuleus vocata in comitatu de Baranya cum ad se pertinentibus apud manus suas existens reambulacione indigeret; quare . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus filius Demetrii de Tarnuk vel Paulus de Doboka aut Paulus filius Ladislai aliis absentibus homo noster predictam possessionem . . reambulet per suas veras metas et antiquas, reambulatumque . . relinquat eidem Petro iure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra eundem ad nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius reambulacionis . . nobis . . rescribatis. Datum Bude, in dominica Letare, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo. Nos igitur . . unacum predicto Stephano filio Demetrii homine serenitatis vestre, nostrum hominem, videlicet dominum Johannem sacerdotem, ecclesie nostre prebendatum et magistrum altaris beati Ambrosii confessoris ad premissa exsequenda pro testimonio transmisimus fidedignum, qui postmodum . . retulerunt, quod prefatus homo vester presente

predicto nostro testimonio, feria tertia proxima ante dominicam Rogacionum nunc preteritam, ad faciem predictae possessionis Zeuleus vocatae, ipsius magistri Petri filii condam magistri Petri in comitatu de Baranya cum ad se pertinentibus existentis, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus, necnon etiam adnotato magistro Gregorio bissono officiale regio et honorem tenente possessionum et villarum regiarum circumquamque dictam possessionem Zeuleus vocatam adiacentium Monostor et Karanch vocatarum, et presente accessissent, et eam per suas veras metas et antiquas infrascriptas novas iuxta veteres, ubi necesse fuisset erigendo reambulassent, reambulataque et ab aliorum possessionibus separatam et distinctam relinquissent eidem magistro Petro eo iure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, nemine contradictore existente, quinimo etiam ipso magistro Gregorio bissono cum sufficientibus literis regis procuratoris ibi personaliter comparente et cursum metarum infrascriptarum reambulatione et renovacione earum nomine et auctoritate procuratoria ubique locorum admittente et consenciente, renovacionem earundem, prout a regia maiestate per eius literas sibi directas nobis post exhibitas specialiter habuerat in mandatis, quas demum literas regias procurator ad nos misit ad videndum nos de dicto sufficienti procuratorio certificando. Mete autem dicte possessionis Zeuleus vocatae cum ad se pertinentibus, prout eas nobis iidem homo vester et nostri attulerunt, hoc ordine protenduntur: quod videlicet prima meta incipit a parte meridionali prope quandam villam Rew vocatam, ubi novem arbores twl vocatae fuisse perhibentur, quarum nunc solum trunci dicuntur apparere, ibique iuxta ipsos truncos, pro signis metallicis habitis, duas metas terreas de novo erexissent, quarum una ad orientem prefato magistro Petro, alia vero ad occidentem ad prefatam villam Karanch distingueret et separaret, deinde directe tendit versus septentrionem per bonum spacium, inter quasdam terras arabiles, et pervenit ad alias duas metas terreas de novo erectas, abinde ad eandem plagam procedendo pervenit ad quasdam alias duas metas terreas, similiter de novo erectas, inde girat ad eandem partem per bonum spacium et pervenit ad duas metas terreas, exinde per eandem partem procedendo per-

venit similiter ad alias duas metas terreas, deinde directe procedit et pertranseundo viam magnam, que vadit de dicta Zeleus ad Karanch, et pervenit ad arborem twlfa vocatam, sub qua sunt due mete terre, in quibus sunt due parve arbores twlfa vocate; dehinc directe tendit per eandem plagam inter aliquas arbores et pervenit ad duas arbores metis terreis circumfusas, exinde vergit per eandem partem per bonum spacium, et pervenit ad unam viam, que procedit de villa Kw ad dictam villam Karanch, ibique sunt due mete terre, deinde declinat directe per eandem partem versus magnam silvam et pervenit ad duas metas terreas, in quarum una quedam parva arbor piri esse dinosceretur, abinde procedit versus eandem silvam per eandem partem et pervenit ad quendam locum Boynukutha vocatum, deinde procedendo per bonum spacium, intrat dictam silvam et pervenit ad duas arbores parvas cherfa vocatas, metis terreis circumfusas, exinde vadit semper ad septentrionem per eandem silvam et pervenit ad duas arbores hasfa et gyrthian vocatas similiter metis terreis circumfusas, deinde per eandem silvam ascendendo et pervenit ad duas arbores haspua vocatas, metis terreis circumfusas, abinde per eundem montem ad eandem partem procedendo pervenit ad duas metas terreas in quarum una est arbor cherfa vocata, abinde tendit per eandem partem in eadem silva supra directe ad montem et pervenit ad duas arbores cherfa vocatas, metis terreis circumfusas, inde tendit per eandem partem per bonum spacium in eadem silva ad duas arbores semper metis terreis circumfusas, exinde declinat per eandem partem per bonum spacium et pervenit ad magnam viam Kyraltha ad arborem captarhasfa vocatam, versus septentrionem, ubi versus orientem est una meta terrea de novo erecta, ibique versus orientem separat prefato magistro Petro filio Petri, versus vero occidentem regie maiestati et tendit per eandem viam Kyraltha vocatam ad metas nobilium de possessione Veyk vocata, et ibi similiter versus orientem sepedicto magistro Petro, versus vero occidentem regie serenitati separaret, ibique terminantur. Datum sabbato proximo ante predictam dominicam Rogacionum, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo.



Garai Miklós nádornak 1413. évben Szekesdi Herczeg László kérésére kiállított átiratából; melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban N. R. A. 584. 37. dipl. oszt. 12173. Közli: Kovács N.

## 378.

1357. Visegrád, máj. 19. I. Lajos király a fehérvári káptalant kiküldi, hogy Szili Demeter fiai ellen, kik a margitszigeti apácák Kazsok nevű birtokából kétszáz holdat elfoglaltak, vizsgálatot tartson.

. . Lodovicus . . rex . . Hungarie . . capitulo ecclesie Alben-  
sis . . Dicitur nobis in personis . . sanctimonialium de Insula  
Leporum, quod Stephanus et Georgius filii Demetrii de Zyl,  
circa festum beati Michaelis archangeli, cuius nunc proxime  
preterisset revolutio annualis, quandam particulam terre pos-  
sessionis earumdem . . sanctimonialium Kosuk vocate ducenta  
iugera terrarum continentem . . pro se occupassent . . lite pen-  
dente inter ipsos, super quo . . precipimus per presentes, qua-  
tenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum,  
quo presente Johannes filius Petri de Enche vel Beke de Zyman  
aut Michael filius Petri de eadem (. . .) chen sive Michael filius  
Deseu seu Michael filius Stephani, aliis absentibus homo  
noster scita de premissis omnimoda veritate prohibeat eosdem  
filios Demetrii de Zyl ab . . occupativa detencione ipsius terre  
violenta, et tandem seriem tocius facti nobis . . rescribatis.  
Datum in Wissegrad, feria sexta proxima post festum Ascen-  
sionis domini, anno eiusdem Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

A székesfehérvári káptalannak 1357. jun. 11-én kelt jelentéséből, mely szerint Miklós kanonok egyik királyi emberrel a vizsgálatot Tolnavármegyében teljesítették, s a panaszt valónak találták, a káptalan jelentése megvan eredetben az Orsz. Ltárban dipl. oszt. 4674. Közli: Kovács N.

## 379.

1357. máj. 20. A győri káptalan előtt, mosonvármegyei Tétényi Janka fia János és társai, Tétény nevű örökös birtokuk elfoglalásától, Kálnoki Bálint unokáit Györgyöt és Miklóst tiltják.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Johannes filius Tanka de Tetun frater patruelis quondam

Petri dicti Scelus de eadem ac Stephanus filius domine Margarete filie sororis patris dicti Petri Scelus, comitatus Mosoniensis, ad nostram veniendo presenciam protestati extiterunt, quod dicta possessio Tetun ipsis pertineret rationabili de causa iuris hereditarii, ideo ipsi pariter et invicem quoslibet ab occupatione . . specialiter Georgium et Nicolaum filios Johannis filii Valentini de Kalnuk prohiberent contradicendo et contradicerent prohibendo coram nobis . . Datum sabbato proximo post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a N. Muzetumban. Közli: Kovács N.

## 380.

*1357. máj. 23. A kolozsmonostori convent András erdélyi vajdának jelenti, hogy meghagyása szerint Szentgyedi Vas Miklóst dobokavármegyei Mohal nevű birtokba, a határ megjárása után, minden ellenmondás nélkül beiktatta.*

. . Andree voivode Transilvano et comiti de Zonuk conventus monasterii beate virginis de Clusmonostra . . Noverit vestra magnificencia literas vestras recepisse . . in hec verba . . conventui ecclesie beate virginis de Clusmonostra . . Andreas voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk . . Dicit nobis magister Nicolaus dictus Was de Zenthegyud, quod quedam possessio sua Mohal vocata in comitatu de Doboka existens, apud manus alienas habita, reambulacione et recaptivacione, metarum erectione et ab aliorum possessionibus separacione et distincione ac sibi statuifacione plurimum indigeret, super quo vestram amiciam . . requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magistri Petrus et Georgius dicti Zekel castellani nostri de Baluanus vel Johannes filius Demetrii de Galaz aut Johannes filius Laurencii de Reche aliis absentibus homo noster ad faciem memorate possessionis Mohal vocate . . accedendo, reambulet eandem . . reambulataque et recaptivatam . . statuatur cum omnibus suis . . pertinentiis predicto magistro Nicolao dicto Was eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam . . sine tamen pre-

iudicio iuris alieni, si per quempiam non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui apparuerint, citet eosdem contra predictum magistrum Nicolaum in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius reambulacionis . . . seriem . . . nobis . . . rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima ante octavas festi Pasche domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo. Nos igitur . . . unacum eodem Johanne filio Demetrii de Galaz homine vestro predicto, nostrum misimus hominem pro testimonio . . . videlicet fratrem Johannem sacerdotem de medio nostri ad premissa . . . exsequenda, tandem exinde ad nos reversi . . . nobis . . . retulerunt, quod ipsi simul et singillatim quinta feria proxima post quindenas festi beati Georgii martyris proxime preteriti, ad faciem memorate possessionis Mohal vocate pariter accessissent, vicineos et commetaneos eiusdem undique convocassent, et ipsis presentibus per suas veras metas et antiquas reambulassent, reambulataque et ab aliorum possessionibus et possessionariis iuribus distinxissent et separassent, cum omnibus suis . . . pertinentiis universis idem homo vester sub nostro testimonio eidem magistro Nicolao dicto Was statuissent perpetuo possidendam . . . sine preiudicio iuris alieni, item quatuor diebus continuis in facie eiusdem possessionis Mohal vocate commorando, nullus contradictor apparuisset . . . Cuius quidem possessionis mete procedunt sic: item a meta possessionis Zenth-Iuan videlicet Byhan vocata circa rivulum Scaruastou est una meta terrea, cuius quidem medietas rivuli pertinet ad possessionem Mohal, alia vero ville Fyzes vocate; abhinc ivissent versus plagam orientem ad alium rivulum, qui cadit ad eundem rivulum Scaruastou, cuius vero medietas pertinet ad possessionem Wasarhel, alia Mohal, deinde ivissent ad plagam orientem circa eundem rivulum versus possessionem Deuecher scilicet Petri condam vojvode Transsilvani et deinde procedendo de eodem rivulo versus meridiem ad unum longum monticulum berch vocatum et ibi reperissent duas metas antiquas, quarum una distingit possessioni Deuecher alia vero Mohal, deinde supra ipsum berch accessissent et ibi reperissent duas metas antiquas, abhinc procedendo super eundem berch, ibi reperissent post montem currentes duas antiquas metas terreas reperissent, et deinde

ivissent ad planiciem ipsius berch ad plagam meridiei et in planicie ipsius berch quatuor metas antiquas reperissent, quarum una distingit possessioni Geuch, alia Nyres, tertia Deuecher, quarta vero Mohal, abhinc ivissent ad plagam occidentem et in circuitu ipsius berch invenissent duas metas antiquas et ulterius procedendo super eundem berch similiter duas antiquas metas cognovissent, abinde vero ulterius procedendo unam metam terream antiquam reperissent et ipsa meta distingit et separat a possessionibus Zenth-Iuan, Mohal et Geuth, et sic finiuntur mete ipsius Mohal. Datum tertia feria proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetiye az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 28736. Közli: Kovács N.

## 381.

*1357. máj. 29. Gömör megye alispánja és szolgabirái I. Lajos királynak jelentik, hogy Poniki Sándor fiát Jakobot s ennek társait, Csoltai Mihály fia Jakab Csolta nevű birtokának elfoglalásától eltiltották.*

.. Lodovico .. regi .. magister Nicolaus filius Petheu de Bolug magistri Konia vicecomes et iudices nobilium comitatus Gumuriensis .. Literas vestre excellencie .. recepimus in hec verba Lodovicus .. rex .. comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Gumur .. Dicit nobis Simon filius Michaelis de Choltha sua ac Nicolai fratris sui in persona, quod Jacobus filius Alexandri de Ponik, Nicolaus et Johannes filii Jacobi de Gumur ac Johannes filius Nicolai de eadem, possessionariis porcionibus ipsorum hereditariis in dicta possessione Choltha existentibus et earum utilitatibus quibuslibet cum eorum iobagionibus ac aliis ad se pertinentibus uterentur minus iuste propria eorum potencia mediante, super quo .. mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ad facies dictarum possessionariarum porcionum .. accedendo, prefatos Jacobum filium Alexandri, Nicolaum et Johannem filios Jacobi, ac Johannem filium Nicolai necnon iobagiones ipsorum et alios quoslibet ad eosdem pertinentes ab usum fructum et utilitatum quarumlibet dictarum possessionariarum porcionum

eorundem filiorum Michaelis violenta percepcone . . prohiberet regni consvetudine requirente, et post hec seriem ipsius prohibitionis nobis . . rescribatis. Datum in Vyssegrad, secundo die (festi Ascensio)nis domini, anno eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo. Nos igitur . . unum ex nobis videlicet comitem Nicolaum filium Barch ex quatuor iudicibus nobilium socium nostrum duxissemus destinandum ad premissa mandata vestra exequenda, demum idem . . nobis retulit . . quod ipse feria tertia proxima ante festum corporis Christi ad facies predictarum possessionariarum porcionum dictorum Simonis et Nicolai filiorum Michaelis in eadem Cholto habitarum, vicinis et commetaneis earundem legitime convocatis universis et presentibus accedendo, publice . . eosdem prefatos Jacobum filium Alexandri de Ponik, Nicolaum et Johannem filios Jacobi ac Johannem filium Nicolai de Gumur necnon et alios quoslibet ad eosdem pertinentes, ab usuum fructuum et utilitatum quarumlibet prefatarum possessionariarum porcionum eorumdem filiorum Michaelis violenta percepcone . . prohibuisset regni vestri consvetudine requirente. Datum in villa Gumur, feria secunda proxima post Penthecostes, anno suprascripto.

Zárlatán több pecsét nyomaival; eredetije a Hanvay ca. Itárában a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 382.

*1357. Beregszász, jun. 3. Bereg vármegye alispánja s szolgabirái, Péter fiának Istvánnak és jobbágyainak, István fia István s ennek Mihály nevű szolgája ellen föntforgott ügyét elhalasztják.*

Nos Nicolaus filius Thome vicecomes magistri Morochuck comitatus de Bereg et quatuor iudices nobilium damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum Petrus filius Stephani de Achya et sui iobagiones de eadem, sabbato proximo ante festum corporis Christi proxime preterito duos equos, arma et vestimenta de Blasio latrone accepta, contra magistrum Stephanum filium Stephani et Michaellem famulum suum coram nobis statuere tenebantur; ipso termino adveniente iobagines predicti Petri de Achya

unum equum statuerunt, secundum non, eciam vestes et arma similiter non statuerunt, ob hoc nos ipsam causam ad venturum (*igy*) magistri Morochuck, videlicet ad primam suam congregationem duximus prorogandam, partibus ambabus comparere coram ipso et idem Petrus et sui iobagiones de premissis rationem dare. Datum in Lopprechtzaza, termino antedicto, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>o</sup> septimo.

Eredetije a N. Muzeumban a Kállay ca. ltárában. Közli: Kovács N.

## 383.

*1357. jun. 7. Domokos erdélyi vajda előtt, Ősi Ivánka fia János, dobokavármegyei Hasdad nevű birtokának elfoglalásától Aczél Jánost s ugyanott egy halastónak használatától Nyiresi Domokost tiltja.*

Nos Dominicus vicevoivoda Transsilvanus damus pro memoria, quod Johannes filius Iwanka de Ews . . nobis dixit protestando, quod Johannes Acyl dictus metas possessionis sue Hasdad vocate in comitatu de Doboka existentis cum suis iobagionibus perarari et destrui facisset et eandem uteretur . . dixit eciam, quod Dominicus de Nires intra metas eiusdem possessionis sue Hasdad supra quandam suam piscinam clausuram pro se facere procurasset . . unde ipse faciens protestacionem, prenominatos Johannem Acyl dictum et suos iobagiones ac quoslibet alios ab usu dicte possessionis sue Hasdad . . preactum eciam Dominicum de Nyres de ipsius clausure preparacione . . prohibuit . . coram nobis. Datum in Sancto-Emerico, quarto die octavarum festi Penthecostes, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredeti je a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 384.

*1357. jun. 12. Az egri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a Boksa nemzetségből való Sztrittei László fia Tamás panaszára, Rezne nevű birtoknak Szécsi Simon és fia Tamás által történt elfoglalásáról, a vizsgálatot teljesítették.*

. . Lodovico . . regi capitulum ecclesie Agriensis . . Literas vestre excellencie recepimus in hec verba . . Lodovicus . . rex . . capitulo ecclesie Agriensis . . Dicit nobis Thomas filius Ladislai de Ztrite, quod quedam particula terre de Rezne vacua per Thomam filium Simonis de Zeech et Johannem filium suum semper ad possessiones Ztrite predictam ac Chop et Rath vocatas, que nunc ad manus suas devenissent, usa fuissent, quam nunc idem Johannes filius Thome ab eisdem possessionibus niteretur separare, super quo vestre fidelitati . . mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, pro presente Deseu de Korthua vel Luchasius de . . eadem sive Stephanus de Rath seu Georgius filius Laurencii de Ty(ba), aliis absentibus homo noster, ab omnibus quibus decet . . inquirat . . veritatem, et post hec . . nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrad, in vigilia festi Penthecostes, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo. Nos igitur . . cum prefato Lucasio de Korthwa homine vestro nostrum hominem . . Mathiam sacerdotem magistrum altaris sancte Katherine virginis de ecclesia beati Petri apostoli de promontorio Agriensi transmisimus pro testimonio . . qui quidem homo vester . . retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro . . a vicinis et commetaneis dictarum possessionum Ztrite, Chap et Rath super premissis . . inquirendo, talem scivissent veritatem, quod preallegata particula terre Rezne a tempore, cuius memoria vix extaret, primo per eundem Thomam filium Simonis et alios predecessores ipsius Johannis filii Thome, demumque per prefatum Johannem solum et fratres suos, dum ipsi in eisdem possessionibus stetissent, dominium earundem possidentes obtinuissent, semper usi extitissent et suas utilitates percepissent, et quod ipsa particula terre Rezne a pluribus temporibus, quo supra, ad memoratas tres possessiones Ztrite, Chap

et Rath pertinuisset et deberent pertinere . . Datum in crastino festi sancti Barnabe apostoli, anno supradicto.

*Keyül:* Domino regi pro magistro Thoma filio Ladislai de genere Boxa, contra Johannem filium Thome condam de Ztrite nunc vero de Ezen, super indebita occupatione cuiusdam particule terre Rezne vocata . . inquisitoria.

Zárlatán peccét nyomaival; eredetije a Szóvári Soós ca. ltárában a N. Muzeumban. Közli: Kovács N.

## 385.

*1357. jul. 2. A váradi káptalan előtt Bdtori Bereczk fia János fia László és György, birtokaikon sorsot vetve megosztóznak.*

Capitulum ecclesie Varadiensis . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod vir nobilis magister Ladislaus et Georgius filii Johannis filii Briccii de Batur, ad nostram personaliter accedentes presenciam . . sunt confessi, quod ipsi volentes possessionariis eorum iuribus per se et sigillatim pace tranquilla in perpetuum gratulari . . in possessionibus eorum infrascriptis hanc inter se fecissent divisionem et sortem mittentes fecerunt coram nobis perpetuo duraturam; nam primo divisa porcione eorum possessionaria in prefata possessione Batur habita, particula eiusdem incipiens a fundo Petew carnificis inclusive usque domum Isak exclusive et vicus summens initium a fundo Benedicti rufi, similiter exclusive protensus, directo ordine per vicum Theglasucha usque finem simul cum eodem vico Theglasucha; item medietas possessionis Tymar vocate iuxta fluvium Ticie in comitatu de Zaboch existentis, insuper possessiones Lugas et Zenthmartun nominate in comitatu Zathmariensi consistentes, necnon tertia pars possessionis Wasuari nuncupate cum omnibus . . pertinenciis earundem universis missa sorte cesserunt . . in ius . . iamdicti magistri Ladislai filii Johannis iure perpetuo . . possidende . . e converso autem fundi Benedicti rufi et Johannis rufi, qui, ut dicitur, unum fundum magnum constituunt, fundus integer, in quo Andreas et Pete dictus Zegy commorantur, necnon fundus Johannis aurifabri unacum vico Tothzeg dicto in predicta Batur adjacentes, preterea porcio eorum possessionaria in possessi-



onibus Feyertow et Nyreghaza vocatis in eodem comitatu de Zaboch situatis habite, tertia pars possessionum Eched, Fabyanhaza et Banknetereme appellatarum similiter cum omnibus . . pertinenciis earundem . . sorte posita ad eundem magistrum Georgium filium Johannis extiterunt devolute, eodem modo in perpetuum possidende; castrum autem eorum necnon porciones eorum in monasteriis Sarwar et Odonmonustura vocatis habitas ac terras usuales possessionum Sarwar, Eched, Banknetereme et Fabyanhaza vocatarum, utputa silvas, prata, feneta, nemora inter se et iobagiones eorum communi usui deputassent, statuentes, ut tam ipsi quam iidem iobagiones eorum eisdem utendi nullo vetante in perpetuum liberam habeant facultatem; insuper equaciam eorum nogmenus dictam et tributum ipsorum in villa Poch exigi consvetum ac domum tributariam in duas partes equales divisissent et in unaquaque parciū de porcione sibi ex eisdem pertinente contenta extitit coram nobis; et eodem partes amodo et deinceps in acquirendis possessionibus et iuribus possessionariis ab invicem segregate extiterunt, volentes, ut acquirens solummodo possessionibus cum dei adiutorio acquirendis et inveniendis gaudeat utilibet in futurum, hoc specialiter declarato, ut cum porciones possessionarie magistri Stephani canonici ecclesie nostre, fratris eorundem, in predictis possessionibus nutu divino a iure seu iurisdictione eiusdem solute fuerint et ad eos devolute, cui naturaliter succedi debent, quilibet eorum de porcionibus habitis, in possessionibus divisionaliter sibi iam devolutis, debet contentari, nec manum suam ad iura alterius mittet et extendet, deficientque una parciū sine herede, porciones eiusdem possessionarie ad eum, qui supervivet, aut semen relinquet super terram, devolventur sine molestia possidende, hoc eciam expresso, quod idem magister Georgius omnibus possessionibus et iuribus possessionariis, quas idem magister Ladislaus usque modo acquisivit pure et simpliciter renunciavit, subdens eas dominiis ipsius, reddensque eundem super eisdem in perpetuum absolutum, expeditum et quietatum, eosdem sibi pacifice in perpetuum relinquendo, exceptis fundo patris eorum et facto rerum, super quibus idem magister Georgius, si fortassis eidem extra iudicium satisfaccio impendi denegatur, quescionem movere et in

causa procedere liberam habebit facultatem; ad ultimum idem magister Ladislaus quandam possessionem olim vigore literarum regalium per eundem ipsi magistro Georgio donatam, iuxta formam eiusdem prioris donacionis nove donacionis titulo commisit et reliquit ipsi magistro Georgio perpetuo possidendam . . Datum die dominico proximo post festum apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo . . Philippo preposito, Benedicto lectore, Ladislao cantore, Gregorio custode, canonicis ecclesie nostre . . existentibus.

A pecsét veres selyemszálakon függ; eredetije az orsz. ltrban, dipl. osztály 31100. Közli: Kovács N.

## 386.

*1357. jul. 13. A budai káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy a margitszigeti apáczák borosjenői birtokának haszonvételeől, Dénes bán valamint Miklóst és Imrét néhai István bán fiait eltiltotta.*

. . Lodovico . . regi . . capitulum ecclesie Budensis . . Literas vestre celsitudinis annuales ad citationes, inquisitiones ac alios causales processus, qui secundum regni vestri consuetudinem talibus in processibus ordine iuris observato fieri consueverunt . . sanctimonialibus claustrum beate virginis de Insula Leporum prosequendas graciosè concessas . . noveritis nos recepisse, et preceptis vestris nobis in eisdem iniunctis obedire volentes . . cum Jacobo filio Thiba de Day homine vestro, nostrum hominem . . Benedictum succentorem ecclesie nostre ad quandam prohibitionem faciendam pro testimonio duximus destinandum, qui demum . . retulerunt, quod ipsi secunda feria proxima ante festum beate Margarete virginis proxime preterita Dionisium banum, Nicolaum et Emiricum filios quondam Stephani bani ab ulteriori usu et fructuum perceptione cuiusdam particule terre religiosarum dominarum de Insula Leporum, ad possessionariam porcionem earundem in Borusyeneu habitam pertinentis, prohibuissent. Datum quarto die termini premissæ prohibitionis, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán monorú pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, monial. vet. budens. 8. 15. dipl. oszt. 4682. Közli: Kovács N.

387.

*1357. aug. 23. A garam szent-benedeki convent előtt, Borfői István fiaí Tamás és Beke okleveleik használata iránt akként egyeznek ki, hogy azok a conventnél letétessenek és hogy azokat csak közösen használhassák.*

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron significamus . . quod Thomas et Beke filii Stephani de Borfeu coram nobis comparando exhibuerunt nobis literas . . Nicolai de Zeech iudicis curie . . regis . . formam iudiciariam exprimentes, in quarum tenore inter cetera vidimus contineri, quod cum predicti videlicet Thomas ab una et idem Beke frater suus parte ex altera, super facto instrumentorum literalium ad ambas partes pertinencium alter contra alterum coram eodem iudice curie litem excitassent, que instrumenta literalia hucusque sub manu et potestate solius dicti Thome fuissent conservata, tandem in presencia iudicis prenotati dicte partes ad talem concordiam devenissent, quod idem Thomas filius Stephani in octavis festi Assumptionis virginis gloriose proxime preteritis, ipsa literalia instrumenta deberet nostro conventui presentare, in sacristia vel in alio loco secretario nostro pro necessitate ambarum parcium predictarum reservanda tali modo, ut cum necesse fieret et opportunum ad conservacionem tuciorum possessionariorum iurium parcium earundem dicta instrumenta literalia simul vel aliqua ex ipsis extradari, tunc non pars una sed ambe partes predictae possint easdem recipere de conventu nostro prenotato, tali iudicio mediante, quod si qua parcium ipsam composicionem in aliquo . . retractare niteretur, tunc contra partem alteram predictam . . composicionem conservantem in decem marcis absque iudicis porcione ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto. In que supervenientibus octavis festi beate Virginis termino videlicet prenotato prefatus Thomas coram eodem Beke fratre suo prenotata literalia instrumenta nobis communiter pro ipsis conservanda presentavit, in quibus habentur quinque privilegia cum sigillis dependentibus, undecem litere patentes, item quatuor litere cum capitibus sigillorum consignate. Datum die sequenti octavarum festi beate Virginis predictarum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét halavány nyomaival ; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 24,495. Közli: Kovács N.

388.

*1357. aug. 25. A veszprémi káptalan előtt, Laki Hector fia György, Sánta Illés fiaival, Perecske nerü veszprémvármegyei birtokra nézve előleges egyességet köt.*

Nos capitulum ecclesie Vesprimiensis memorie commendamus . . quod Petrus filius Benedicti de Noztop, famulus videlicet magistri Georgii Hectoris de Lak . . pro eodem domino suo ex una parte, item Demetrius et Valentinus filii Elie claudi pro eodem patre ipsorum et aliis fratribus suis uterinis . . parte ex altera coram nobis constituti, iidem Petrus filius Benedicti . . est confessus, quod quia idem dominus suus magister Georgius recognoscens ipsum Eliam et dictos filios suos ius habere in quadam possessione Perichke nominata, in comitatu Vesprimiensi existente, hereditarium, de qua eciam idem Hector pater predicti Georgii olim quasdam particulas comparans a quibusdam nobilibus de eadem extitisset porcionatus, et nunc in sorte divisionis cum fratribus suis prehabite sibi deventas, possideret magister Georgius prenotatus, ipsos Eliam et Demetrium ac Valentinum aliosque filios eiusdem Elie, ad eandem possessionem Perichke reduxisset isto modo commorandos, quod quia eadem possessio Perichke, nunc in litis processibus per Stephanum filium Petri de Achya contra ipsum magistrum Georgium mote verteretur, medio tempore donec ipsius litis decisio finem sortiretur inter partes discussivum, unam sessionem in eadem Perichke eisdem Elie et filiis suis, ne more mendicantium per diversas divagarentur partes mundi climatum, eis opere misericordie subveniens d'edisset cum terris arabilibus et aliis utilitatibus pro eadem sessione sufficientibus congruentem, decisaque huiusmodi litis materia et ipso magistro Georgio ius suum in eadem Perichke habitum divino adiutorio defendente, sic eciam ius eorundem Elie et filiorum suorum salutem, ipse magister Georgius quatuor homines nobiles et Demetrius ac Valentinus filii eiusdem Elie similiter quatuor

homines ad unum locum communem adducere pro arbitrio faciendo tenebuntur, et quicquid ipsi octo homines, per partes tunc adducendi, arbitrati fuerint, de eo, quantam partem de predicta possessione Perichke ipsi Demetrius et Valentinus ac Elias cum aliis filiis suis habere debeant, ipse magister Georgius eis dare tenebitur perpetuo possidendam ita tamen, quod ipsi Demetrius et Valentinus in totius litis processibus dicte possessionis Perichke peragendis, usque ad discussionem finalem cum eodem magistro Georgio laborare, instrumentisque ipsorum quecumque super eadem possessione Perichke haberent confecta et emanata, ipsum adiuvaré, semper in cuiuscunque iudicis regni presencia exhibendis, necessario tenerentur. . . E converso iidem filii Elie totum ius, quod in dicta possessione Perichke haberent. . . in manus eiusdem magistri Georgii assignarunt, donec premissae litis decisio finita extiterit. . . et portio de eadem possessione Perichkeeducta fuerit iuxta proborum virorum, ut premissum est, arbitrariam sententiam tunc ferendam inter partes; obligarunt etiam se partes prenominatae, quod si aliqua pars resiliat premissum pactum ordinationis non servando, extunc tamquam in succubitu duelli potencialis contra aliam partem convicta haberetur punienda. Datum feria sexta proxima post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

A hátára nyomott pecsét töredékeivel; eredetijs a N. Múzeumban.  
Közli: Kovács N.

---

389.

*1357. Garadna, sept. 6. Abauj vármegye főispánja és szolgabírdái bizonyítják, hogy Jardan fiait és ezek társát, Belsi Bedő udvartelkének elfoglalásától, Miklós várnagy és társa által tilalmaztatták.*

Nos magister Petrus comes parochialis per dominum Ludovicum regem Hungarie in comitatu Abavyvariensi constitutus et quatuor indices nobilium de eodem damus pro memoria, quod Nicolaus maior castri homo noster et Andreas de Zakal testimonium provincie, quos ad petitionem Bedew de Bels mediante sigillo nostro ad faciendam prohibitionem inferius decla-

randam transmiseramus, feria quarta proxima ante festum nativitatis virginis Marie ad nos reversi, dictum sigillum nostrum nobis reportando retulerunt eo modo, quod ipais presentibus predictus comes Bedew, Michaellem et Ladislaum filios Jordan necnon Clementem a percceptione et collacione dimidietatis curie inibi existentis prohibuisset . . Datum in Garadna, in termino prenotato, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán több pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 43. 59. dipl. oszt. 4687. Közli: Kovács N.

## 390.

*1357. sept. 9. A garam-szent-benedeki convent bizonyítja, hogy Kistapolcsáni Gyula fia Gergely és András fia András, a Zsitva folyón volt, de tűz által elpusztult malom ügyében, kiegyeztek.*

Nos conventus monasterii sancti Benedicti de iuxta Gron significamus . . quod magistro Gregorio filio Jule de Kystopolchan ab una et Andrea filio Andree de eadem parte ab altera, coram nobis comparentibus per modum protestacionis ex utrisque partibus pari consensu extitit propositum . . quod causa, que inter ipsos super facto combustionis molendini dicti Gregorii actenus ventilata fuisset, tandem ambe partes se proborum arbitrio virorum commisissent ad . . determinandam ipsam causam, qui eam ad talem concordie perduxissent unionem, quod idem magister Gregorius eundem locum seu fundum molendini, in quo nuper suum molendinum fuerat per suos adversarios concrematum, deberet habere seu obtinere pro se et heredibus suis perpetuo possidendum . . eo quod esset situs idem fundus cum arboribus fructiferis iuxta rivulum dictum Zythwa in eiusdem possessionaria porcione; prefatus autem Andreas si vellet molendinum edificare . . pro se in eodem rivulo, tunc deberet in parte inferiori fundi seu loci molendini dicti magistri Gregorii edificare cum una tantummodo rota . . et eciam in tali loco, in quo molendinum eiusdem magistri Gregorii impedire non valeret . . Datum sabbato proximo post festum Nativitatis virginis gloriose, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 116. 29. dipl. oszt. 4688. Közli: Kovács N.

## 391.

1357. sept. 15. A kolozsmonostori convent előtt, Jarai Benedek deák fiút Jánost s János fiát Mihályt, Sebe asszony Vrkun lednya után Tordalaka és Tetreli nevű tordavármegyei birtokokból járó leánynegyed fejében, Vrkun unokái Mihály és Miklós kilencz márkával kielégítik.

Nos conventus monasterii beate virginis de Clusmunustra significamus . . quod nobilibus viris magistro Benedicto literato de Jara, sua, Johanne filio suo, Alexandro fratre suo, Georgio filio eiusdem Alexandri in personis, item Michael filius Johannis similiter sua et Ladislao fratre suo in persona ab una, Nicolao filio Jacobi filii Vrkun similiter sua et Michaele fratre suo in personis parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis confessum extitit per eosdem videlicet magistrum Benedictum ac Michaelem uniformiter et relatam, quod ipsi quartam filialem nobilis domine Sebe nominate, filie videlicet Vrkun, in duabus possessionibus scilicet Tordalaka et Thetreb vocatis in comitatu de Torda existentibus habere voluissent, sed ipsi per compositionem proborum virorum ac mutua inter se dileccionem per modum pacis taliter reformassent, quod pro premissa quarte filialis, iure nature eandem nobilem dominam Sebe vocatam in premissis possessionibus tangentem, idem Nicolaus et Michael filii Jacobi novem marcas, marcam quamlibet decem pensis computando, plene et integre ipsis persolvissent, unde eosdem scilicet Nicolaum et Michaelem filios Jacobi filii Vrkwn pro predicta quarta parte filialis . . commisissent expeditos . . Datum in octavis festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L-mo septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30120. Közli: Kovács N.

## 392.

*1357. sept. 16. A jázói convent előtt Tydrik unokája Katalin, leány-  
negyede részét rokoni szeretetből Csetneki Kún Miklós fiainak Ákosnak  
és Györgynek adományozza.*

Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Jo-  
hannis Baptiste de Jazow tenore presencium declaramus . .  
quod nobilis domina Katherina vocata, filia Benedicti filii Ty-  
drici relicta magistri Tumbolt quondam parte ab una, item Akus  
et Georgius filii Nicolai dicti Kun de Chytnyk parte ab altera,  
per eandem dominam Katherinam . . propositum extitit . . quod  
quia ob amorem fraternalem et caritativam dileccionem, quam  
ipsi Akus et Georgius prefati eidem domine tempore viduitatis  
impendissent, possessionarias porciones suas in quarta filiali  
ipsam contingentes eisdem Akus et Georgio . . contulisset per-  
petuo iure . . possidendas . . Datum sabbato proximo post  
festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup>  
septimo.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A.  
941. 10. dipl. oszt. 4689. Közli: Kovács N.

## 393.

*1357. sept. 19. Domokos erdélyi alvajda a kolozsmonostori conventet  
kiküldi, hogy Diósmacskás nevű birtokot az illető tulajdonosok közt  
oszsza föl és határát újra járja meg.*

. . conventui ecclesie beate Marie virginis de Culusmono-  
stra . . Dominicus vicevoivoda Transsilvanus . . Dicit nobis  
Michael Darabus dictus de Giosmachkas, quod licet inter  
ipsum ab una parte et Michaellem filium Nicolai, Nicolaum  
filium Johannis dicti Kerek ac Johannem, Lucasium et Stepha-  
num filios Martini fratres suos patruales necnon alios nepotes  
Petri filii Gune in possessionibus ipsorum ipsos tangentibus,  
mediantibus efficacibus instrumentis divisio facta fuerit durabi-  
lis, tamen quia per quosdam commetaneos ipsorum de pristino  
loco et sessionibus suis ad alium locum metalibus distincioni-  
bus distinctum mutati et alienati extitissent, ideo predicta pos-



sessio et sessiones ipsorum moderne, iuxta tenores priorum instrumentorum suorum nova divisione facienda plurimum indigerent, quare . . postulamus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Joseph de Machkas, item Michael filius Ladislai de Gergurhaza, aut Stephanus filius Petri de Zumurduk, sive Ladislans filius Johannis de Nadasd, aliis absentibus homo noster ad faciem possessionis ipsorum moderne Gyosmachkas vocate accedendo, vicinisque et commetaneis ipsorum legitime convocatis et presentibus, predictam possessionem Gyosmachkas inter predictos nobiles de eadem modo in prioribus instrumentis ipsorum divisionalibus per ipsos vel ipsorum alterum inibi exhibendis expresso . . dividant . . si per quempiam non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui apparuerint, citet eosdem contra eundem Michaellem dictum Darabus ad nostram presenciam ad terminum competentem rationem eorum contradictionis reddituros, et post hec seriem ipsius divisionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Sancto-Emerico, quinto die octavarum festi nativitatis beate Marie virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oest. 26860. Közli: Kovács N.

## 394.

*1357. sept. 21. A nyitrai káptalan a vármegye alispánja és szolgabirái kérésére bizonyítja, hogy Elefánti Mátyás részére a Mehnyie nevű helységbeliek ellen, Zalakuz nevű birtokon elköretett hatalmaskodás dolgában, nyomozást tartott.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis damus pro memoria, quod cum nos ad instanciam petitionis magistri Jacobi vicecomitis Nitriensis et iudicum nobilium eiusdem comitatus unacum cum Myko homine eorundem, Johannem diaconum chori nostri clericum ad faciendam inquisitionem infrascriptam pro testimonio missetimus, iidem . . retulerunt, quod idem homo dictorum vicecomitis et iudicum nobilium in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste de novo preterita cum eodem homine nostro procedendo a nobilibus et ignobilibus ac aliis communi-

bus hominibus comitatus Nitriensis . . specialiter a vicinis et commetaneis ville Zalakuz vocate talem de subsequentibus . . indagasset veritatem, quod Johannes sartor, Cosmas filius Aladarii, Stephanus, Manthus, Petren et Johannes faber hospites de Mechnye in die dominica proxima ante festum beati Mathei apostoli et evangeliste, ad feriam secundam diescente, ad predictam villam Zalakuz veniendo, portam ipsius ville apportatis straminibus de alia villa igne concremassent et nisi subito populi ipsius ville Zalakuz dictam flammam mitigassent, tota villa combusta extitisset, quam quidem portam penitus et omnino in cinerem redactam fide vidissent oculata. Datum in festo beati Mathei apostoli et evangeliste antedicto, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

*Kézil*: pro magistro Mathya filio Mathye de Elefanth contra populos et hospites de Mechnye intrascriptos inquisitoria.

Zárlatán pecséttel; eredetije az Orsz. Ltárban, N. R. A. 1671. 78. dipl. oszt. 4691. Közli: Kovács N.

## 395.

*1357. sept. 25. A vasvári káptalan bizonyítja, hogy Nádasdi Márton fia Balázs és Pető, továbbá Nádasdi Pál fia Istrán, Nádasd nevű birtokban Nádasdi Beder fiával megosztottak.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei . . significamus . . quod Blasius filius Martini de Nadasd, comitatus Castriferrei, personalter pro se et pro Petew fratre suo carnali cum procuratoriis literis . . capituli de Deako ac Stephanus filius Pauli de eadem Nadasd ab una, item Emericus, Stephanus et Johannes filii Beder de predicta Nadasd parte ab altera coram nobis personalter constituti, confessi extiterant . . eo modo, ut ipsi in premissa possessione eorum Nadasd vocata talem inter se et eorum posteritates duraturam fecissent divisionem, quod eandem possessionem Nadasd nominatam in tres rectas partes et coequales divisissent, quarum una pars scilicet una sessio pro loco mansionis in platea ab occidente habita a parte aquilonis intra finalem sessionem existens, simul cum sex fundis curiarum iobagionum et medio, Blasio et Petew filiis Martini, alia vero pars

similiter una sessio ab aquilone in fine in platea ab occidente existenti habita, cum septimo dimidio fundo curiarum, Stephano filio Pauli, tertia autem pars videlicet una sessio olim prefati Beder ab aquilone in fine platee ab oriente existentis habita, modo simili cum sex fundis curiarum et medio, Emerico, Stephano et Johanni filiis Beder suprascriptis cum omnibus . . . attinenciis ad easdem tres partes possessionariarum porcionum spectantibus . . . ac in superficie earundem existentibus et habitis sorte immissa cessissent et provenissent perpetuo . . . possidende . . . in filios filiorum . . . et quia prescripti fundi curiarum ac alie premissae utilitates prescripte possessionis Nadaad memorate in prescriptas partes iuxta limitationes verbales divise extitissent et haberentur, ideo quelibet parcium, prout sorte immissa eidem cessisset et provenisset, suam sciret porcionem, molendinum autem ipsorum unius rote super fluvio Herepenye vocato habitum communiter possidebunt . . . ceterum possessiones sive possessionarie porciones, quas prelibatus Beder federe impignorationis a filiis Gothardi de Chou in possessione similiter Nadaad vocata in viginti quatuor marcis denariorum a nobilibus de Gethe in quadam particula terre Scentbmyklos(. .)feulde in sex marcis habuisse dinosceretur et recepisse, per compositionem proborum virorum taliter inter se ordinasse et super ipsis terris impignoraticiiis concordasse retulerunt, ut quandocunque processu temporum prefati Blasius et Petew filii Martini terciam partem premissae pecunie obligationis eisdem Emirico, Stephano et Johanni filiis Beder reddere possent et valerent, extunc terciam partem prescriptarum possessionariarum porcionum impignoraticiarum sub forma eiusdem impignorationis ipsis filiis Martini et similiter terciam partem earundem possessionariarum porcionum impignoraticiarum suprascripto Stephano filio Pauli, modo simili tertia parte ipsius pecunie obligationis restituta, iidem filii Beder dare et assignare tenebuntur . . . Datum feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli autumnalis, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Kisfaludy Árpád családí iratai között. Közli: Kovács N.

## 396.

*1357. oct. 3. A budai káptalan előtt, Magyar Pálné Margit asszony, Gerse nevű vasvármegyei birtokban a vasvári Domokos szerzetbelieknek egy szőlőt és egy telket hagyományoz.*

Capitulum Budensis ecclesie . . ad universorum . . noticiam . . volumus pervenire, quod cum nos ad instantissimas petitiones nobilis domine Margarete consortis magistri Pauli dicti Magyar, propter suam gravem infirmitatem ad nostram presentiam venire non valentis . . Emericum et Konya socios et canonicos nostros, ad audiendas professiones, seu confessiones eiusdem nobilis domine destinassemus, iidem . . nobis retulerunt eo modo, quod predicta domina Margareta in eorum presentia extitisset confessa . . quod ipsa matura in se deliberacione prehabita quandam vineam suam, a suo patre videlicet magistro Ladislao filio Andree iure paterno sibi devolutam, in territorio ville sue Gelse vocate in comitatu Vosuariensi existenti, existentem, quandam sessionem suam in eadem villa Gelse, in qua predictus pater suus personalem seu specialem, quousque vixisset, residenciam fecisse dignosceretur, cum omnibus suis pertinenciis . . salvis iuribus, que ad iobagiones pertinuisse, et pertinere dignoscuntur, pro remedio sue, dicti magistri Pauli mariti ac Ladislai filii sui et omnium parentum suorum vivorum atque mortuorum animarum, ecclesie sancte crucis in civitate Vosuariensi existenti, et per consequens fratribus de ordine beati Dominici confessoris in eadem ecclesia iugiter deo famulantibus perpetuo et irrevocabiliter . . legasset, quiete et pacifice . . possidendas, ac cum plenitudine sui iuris et domini secundum nutum voluntatis eorum disponendas. Datum per manus magistri Dionisii lectoris ecclesie nostre, tertia feria proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo, presentibus . . magistris Petro cantore, Johanne custode, Ladislao, Emerico, Petro, Michaeli, Cosma, Georgio, Nicolao et aliis canonicis . .

Hártyán, zöld és vörös czérna-zsinóron függő ép monorn pecséttel; eredetije a Festetics cs. keszthelyi kárában Castriferrei 42. A chyrographum feltől van.

397.

*1357. Vasvár, oct. 9. Vas vármegye alispánja és szolgabirái Nagy Istránt Hegy nevű faluból a Sár vize mellett, ki Mákfai Petőtől egy zseg színű és egy szár színű lovat eltolvajlott, halálra ítélik.*

Nos magister Stephanus filius Lorandi comes Castriferrei magnifici viri Nicolai Konth regni Hungarie palatini iudicis comanorum Castriferrei et Soproniensis comitatum tenentis honorem ac iudices nobilium eiusdem Castriferrei comitatus memorie commendamus, quod nobis feria secunda proxima post octavas festi beati Michaelis archangeli pro faciendo iudicio moderativo consedentibus magister (Peteu filius Mark) de Makua personaliter ad nostram accedendo presenciam, quendam (hominem Stephanum) magnum nomine hospitem furis (per) hominem nostrum ordine iudiciario recaptivatum, nobis ad sedem nostram iudiciariam introduxit, contra quem in figura nostri iudicii proposuit in hunc modum, quod idem Stephanus magnus tunc in possessione Hegy vocata commorans et de eadem egrediens, ad festum Inventionis sancte crucis hoc anno preteritum luce-scente, de propria domo sua iuxta Saar habita furtive abstulisset duos equos suos zeg et zar coloris, quos ad visum et scitum plurium et pociorum nobilium et ignobilium hominum Castriferrei et Soproniensis comitatum publice et manifeste vendidisset Stephanus magnus supradictus, et quod hoc verum est, ad provincie nobiles tunc nobiscum adherentes submitteret magister Peteu supradictus; cumque nos his auditis provincie nobiles nobiscum adherentes super eo, quomodo et qualiter prefatus Stephanus magnus se (. . . .) et tenuisset, provincie nobiles et innobiles diligenter et conscienciose requisitos habuissemus, tandem iidem provincie nobiles et innobiles ad fidem et fidelitatem ipsorum deo et sacre corone debitas, communi et matura deliberacione prehabita, prefatum Stephanum magnum publicum et manifestum furem et latronem ac devastatorem totius p(rovincie) imo eciam plurium provinciarum fuisse et esse affirmarunt et nobis assignarunt, et licet his itaque habitis ipsum Stephanum magnum pena et morte patibuli comdemnare poteramus, tamen ob maioris iusticie evidenciam unacum provincie nobilibus commisimus tali modo, quod ipse magister Peteu

filius Mark undecimo se nobilibus super eo, quod prefatus Stephanus magnus in prefixo termino predictos duos equos suos furtive abstulerit ab eodem, sacramentum prestare teneatur coram nobis, tandem idem magister Peteu cum ipsis coniuratoribus suis coram nobis comparando iuravit, ut debebat, et sic ipsum Stephanum magnum furem esse devenit, quem ordine iudiciario et consuetudine regni exigente suspendio patibuli condemnavimus, more de consveto . . Datum in Castroferreo, in termino prenotato, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics családában, Castriferrei 42. a.

## 398.

1357. Cseke, oct. 12. Szatmár vármegye alispánja és szolgabirái előtt, Nagysemjéni Istrán előterjeszti azt a panaszát, hogy kissemjéni birtokát Nábrádi János több oldh lakossal elfoglaltatta.

Nos magister Georgius filius Gregorii de Rusal vicecomes de Zothmar et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Stephani de Nogysemyen ad nostram accedens presenciam nobis protestare curavit in hunc modum, quod Johannes de Nabrad multos olakos cum porcis ad suam possessionem conduxisset et nunc cum predictis porcis possessionem ipsorum (*igy*) Kissemyen vocatam uti faceret, in preiudicium ipsorum non modicum et iacturam. Datum in Cheke, feria quinta proxima post octavas beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L. septimo.

Hátlapján pecsétekkel; eredetije a N. Muzseumban a Kállay családában.

## 399.

1357. Visegrád, oct. 13. Szécsi Miklós országbíró, Várdai Miklósnak Kállai Vbul és társai elleni ügyét, elhalasztja.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus filius Johannis filii Ladislai de Warada, pro quo Andreas filius Stephani . . astitit, contra Vbul et Michaellem filios Ladislai de Kallo, Ladislaum

et Leukus filios Johannis dicti Lengel de Napkor, Ladislaum et Demetrium filios Iwan de iamdicta Kallo, Emericum et Petrum filios Simonis de predicta Napkur, ex quibus idem Ladislaus filius Johannis ac Ladislaus et Demetrius filii Iwan pro se personaliter, pro aliis autem predictis ipse Ladislaus filius Johannis ac Johannes filius Petri necnon Gregorius de Bogus cum procuratoriis literis . . comparuerunt, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi beati Michaelis archangeli movere habebat coram nobis, de procuratorum voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris proxime venturas statu sub priori duximus peremptorie prorogandam. Datum in Wysegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán peccét nyomaival; eredetije a N. Muzéumban a Kállay ca. ltárában.

## 400.

*1357. Nagycárad, oct. 13. László váradi dekan kanonok és szeghalmi főesperes, egyik bagaméri jobbágya ügyében Orusi Imrét intézkedésre fölkéri, azzal hogy fiát tanulás végett hozzá küldje.*

Nobili viro et honesto magistro Emerico filio Simonis de Orus, proximo suo honorando, vinculum proximitatis debito cum honore. Vestram proximitatem requirimus per presentes diligenter, quatenus in causa Nicolai iobagionis nostri de Bagamer portitoris presencium, contra Paulum vestrum iobagionem habita iusticie implementum deum pre oculis habentes facere intendatis. In hocque proximitatem et dileccionem vestram, de qua nullatenus diffidimus, plenissime demonstratis; preterea nobis datur intelligi, ut filium vestrum causa studii literarum ad nos dirigere intendretis (*igy*). Unde rogamus vos ex affectu, quod eundem filium vestrum, ut premissum est, per portitorem presencium ad nos transmittere procuretis, quem nos bono modo acceptantes, honorifice pertractabimus. Scripta Varadini, feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini MCCC<sup>o</sup> quinquagesimo septimo. Hec magister Ladislaus canonicus et decanus ecclesie Varadiensis et archidiaconus de Zeghalum.

*Kívül: Nobili viro magistro Emerico filio magistri Simonis de Orus proximo suo reverendo.*

Zárlatán ép monorú pecséttel; eredetije a N. Múzeumban a Kállay cs. ltárában.

## 401.

*1357. Visegrád, oct. 29. Szécsi Miklós országbíró a lelezi conventet megkeresi, hogy Ivánosi Kántor Bereczk és Loránd összes birtokait Nagysenjéni István részére foglalja le.*

. . conventui ecclesie de Lelez comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem . . Cum Briccius et Lorandus dicti Kantor filii Nicolai de Ivanusi pro indebita requisicione cuiusdam possessionis Rodolph vocate, contra magistrum Stephanum filium Stephani de Nogsymiee (*igy*), amissis universis possessionibus et possessionariis proprietatibus ac bonis et rebus ipsos solum contingentibus ubique in regno Hungarie existentibus, in facto calumnie et in sentenciis capitalibus, prout in aliis literis nostris privilegialibus exinde confectis plenius continentur, sint convicti et aggravati, tramesque iusticie et rigor equitatis predicto magistro Stephano filio Stephani ad satisfaccionem impendendam nos cogat et astringat, ideo vestram amicitiam . . requirimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Matheus de Boly, homo regius, de curia regia ad hoc specialiter transmissus, ad facies universarum possessionum, possessionariarum porcionum dictorum Briccii et Lorandi ipsos solum ubique in regno Hungarie contingencium accedat, fratribusque proximis generacionibus (*igy*) vicinis et commetaneis . . convocatis et presentibus easdem . . reambulet et easdem ad singulas personas videlicet suas proprias ac uxorum, filiorum et filiarum suarum equa lance dividat, factaque ipsa divisione porciones eisdem Briccio et Lorando filiis Nicolai cessas, in duabus partibus nostris iudiciariis in tertia vero parte predicti magistri Stephani filii Stephani partis adverse manibus aplicet possidendas, quousque a nobis, si ipse due partes carici valoris vel amplioris fuerint, in quinquaginta marcis, si vero minoris valoris extiterint, in earum estimacione et eciam pars earumdem ab ipso magistro Stephano parte adverse similiter in earum esti-



macione redimantur. Nihilominus universis fratribus, proximis, cognatis, generacionibus, vicinis et commetaneis eorundem Briccii et Lorandi filiorum Nicolai publice . . . faciat promulgari, ut quicumque ex his, quorum redemcioni predictae possessiones et possessionarie porciones ipsis Briccio et Lorando cesse potius congruerit, a nobis in duabus partibus in adverso in tertia parte, ut premisimus, redimere valuerint, extunc in octavis festi beati Andree apostoli nunc venturis ad assumendum terminum redemcionis earum in presencia compareant regie maiestatis, alioquin easdem possessiones et possessionarias porciones, iamdictorum Briccii et Lorandi nobis in duabus in tertia parte ipso magistro Stephano parti adverse, prout modo pretacto iuri consonum fuerit aplicabimus perpetuo possidendas. Ceterum idem regius et vester homines universa bona . . . solum ipsos Briccium et Lorandum contingentes requirant, ad duas partes earundem nobis veluti iudici et tertiā partem predictae parti adverse debent assignare, illos autem, qui ex bonis et rebus ipsorum Briccii et Lorandi apud se conservando occultare niterentur contra predictam partem adversam, citet ad (p . . . . .) octavas festi beati Andree apostoli, racionem rerum et bonorum occultatorum et occultatarum reddituros in presencia regie maiestatis. Et post hec seriem omnium premissorum . . . ad dictas octavas festi beati Andree apostoli, domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, vigesimo quarto die octavarum festi beati Michaelis archangeli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Péter lelezi prépost és conventjének Katalin napján 1357-ben kelt jelentéséből, mely szerint a kiküldöttek semmitsem végezhettek, mert a midőn Ivánusi nevű birtokot foglalás alá venni akarták, a főt nevezett Loránt és Bereczk ellentálltak. A jelentés eredetije a N. Múzeumban a Kállay cs. ltárában őriztetik.

## 402.

*1357. Visegrád, oct. 30. I. Lajos király Szantói Demeter fia Pál szolgálatai tekintetéből és Miklós kaloccai érsek kérelmére, Csuzai Pál fia Istrán leányait Ágotát és Klárát, kiknek egyike a nevezett Szantói Pálhoz, másika pedig ennek fivéréhez volt férjhez menendő, atyjok összes javaiban fiasítja.*

Nos Lodovicus . . rex . . significamus . . quod nos . . servi-  
ciis placibilibus Pauli filii Demetrii de Zantou, quibus secundum  
exigenciam sue possibilitatis nisus fuit complacere regie maie-  
stati, recensitis, sicut ad humilem eiusdem supplicationem haud  
minus intercessibili . . Nicolai . . archiepiscopi Colocensis, can-  
cellarii nostri, domini sui, petitionem erga nostram maiestatem  
interveniente, pro eodem regia favorabilitate inclinati, nobiles  
puellas Agatam videlicet et Clara vocatas, filias Stephani filii  
Pauli de Chusa de comitatu de Baranya hominis sine herede  
sexus virilis decedentis, quarum una eidem Paulo et altera ger-  
mano suo matrimoniali federe sunt nubende, ex specialis gracie  
prerogativa de innata cordi nostro pietate universarum posses-  
sionum et proprietatum paternarum ac iurium ubilibet existen-  
cium, veros heredes et successores . . creamus preficientes tan-  
quam filios eiusdem Stephani naturales; concedentes et confe-  
rentes eisdem et earum heredibus . . totam hereditatem pater-  
nam et possessiones dicti Stephani patris earum universas  
ubilibet existentes, tam hereditario, emticio et impignoratio  
iure, quam alio quovis iusto titulo quondam ipsum contingentes,  
specialiter possessiones memorati Stephani patris ipsarum Chusa,  
Mark et Scepsae nuncupatas in comitatu de Baranya et aliis ubi-  
que existentes, nostre collacioni ex approbata regni nostri con-  
svetudine requirente pertinentes, tanquam veris heredibus eius-  
dem Stephani ex presenti nostra institucione graciosas, velut  
filiis naturalibus ipsius Stephani cum omnibus earum . . perti-  
nenciis . . sub suis veris metis et antiquis, quibus per priores  
possessores earum habite extiterunt et possesse perpetuo . .  
possidendas . . salvis iuribus alienis, consvetudinaria tamen  
lege regni nostri, que non nisi heredem masculum patitur suc-  
cessorem, huic gracie per nos ipsis facte repugnare non valente

. . Datum in Visegrad, tercio die festi beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

L. Lajos királynak 1361. mart. 23-án Szantói Demeter fia Pál kérésére kiadott és 1364. febr. 3-án, az ismert megerősítő záradékkal ellátott átiratából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban 611. 37. dipl. oszt. 4694. Közli: Kovács N.

## 403.

*1357. Visegrád, nov. 3. László császári prépost és királyi titoknok előtt, Biri Tamás fia a Nagysemjéni Istvántól kölcsönvett tizenkét forint biztosítására, Ozlár nevű szabolcsvármegyei birtokukat lekötik.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis, comes capelle et secretarius . . regis . . damus pro memoria, quod Ladislaus et Johannes filii Thome de Byri pro se personaliter et pro domina matre eorum . . ac Philippo fratre ipsorum carnali . . in nostri presencia . . sunt confessi . . a Stephano filio Stephani de Nogsemyen duodecim florenos recepisse . . cum promtis florenis, quos quidem duodecim florenos similiter cum promtis florenis iidem Ladislaus et Johannes filii Thome in ipsorum propria et dicte domine matris ipsorum . . ac dicti Philippi fratris eorum . . absque decima et nona parte in octavis Strennarum proxime venturis coram conventu de Lelez . . persolvere assumserunt Stephano filio Stephani de Nogsemyen prenotato, tali obligatione mediante, quod si ipsis octavis Strennarum advenientibus ipsos duodecim florenos . . eidem Stephano filio Stephani . . persolvere non curarent, extunc in duplo ipsorum duodecim florenorum contra ipsum Stephanum filium Stephani convincentur ipso facto, et se se in dicto duplo convinci permitterent, extunc ipsum Stephanum filium Stephani in octavis festi Purificacionis virginis gloriose proxime venturis in porcionem ipsorum possessionariam, in possessione Ozlar vocata in comitatu de Zabolch existenti habitam, cum omnibus utilitatibus eiusdem porcionis, usque tempus redemptionis eiusdem possidendam predicti filii Thome de Byri et dicta domina mater ipsorum prelibatum Stephanum filium Stephani presentibus homine regio et testimonio conventus de Lelez statuere tene-

rentur, si autem ipsis octavis festi Purificacionis beate virginis occurrentibus ipsum Stephanum filium Stephani in predictam porcionem possessionariam ipsorum prenominati filii Thome de Biri et annotata domina mater eorum statuere non curarent . . . extunc iidem filii Thome et prememorata domina mater ipsorum contra eundem Stephanum filium Stephani in quatráginta octo florenis convincerentur ipso facto; quibus persolutis scilicet pecunia principali et duplo prememoratus Stephanus filius Stephani prelibatam porcionem possessionariam eisdem filiis Thome et domine matri ipsorum reddere et remittere teneretur. Datum in Vysegrad, feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán peccsét nyomaival; eredetije a N. Muzetumban a Kállay ca. Itárásban. Közli: Kovács N.

## 404.

*1357. nov. 4. A zágrábi káptalan előtt, több szentandrászi körösvarmegyei nemes, Alberthegeye nevű részbirtokukat, miután határait megjáratták, a szomszédok közmegegyezése mellett Zdenchi Móricz fiának Simonnak, husz márkáért eladják.*

Nos capitulum Zagradiensis ecclesie . . . significamus . . . quod cum nos ad . . . petitionem Dezew sacerdotis de Sancto Andrea ex parte nobilium infrascriptorum ad nos transmissi, ad audiendam assercionem et videndos contractus inter Johannem et Nicolaum filios Egidii, item Johannem filium Andree, Thomam filium Pauli, Phyle et Guke filios Imbor ac Andream filium Nicolai filii Bartholomei nobiles de Sancto Andrea de comitatu Crisiensi ex una parte, et magistrum Simonem filium Maurichii de Zdench ex altera fiendos . . . Johannem sacerdotem prebendarium ecclesie nostre . . . ad illas partes transmisissemus, tandem idem ad nos reversus unacum predicto Dezew sacerdote procuratore predictorum nobilium legitimo et predicto Johanne filio Andree ac eciam magistro Stephano filio Andree castellano predicti magistri Simonis (. . . . .) seriose retulit eisdem presentibus (. . . . .) affirmantibus in hunc modum, quod prenominati nobiles de Sancto-Andrea videlicet Johan-

nes et Nicolaus filii Egidii, item Johannes filius Andree, Thomas filius Pauli, Phyle et Guke filii Imbor ac Andreas filius Nicolai filii Bartholomei coram ipso nostro homine, quem ad hoc specialiter ex causa rationabili duxeramus transmittendum, quandam particulam porcionis eorum possessionarie Alberthege vocate ad ipsos titulo emcionis ex parte Farkasii filii Nicolai de Morchel devolute, a parte orientis iuxta fluvium Radouanpothoka adiacentem, metis et terminis infrascriptis circumdatam et separatam, cum suis . . pertinenciis universis, pre-nominato magistro Simoni filio Maurichii pro viginti marcis denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum quinque pensis computando . . confessi extitissent se vendidisse . . iure perpetuo . . possidendam . . in filios filiorum . . cui quidem vendicioni . . vicini et commetanei eorum universi specialiter Nicolaus filius Stephani ac Ladislaus iudex de Gordoa . . consensum prebuissent; retulit eciam idem homo noster, quod supradicti nobiles coram ipso assumssissent prefatum magistrum Simonem ex parte predicti Farcasii et aliorum . . racione premissa . . inquietare volencium . . propriis eorum laboribus expedire et expensis. Mete autem eiusdem particule, prout nobis per eundem nostrum hominem et partes predictas in registro fuerunt apportate, quas, ut dixit, presentibus universis vicinis et commetaneis eiusdem erexissent, hoc ordine distinguntur: prima igitur meta incipit a septentrione iuxta fluvium Chasme circa pontem, per quem transitur de Gordoa in Zdench, ubi sunt due mete terre ex utraque parte vie, inde procedit per eandem viam ad meridiem ad quasdam duas arbores vulgo tuul vocatas cruce signatas, metis terreis circumfusas ex utraque parte ipsius vie existentes, dicta particula vendita a sinistris remanente, inde ascendit per eandem viam ad quendam monticulum, in cuius vertice sunt due mete terre ex utraque parte eiusdem vie, deinde per eandem viam ad eandem partem ad duas metas terreas, inde procedit ad duas arbores tuulfa cruce signatas metis terreis circumfusas, deinde eundo per eandem viam venit ad duas metas, quarum una est tuulfa terra circumfusa et alia meta terrea, inde procedit in eadem via ad duas metas terreas, abhinc ad alias duas metas terreas, et iterum ad duas metas terreas in eadem via, deinde

iterum ad duas metas ex utraque parte ipsius vie, quarum una est terrea alia arbor tuul, cruce signata, meta terrea circumfusa iuxta caput vallis Leskouch vocate, et inde intrat ad metas terre magistri Simonis prenotati ibique terminantur . . Datum sabbato proximo post festum Omnium Sanctorum, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

A pecsét zöld és veres selyem szálakon függ; eredetije az Orsz. Ltárban N. R. A. 953. 5. dipl. oszt. 4696. Ugyanott megvan a zágrábi káptalannak a fentebbi napon kelt másik levele, mely szerint a fent nevezett felek előbb perben álltak, azonban a káptalan előtt utóbb végleg kibékültek; dipl. oszt. 4918. Közli: Kovács N.

## 405.

*1357. nov. 13. A zabori convent előtt, Kereszturi Atlyk unokája János, bzinczi plebános és testvére, Keresztur nevű birtokukat Szentmáriai Székely Györgyre átruházzák.*

Nos conventus monasterii beati Ipoliti martyris de Zoborio . . significamus . . quod . . Johanne plebano ecclesie de Byzench, filio videlicet Thome filii Atlyk de Kereztur et Atlyk fratre eiusdem ab una, item magistro Georgio dicto Scekel filio Thome de Scentmaria, parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem . . Johannem et Atlyk fratrem suum propositum extitit . . quod quia ipsi pro quibusdam necessitatibus eorum ad presens ipsis imminentibus, quinquaginta marcas denariorum, quamlibet marcam decem pennis computando, pro quibus ipsi dictam possessionem eorum Kereztur nominatam ipsi magistro Georgio impignoraverant, eidem magistro Georgio reddere et persolvere non valerent, ideo ipsi eandem possessionem ipsorum Kereztur vocatam cum omnibus suis utilitatibus quemadmodum nobili domine Margarete sorori ipsorum, consorti videlicet eiusdem Georgii et Petro filio suo ac heredibus eorum mediantibus literis . . capituli ecclesie Nitriensis privilegialibus coram nobis in specie exhibitis, perpetuassent, modo simili eidem magistro Georgio, tum ratione proximitatis dilectionis, tum ratione dicte pecunie quantitate . . perpetuarunt coram nobis, ita videlicet, quod si prefatam nobilem dominam

aut filios ipsius Georgii ab eadem domina procreatos vel procreandos absque heredum solacio, quod absit, decedere contingeret, et idem magister Georgius superstes remaneret, tunc ipsi et sui successores memoratam possessionem Kereztur, ab eodem magistro Georgio et suis heredibus ab alia domina procreandis, pro predicta pecunie quantitate, contradiccione qualibet non obstante, redimendi haberent facultatem. Datum in die sancti Bricci confessoris, anno domini millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

A nyitrai káptalannak 1361-ben kelt a Szentmáriai Székely György kérésére kiállított átiratából; melynek eredetije megvan a N. Muzéumban. Ugyanott megvan a nyitrai káptalan bizonyáglevelé 1357. oct. 6-ról, mely szerint Kereszturi Tamás özvegye Vythna asszony, Keresztur és Kuzdench nevű birtokokból járó hitbérét és hozományát Margit leányára, pozsonyvármegyei Szentmáriai Tamás fiának Székely Györgynek nejére, átruházza.

## 406.

*1357. Csenger, nov. 15. Szatmár vármegye alispánja és szolgabirái a király rendeletéből, a jelmerült büntények felett több panaszost meghallgatnak és vizsgálatot tartanak.*

Nos magister Georgius filius Gregorii de Rosal vicecomes Zothmariensis vice et nomine magnifici viri magistri Oliverii iudicis curie domine regine et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod ex . . precepto Lodovici . . regis, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris congregacionem generalem nostre universitati nobilium in villa Cenger pro compescendis furibus et latronibus ac aliis malefactoribus, coram magistro Johanne filio Ivanka de Purbardhyda et testimonio Andree conventus de Lelez celebrassemus, tandem Michael homo de Domanhyda de medio aliorum causancium consurgendo contra Thomam de Byri et Ladislaum filium suum proposuit per hunc modum, quod anno in presenti videlicet quinta feria proxima post festum Pasche domini in fine possessionis ipsorum Kallou potencialiter duos boves et duos equos suos ac sedecim florenos recepisset, petens nos, ut iudices nobilium iuratique assessores requisiti faterentur, qua-

lem de premissis scirent veritatem; qui quidem iudices nobilium iuratique assessores fide eorum mediante . . pro dicenda veritate et iusticia communi tacto vivifice crucis ligno presstita, omnia premissa per predictos Thomam et Ladislaum filium suum super eundem Michaellem de Domanhyda fecisse unanimiter . . affirmarunt; in quorum testimonium assercionis presentes concessimus nostris sigillis consignando eidem Michaeli de Domanhyda literas nostras duximus concedendas. Item magister Nicolaus filius Dionisii de Estephand de medio aliorum causancium consurgendo contra eundem Thomam de Byri et Ladislaum filium suum proposuit per hunc modum, quod idem Thomas cum Ladislao filio suo in villa Kallov potencialiter Henslinum famulum suum omni sine lege recaptivasset et ab eodem quadraginta florenos et unum cingulum balteum viginti florenos valentem recepisset, petens nos, ut iudices nobilium iuratique assessores requisiti faterentur, qualem de premissis scirent veritatem, qui quidem iudices nobilium iuratique assessores fide eorum mediante . omnia premissa per predictos Thomam et Ladislaum filium suum super eundem Henslinum fecisse unanimiter . . affirmarunt; in quorum testimonium assercionis presentes concessimus nostris sigillis consignando eidem magistro Nicolao literas nostras duximus concedendas; quorum nomina iuratorum videlicet: Thomas de Vosuari, Stephanus de Pyliske, Michael filius Deseu de Syma, Petrus filius Tyba, Johannes filius Johannis de Garmath, Petrus magnus de Chahal, Johannes filius de Bencench Ladislaus filius Jacobi de Nomen, Laurencius filius Petri de Filpus, Johannes filius Dionisii de Kelche, Simon magnus de Bagus, Georgius de Nogbatur. Item magister Petrus magnus de Chahol de medio aliorum causancium consurgendo contra comitem Mathius officialem de Mohten et universos populos de Chalanusuad iobagiones Ladislai filii Simonis, Ladislai filii Marhardi et Stephani filii Michaelis proposuit per hunc modum, quod anno in presenti, videlicet secunda feria proxima post festum Omnium Sanctorum ipse porcos volacorum pertinentes ad Solumku super fidem suam ad faciem possessionis sue causa nutriendi pepelli fecisset, ita tamen, ut idem volachi quando ipsos porcos ad domum pepelli intenderent, extunc



ipse eisdem libere, cum homine suo adiuuaret et faceret depelli, idem comes Mathius et universi populi de Chalanusuada armatis manibus potencialiter more latrocinio contra ipsos volacos irruissent, quando illos porcos domum pepellissent, et ex eisdem porcis duo millia (*igy*) recepissent, et unum ex ipsis volachis interfecissent, aliquos denudassent et quatuor in letalibus vulneribus relinquissent, idem magister Petrus commisit ad iuratos, nos vero interim ipsos Ladislaum filium Simonis, Ladislaum filium Marhardi et Stephanum filium Michaelis ad faciem monuimus et interrogavimus, ut ex parte iobagionum ipsorum predictorum super ipsa causa contra eundem magistrum Petrum quid responderent, qui quidem Ladislaus filius Simonis, Ladislaus filius Marhardi et Stephanus filius Michaelis responderunt tali modo, ut ipsi nescirent, utrum ipsi iobagiones ipsorum predicti fecissent an non, et si ipsi fecissent, extunc sine consilio et dictu ipsorum fecissent; hoc nos similiter committimus ad iuratos, sicut ambe partes commiserunt ad iuratos petens nos, ut iudices nobilium iuratique assessores requisiti faterentur, qualem de premissis scirent veritatem. Qui quidem iudices nobilium iuratique assessores fide eorum mediante . . omnia premissa per predictos comitem Mathius et universos populos de Chalanusuada super eundem volacos et magistrum Petrum fecisse unanimiter et concordi testificatione affirmarunt, tamquam potencia et latrones super capitali sententia et omnia bona ipsorum amisisse. In quorum testimonium assercionis presentes concessimus nostris sigillis consignando eidem magistro Petro literas nostras duximus concedendas. Post hec magister Georgius vicecomes noster cum iudicibus nobilium consurgentes eosdem Ladislaum filium Simonis, Ladislaum filium Marhardi et Stephanum filium Michaelis semel et secundo ac terciario et quam pluries monentes ac petentes, ut predictos iobagiones ipsorum de Chalanusuada cum rebus et personis ad consistorium nostrum constituerent, et magistro Petro adverso coram ipsis impenderent satisfaccionem et ipsis volachis super ipsa causa, qui quidem Ladislaus filius Simonis, Ladislaus filius Marhardi et Stephanus filius Michaelis e converso responderunt tali modo, quod ipsi universos populos de Chalanusuada iobagiones ipsorum nullo-

modo constituere possent et neque constituerent, quia ipsi . . . . pro predicto facto de illa villa recepissent et quicquid fecerunt super caput ipsorum fecissent et ipsi in ipsa causa se ipsos non intromitterent, et ubicunque idem magister Georgius cum iudicibus nobilium sive in illa villa Chalanusuada caput ipsorum invenire possent capiantur, res et bona ipsorum recipiantur. Item Ladislaus filius Elleus de Gathal de medio aliorum causancium consurgendo contra Ladislaum filium Alexandri, Stephanum filium suum et Georgium filium Beke famulum ipsorum proposuit per hunc modum, quod anno in presenti, videlicet tertia feria proxima ante festum beati Luce evangeliste in civitate Nempty, Dominicum rufum iobagionem domini sui magistri Simonis interficere voluissent et vulneratum reliquissent, et post hec idem Ladislaus legitime ad villam Solmus ivisset et ab eodem Ladislao filio Alexandri super ipsa causa eidem Dominico rufo satisfaccionem facere rogasset, idem Ladislaus filius Alexandri cum Stephano filio suo ac Georgio predicto armatis manibus contra ipsum Ladislaum irruissent mortem suam voluissent, cum tribus sagittis sagittassent et de ipsa villa cum pudore extra pepelissent et super ipsa causa nullam impendissent satisfaccionem. Quo audito idem Ladislaus filius Alexandri, Stephanus filius suus in aquisicione Ladislai filii Elleus se ipsos innocentes et immunes esse dixerunt; nos vero ambe partes interrogando, quid magis respondere vellent, ipse vero ambe partes commiserunt ad iuratos, petentes nos, ut iudices nobilium iuratique assessores requisiti faterentur, qualem de premissis scirent veritatem, qui quidem iudices nobilium iuratique assessores fide eorum mediante . . omnia premissa per predictos Ladislaum filium Alexandri, Stephanum filium suum ac Georgium filium Beke super eundem Ladislaum filium Elleus et Dominicum rufum fecisse unanimiter et concordi testificacione affirmarunt. In quorum testimonium assercionis presentes concessimus nostris sigillis consignando eidem magistro filio Elleus literas nostras duximus concedendas. Datum tercio die congregacionis nostre predictae in loco prenotato, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban a Kállay ca. Itárában. Közli: Kovács N.

## 407.

1357. Szentimre, nov. 21. Domokos erdélyi vajda az erdélyi káptalant megkeresi, hogy Devecseri Abyl fiát Lőrinczet, a tőle elidegenített dobokardmegyei Felnyires és Alynires nevű birtokokba iktassa be.

. . capitulo ecclesie Transsilvane . . Dominicus voivoda Transsilvanus . . Dicit nobis Laurencius filius Abyl de Deuecher superiori, quod idem Abyl suus pater et Andreas frater eiusdem Abyl quasdam possessiones ipsorum Olnires et Felnires vocatas in comitatu de Doboka existentes, que titulo iuris hereditarii ad ipsum devolvi debuissent et deberent pertinere, vendidissent . . in suum preiudicium . . quas ipse reobtinere . . vellet . . super quo . . petimus . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius de Chazar vel Dominicus de eadem sive Gregorius filius Simonis de Aronzenthmiklos, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Olnires et Felnires vocatarum accedendo . . reambulet easdem . . reambulatasque et ab aliorum possessionibus separatas et distinctas recapiat easdem nomine iuris Laurencii filii Abyl supradicti, recaptivatasque statuat eidem Laurencio filio Abyl eo iure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere sine preiudicio iuris alieni perpetuo per eundem possidendas, si per quempiam non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, contra eundem Laurencium ad nostram citet presenciam ad terminum competentem rationem eorum contradiccionis reddituros; et post hec seriem ipsius possessionarie recaptivacionis et statucionis . . nobis . . rescribatis. Datum in Sancto-Emerico, quarta die octavarum festi beati Martini confessoris, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

Zárlatán pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oart. 29151. Közli: Kovács N.

## 408.

1357. Beregszász, nov. 25. Bereg vármegye alispánja és szolgabírái bizonyítják, hogy Borsvai Simon fia Tamás Hyg és Helmech nevű birtokait Borsvai Kilittől nem váltotta ki s hogy azokat Bodolai István fia István tartja zálogban.

Nos Nicolaus filius Thomé vicecomes magistri Morochuck comitatus de Beregh et quatuor iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod causa, que est mota inter Thomam filium Simonis de Borsva et inter Kilianum de eadem racione empcionum seu redemcionum porcionum possessionariarum eiusdem Kiliani in possessionibus Hyg et Helmech habitarum, quas videlicet porciones idem Thomas secundum consuetudinem regni in octavis festi beati Martini confessoris proxime preteritis redimere assumserat et non redemit coram nobis a Kiliano supradicto; tandem in supradictis octavis beati Martini Nicolaus rufus officialis magistri Stephani filii Stephani de Bodolo . . coram nobis exurgendo dixit tali modo, quod prenotate porciones ipsius Kiliani ex permissione predicti Thome dominus suus antedictus magister Stephanus, circa ipsum impignoratas haberet et super eo instrumenta seu literas haberet. Datum in Lopprechtzaza in quindenis festi antedicti, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>o</sup> septimo.

Hátlapján több pecsét töredékeivel; eredetije a b. Perény cs. Itárában Nagy-Szöllösön. Közli: Kovács N.

## 409.

1357. Zágráb, nov. 28. I. Lajos király Zalathna bányavárost mindazon szabadságokkal felruházza, melyeket a többi bányavárosok élveznek.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie . . significamus . . quod nos ad humilem supplicacionem Corradi plebani et Nicolai Vyner dicti, civis de Zalathna, nobis in suis necnon universorum civium et hospitem ac montanorum nostrorum de eadem Zalathna personis porrectam utilitati eiusdem montane nostre de Zalathna invigilare cupientes, ut populi in

eadem residenciam facientes in pacis pulchritudine sedeant et tranquillitate quiescant ac libertatibus gratulentur opportunis, eisdem ex regie libertatis largiffua benignitate duximus annuendum, ut ipsi et eorum posteri omni ea libertate pociantur, qua cetera montana in regno nostro existencia gaudent et fruuntur; ideoque universis et quibuslibet urbaraniis nostris iniungimus regio sub edicto, ut ipsi eosdem populos seu montanos nostros de Zalathna in predictis eorum libertatibus admittant permanere, nec ipsos ultra eorum premissas libertates in aliquo audeant molestare . . Datum Zagrabie, quarto die festi beate Katherine virginis et martyris, anno domini Milles<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> L<sup>mo</sup> septimo.

I. Lajos királynak 1365. jan. 27-én Kendees fia Miklós, Zalathna városa bírása, kérésére kiadott s az erdélyi káptalan által átírt privilegiumából, melynek eredetije megvan az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30665  
Közli: Kovács N.

## 410.

*1357. Visegrád, dec. 15. Szécsi Miklós országbíró a jázói conventet megkeresi, hogy Rozgonyi János és Péter fiai részére, néhai Mikch bán fiát Lorándot, a Lona helységben elköretett hatalmaskodás miatt három vidékbeli piacon kikiáltás útján a király elé idézze meg.*

. . conventui ecclesie de Jazou . . comes Nicolaus de Zeech iudex curie . . comitatusque de Turuch tenens honorem , . Noveritis, quod magister Ladislaus filius Johannis de Rozgon pro se personaliter et pro Nicolao filio Petri de eadem Rozgon . . in octavis festi beati Jacobi apostoli proxime preteritis nobis unacum prelatibus et baronibus ac regni nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus et causales processus quorumlibet coram nobis litigancium in statera equitatis discucientibus, ad nostram accedendo presenciam, quasdam literas vestras inquisitorias simul et evocatorias tenorem literarum regalium de verbo ad verbum in se continentes nobis demonstrarat, in quibus inter cetera manifeste adinveniebatur, quod magister Ladislaus filius Johannis et Nicolaus filius Petri de Rozgon regie dixissent maiestati, quod Lourandus filius condam Mykch

bani feria quinta proxima post festum Penthecostes nunc proxime preterita, quosdam iobagiones videlicet olahos, ruthenos et alios famulos suos ad quandam possessionem eorum Lona vocatam propria sua auctoritate et potencia destinando, universas res et bona iobagionum eorundem in dicta possessione Lona existencium auferri fecisset, et eo non contentus Petrum filium Nicolai scultetum ipsorum de domo sua propria extrahendo crudeliter dimembrari ac interimi fecisset, uxoremque eiusdem Petri letalibus vulneribus sauciasset, necnon pueros eiusdem in ignem proiciendo concremari fecisset; super quo idem dominus rex . . mandasset, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Ladislaus de Torna homo regius de aula sua regia specialiter transmissus . . de premissis sciret et inquireret omnimodam veritatem, scitaque prius omnimoda veritate, predictum Lourandum filium Mikch condam bani contra iamdictos magistrum Ladislaum et Nicolaum in regiam evocaret presenciam, dictas octavas festi beati Jacobi apostoli eidem pro termino assignando, racionem super premissis redditurum; et post hec ipsius inquisitionis et evocacionis seriem . . ipsi domino nostro regi fideliter rescriberetis. Vos itaque . . taliter rescripsissetis, quod vos . . unacum predicto magistro Ladislao de Torna homine regio . . fratrem . . Dominicum transmisissetis pro testimonio ad premissa exequenda, qui demum . . retulissent, quod ipsi feria tertia proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum proxime preterita in congregacione generali nobilium et ignobilium comitatus Zempliniensis per vicecomitem et iudices nobilium dicti comitatus de regio literario mandato ad hoc specialiter inter ipsos in villa Terebes celebrata, ab omnibus nobilibus et aliis cuiuslibet status et condicionis in ipsa congregacione existentibus et ex certa sciencia referentibus, ad fidem et fidelitatem deo et sacre corone regie debitam talem de premissis scivissent veritatem, quod preallegatus Lourandus filius Mikch condam bani, predicta feria quinta proxima ante festum Penthecostes nunc proxime preterita, quosdam iobagiones olchos (*igy*) videlicet et ruthenos et alios famulos suos ad predictam possessionem eorundem magistrorum Ladislai et Nicolai Lona vocatam propria sua auctoritate et potencia destinando, universas res et

bona predictorum iobagionum ipsorum in dicta possessione ipsorum Lona existencium auferri et eo non contentus predictum Petrum filium Nicolai scultetum eorum de propria domo sua extrahendo, crudeliter dimembrari ac interim uxoremque eiusdem Petri letalibus vulneribus sauciari, necnon annotatos pueros eiusdem Petri in igne concremari fecisset modo prenotato; et post hec feria quinta subsequenti predictum magistrum Lourandum filium Mykeh condam bani, contra prenotatos magistrum Ladislaum et Nicolaum super possessione sua Damasa vocata evocassent ad regie presenciam maiestatis racionem super premissis redditurum, terminum comparendi octavas festi beati Jacobi apostoli predictas eidem assignando. Ad quas quidem octavas festi beati Jacobi apostoli, predictus magister Lourandus filius Mykeh condam bani non venerat nec miserat, per predictum magistrum Ladislaum in sua ac eiusdem Nicolai filii Petri in personis . . viginti duobus diebus continuis legitime expectatus, petens nos idem magister Ladislaus, ut ex parte predicti magistri Lourandi filii Mykeh condam bani sibi et dicto Nicolao filio Petri super premissis iudicium et iusticiam facere dignaremur iure regni requirente; verum quia nobis et prelatibus ac nobilibus regni nobiscum in iudicio assedentibus, predictus Lourandus filius Mykeh condam bani per regium et vestrum homines super premissis racionem redditurus, vice iterata evocari debere videbatur, ideo vobis literatorie scribendo vestram amicitiam requisieramus . . quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus filius Nicolai dicti Chyrke vel Johannes filius Nicolai de Kokso aut Makou filius Gregorii aliis absentibus homo regius predictum magistrum Lourandum filium Mykeh condam bani racionem super omnibus premissis redditurum, contra predictos magistrum Ladislaum de Rozgon et Nicolaum filium Petri ad tunc presentes octavas festi beati Michaelis archangeli proxime tunc venturas evocaret in presenciam regie maiestatis, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad dictas octavas festi beati Michaelis archangeli in vestris literis regie . . rescriberetis maiestati; tandem ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli advenientibus, predictus Nicolaus filius Petri personaliter, pro ipso Ladisao de Rozgon Stephanus rufus

. . ad nostram accedendo presenciam exhibicione literarum vestrarum rescripcionalium eundem magistrum Lourandum filium Mykch condam bani iuxta nostre adiudicacionis formam, contra eosdem magistrum Ladislaum de Rozgon et Nicolaum filium Petri ad tunc presentes octavas festi beati Michaelis archangeli evocatum extitisse comprobarant manifeste, qui quidem magister Lourandus ad easdem octavas festi beati Michaelis archangeli non venerat neque miserat, se mediantibus aliis literis nostris in iudiciis aggravari committendo, postulantes iidem Nicolaus filius Petri et Stephanus rufus procurator iam dicti magistri Ladislai de Rozgon . . ut ipsis ex parte predicti magistri Lourandi filii Mikch condam bani medelam iusticie elargiri dignaremur. Unde quia nobis prelati et baronibus regni in iudicio nobiscum assedentibus, idem magister Lourandus filius Mykch condam bani per regium et vestrum homines super premissis rationem redditurus vice terciaria evocari debere videbatur, ideo vobis literatorie scribentes vestram amicitiam requisieramus . . quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus filius Nicolai dicti Chyrke vel Johannes filius Michaelis de Kokso aut Makou filius Gregorii, aliis absentibus homo regius predictum magistrum Lourandum filium Mykch condam bani rationem super omnibus premissis redditurum, contra predictos magistrum Ladislaum de Rozgon et Nicolaum filium Petri ad terminum competentem evocaret in presenciam regie maiestatis, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati et termino assignato in vestris literis regie . . rescriberetis maiestati. Denique nobis in quindenis festi beati Martini confessoris unacum baronibus et nobilibus regni pro faciendo causantibus moderativo iudicio tribunal iudiciarium sedentibus, prenotatus Stephanus rufus pro eisdem magistro Ladislao filio Johannis de Rozgon et Nicolao filio Petri de eadem . . ad nostram accedendo presenciam literas vestras super premissa evocacione regie excellencie rescriptas nobis presentavit, in quibus inter cetera per Stephanum filium Nicolai dictum Chyrke hominem regium presente fratre Nicolao testimonio vestro, in festo beati Martini confessoris proxime preterito, predictum magistrum Lourandum filium Mykch condam bani super possessione sua



Damasa vocata contra magistrum Ladislaum et Nicolaum prenotatos, ad quindenae diei ipsius evocacionis in presenciam regie maiestatis evocatum fore comperimus evidenter; qui quidem magister Lourandus ad ipsas quindenae festi beati Martini confessoris in nostram presenciam venire vel mittere non curavit, se in iudiciis permittendo annodari, per prefatum Stephanum rufum viginti diebus continuis coram nobis legitime expectatus, petens a nobis ipse Stephanus eisdem magistro Ladislao et Nicolao filio Petri super premissis ex parte ipsius magistri Lourandi iusticiam exhibere. Unde quia non aliquae cause solis citacionibus vel simplicibus evocacionibus iuxta antiquam regni consuetudinem possunt terminari, nisi evocaciones, possessionariis introduccionibus immixte, trineque forenses consequantur proclamaciones, deviosque et iuri rebelles consultiva ammonicione pro dato consilio ad iuris tramitem invitare iudicibus maximum indicium existat pietatis, idcirco vestram amicitiam presentibus petimus . . . quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus filius Nicolai dicti Chirke vel Johannes filius Michaelis de Kokso aut Makou filius Gregorii aliis absentibus homo regius predictos magistrum Ladislaum filium Johannis et Nicolaum filium Petri de Rozgon vel legitimum ipsorum procuratorem in possessione predicta magistri Lourandi Damasa vocata, quindecim diebus permansuros vel permansurum, victuique solum necessaria his diebus absque destructione aliquali recepturos vel recepturum, introducendo, prenotatum magistrum Lourandum filium Mykch condam bani super premissis iudiciis et iudiciorum gravaminibus in ipsum modo quo supra in ipsis tribus terminis agregatis, nobis et partibus adversis satisfacturum ac de facto principali prenotato in eo, videlicet cur ipse feria quinta proxima ante festum Penthecostes nunc proxime preterita, quosdam iobagiones videlicet olahos et rutenos ac alios famulos suos ad predictam possessionem eorundem magistri Ladislai et Nicolai Lona vocatam propria sua auctoritate et potencia destinando, universas res et bona predictorum iobagionum ipsorum magistri Ladislai filii Johannis et Nicolai filii Petri in dicta possessione Lona existencium auferri, et eo non contentus Petrum filium Nicolai scultetum eorundem de pro-

pria domo sua extrahendo crudeliter dimembrari ac interemi, uxoremque eiusdem Petri letalibus vulneribus sauciari necnon pueros eiusdem Petri in ignem prociendo concremari fecerat, contra prenotatos magistrum Ladislaum filium Johannis et Nicolaum filium Petri de Rozgon peremptorie responsurum ad octavas festi Epiphaniarum domini proxime affuturas evocet in presenciam regie maiestatis, insinuando ibidem, ut si venerit et de premissis iudiciis nobis et partibus adversis, ut expedit, satisfecerit ac de facto principali prenotato peremptoria responsione se emendaverit bene quidem, alioquin contra ipsius rebellionem iudiciariam procedemus per censuram. Et post hec ipsius evocacionis seriem . . ad easdem octavas festi Epiphaniarum domini regie . . rescribatis maiestati. Datum in Vyssegrad, vigesimo primo die quindenarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Zárlatán két pecsét töredékeivel; eredetije az Orsz. Ltárban. N. R. A. 1698. 91., dipl. oszt. 4698. Közli: Kovács N. Ugyanott a fõnt irt hatásmaskodás megvizsgálásáról a szepesi káptalannak és Tamás Zemplén vármegye alispánjának s szolgabiráinak jelentései is megvannak 1357. évrõl; dipl. oszt. 4677. és 4678.

## 411.

*1357. dec. 16. Ung vármegye alispánja és szolgabirái Zeres Pül jobbdágnak, illetõleg földesurának meghagyják, hogy Nagymihályi István azon panaszát, mintha ennek György nevû szolgája által lovagolt pej-lorát megsebesítette volna, tanúkkal czáfoltassák meg.*

Nos magister Lucachus vicecomes magistri Johannis et quatuor iudices nobilium comitatus de Vng damus pro memoria, quod sabbato proximo ante festum beati Thome apostoli, Andreas filius Nicolai de Nempti . . pro Stephano filio Andree de Nogmihal domino suo, coram nobis constitutus proposuit eo modo, ut hoc anno die dominico ante festum beati Barnabe apostoli in fine ville ipsius Stephani, Zalutka vocate sub Georgio famulo eiusdem Stephani, Paulus filius Zeres iobagio Zouchik de Nempthi, unum equum suum peg coloris decem marcas valentem, more latrociniali mactando sauciasset, contra

quem Stephanum idem Paulus iobagio Zouchik se iustum allegabat ex adverso respondente. Nos itaque auditis assercionibus parcium et quia dictum equum non statuerunt in termino et ipso procuratore trinarie requisito et ipse semper assummente suam accionem pervenire, taliter iudicantes decrevimus, ut sabbato proximo post festum Epifanie domini, idem Stephanus assercionem suam testibus, quibus eius poterit, pervenire prohibendo comprobabit, quem Paulum statuet dominus suus. Datum termino prenotato, anno domini Millesimo C<sup>o</sup> C<sup>o</sup> C<sup>o</sup> L-mo septimo.

Pecset hiányzik; eredetije a Csicseri es. Itárában. Közölve Márki S. másolatából.

## 412.

*1357. dec. 18. Az egri káptalan bizonyítja, hogy Margit asszony Gömöri Batyz fiának Miklónak lednya, Szinyéri Marhard fiának Lörincznek özregye Bachka nevű gömörvármegyei birtokát Rédei Dező fia Jakab leányának, az ő unokahugának Ilonának, ennek utód nélkül való kimulása esetére pedig nővéreinek, Margitnak és Borbáldának hagyja.*

Nos capitulum Agriense memorie commendamus, quod Dominico filio Nicolai de Geztel proximo et procuratore nobilis domine relicte Laurencii filii Marhardi de Zynnyer et filie condam magistri Nicolai filii Batyz de Gumur Margareta vocate, pro eadem nobili domina feria secunda proxima ante festum beati Thome apostoli anno videlicet nativitatis domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo septimo cum literis procuratoris prepositi et conventus de Jazou ad causas datis, in nostri presencia personaliter comparendo . . est confessus, quod quia dicta nobilis domina terrenis celestia, transitoriis eterna, caducisque semper permansura per hec et alia bona opera sua sibi in celesti gerarchia desideraret commutare, igitur ipsa tum ex causis precedentibus et tum ob dileccionem cuiusdam neptis sue Elena vocate, filie scilicet Jacobi filii Desew de Rede, nunc erga eandem dominam commorantis, quandam possessionem suam Bachka nuncupatam in comitatu Gumuriensi, ut dicitur, existentem, per quasdam nobiles

dominas avias et predecessores suas mediantibus literis nostris privilegialibus exinde confectis, quas et nunc nos fide vidimus occulata, ad ipsam devolutam cum suis . . . pertinentiis ac eo iure eaque plenitudine, qua eadem hucusque per ipsam habita fuisset et possessa . . . contulisset et pro nunc coram nobis idem Dominicus vice et nomine ipsius nobilis domine relicte Laurencii dicta procuratoria auctoritate dedit et contulit annotata nobili puella filie Jacobi et suis heredibus iure perpetuo . . . possidendam . . . tali tamen conditione interposita, quod si eandem puellam, quod deus avertat, absque heredum solacio decedere contingeret, extunc memorata possessio in ius Margarete alterius filie prefati Jacobi filii Desew et similiter neptis dicte nobilis domine, si autem et eadem filia alia sepedicti Jacobi sine herede decederet, extunc prelibata possessio in dominium et proprietatem Barbare tercię filie prefati Jacobi et heredum eiusdem devolveretur possidenda, contradiccione quorumlibet non obstante . . . Datum die et anno supradictis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 26562. Közli: Kovács N.

## 413.

*1357. dec. 19. A váradi káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy parancsa szerint az erdélyi püspök Kapus nevű birtokának határait megjáratta és annak használatától a szomszédokat eltiltotta.*

Lodovico . . . regi . . . capitulum ecclesie Varadiensis . . . vestra nosse velit excellencia, quod cum receptis literis vestris . . . pro . . . Dominico . . . episcopo ecclesie Transsilvane per ( . . . . . ) generaliter datis ad faciendum citationes, inquisitiones, prohibiciones, possessionum reambulaciones et ad alia exsequenda, que in eisdem vidimus contineri . . . unacum Blasio de Kende homine vestro in eisdem literis vestris inserto . . . magistrum Turul rectorem altaris Sancte Crucis de ecclesia nostra transmisissemus ad mandata vestra fideliter exsequenda; tandem iidem . . . retulerunt, quod ipsi ad faciem possessionis eiusdem domini episcopi Kapus vocate et aliorum

ad eandem pertinencium pariter accessissent, quam convocatis vicinis et commetaneis eiusdem universis per Johannem filium Luka castellanum eiusdem . . . episcopi de Fenes ac Michaellem magnum officialem ipsius . . . episcopi de Gyalo ibidem adducti, per demonstrationem eorundem modo infra-scripto reambulassent, videlicet, ut ex ore eorundem vestre maiestatis et nostri hominum didicimus, cursus metarum eiusdem incipit a parte meridionali in loco Saturhegh et vadit ad finem ville Zamartelek vocate, deinde ascendit ad unum berch, in quo est una meta terrea, inde circa quandam viam magnam descendendo, a parte sinistra est una meta cursualis, hinc transit fluvium Kapuspataka, ibique est una meta cursualis et tendit ad metam Nadekw, ubi sunt due mete terree, deinde descendit ad Paznanbyky in villam Inak-tetele vocatam et in iunctura duorum fluviorum in pomerio Andree filii Hete est una meta terrea, inde ascendit ad partem meridionalem versus Egeres et pervenit ad tres arbores ilicinas, hinc devenitur ad unam metam lapideam, ibique terminantur mete possessionis predictae; factaque ipsa reambulacione ipsi diligenti inquisitione prehabita . . . predictam possessionem et terram ad ipsam pertinentem premissis metis intercludi comperientes, universos vicinos et commetaneos eiusdem ab usu et a percepcione utilitatum eiusdem prohibuissent verbo vestre maiestatis. Datum feria tertia proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> quinquagesimo septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Orsz. Ltárban, dipl. oszt. 30666. Közli: Kovács N.

## 414.

*1357. dec. 28. Erzsébet királyné Olivér Ugocsa vármegye főispánjának és nyalábi várnagynak meghagyja, hogy Nagyszász, Királyháza, Ardó és Verecze nevű birtokon lakó jobbágyait az I. Lajos király által nekik adott szabadságaikban megvédelmezze.*

Elizabeth . . . regina . . . magistro Oliverio inter ceteros comitatus comiti de Vgacha vel vicecomiti eius et castellano de castro Nyalab . . . In literis privilegialibus capituli Vara-

diensis tenorem privilegiorum regis filii nostri . . continenti-  
 bus vidimus contineri, quod idem dominus rex filius noster  
 iobagionibus nostris de Nogzaaz, de Ordo, de Kiralhozo et  
 Vereche has libertates infrascriptas duxerit concedendas vide-  
 licet, quod iidem villicos et plebanos, quos voluerint (*stb. l.  
 fõntebb 259. sz. a. egész a «Datum»-ig*). In cuius rei memoriam  
 et cetera, anno Millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto  
 ipsum privilegium regale est concessum. Quare fidelitati vestre  
 firmiter precipiendo mandamus per presentes, quatenus pre-  
 dictos iobagiones nostros contra predictas eorum libertates  
 nullatenus audeatis molestare, sed potius conservare, alio-  
 quin damna, que ipsi ex facto vestro incurrerint super vos  
 auferri faciemus procul dubio. Datum in Vissegrad, quarto  
 die festi nativitatis Christi, anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup>  
 quinquagesimo septimo. Item volumus insuper, ut ipsos super  
 decimacione porcorum non presumatis molestare. Datum  
 ut supra.

Péter leleszi prépost s conventjének, Péter ugocsaszási, Balázs  
 királyházi, Fodó fia János ardói birák kérésére 1364. nov. 3-án készült  
 átiratából, melynek eredetije a b. Perényi ca. ltárában őriztetik. Közli:  
 Kovács N.

## NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ.

alisp. — alispán  
 b. — birtok  
 cnt. — convent  
 cs. — család  
 ér. — érsek  
 f. — falu  
 fly. — folyó  
 főesp. — főesperos  
 főisp. — főispán  
 isp. — ispán  
 hn. — helynév

kápt. — káptalan  
 kly. — király  
 l. — lásd  
 mv. — mezőváros  
 nemz. — nemzetség  
 o. sz. cs. — onnét származó család  
 püsp. — püspök  
 tn. — tulajdonnév  
 vm. — vármegye  
 vr. — vár  
 vs. — város.

- Aba tn. 89. 118. 448.  
 Abad b. 304.  
 Abony b. Pozsony vm. 169.  
 Abara b. és o. sz. cs. Zemplén vm. 529.  
 Abaúj vm. főisp. 107. 137. 602.  
 Abaújvár 602.  
 Abavízi cs. 323.  
 Abostyan, Abustyán b. és o. sz. cs. 36. 501.  
 Abyl tn. 624.  
 Abrány b. és o. sz. cs. Bihar és Szabolcs vm. 165. 178. 327. 487.  
 Achyai cs. 594. 601.  
 Aeyl tn. 48. 595.  
 Adaasi cs. 458.  
 Adacsi cs. 411.  
 Adrian b. felső és alsó, Bodrog vm. 256. 298.  
 Agari cs. 537.  
 Agouchi cs. 349.  
 Ahtun monostor b. Csanád vm. 410.  
 Ayak b. Szabolcs vm. 255.  
 Ayakas, Aykas tn. 61. 105. 229.  
 Aiektelek, Aioktelek b. 161.  
 Aykai cs. 221.  
 Aináskői cs. 374.  
 Ajtónállók klyiak 55. 168. 171. 182. 237. 263. 270. 406.  
 Akus tn. 14. 26. 59. 62. 172. 186. 293. 320. 344. 358. 396. 433. 485. 551. 583. 605.  
 Aladar tn. 13. 483. 607.  
 Alard tn. 518.  
 Alásony (Olasan, Halason) f. Veszprém vm. 9.  
 Alaz, Olaz tn. 81. 528.  
 Albert, Albrecht tn. 179. 211.  
 Alberthegeye b. Kőrös vm. 618.  
 Albeusrakamaza b. 330.  
 Alia nemz. 317. 318.  
 Alistal (Olatal) f. Pozsony vm. és o. sz. cs. 448.  
 Almakeréki cs. 540.  
 Almási cs. Erdély 551.  
 Alsan b. Szerém vm. 264.  
 Alsóóhfalu 174.  
 Altalsur b. Pozsony vm. 297.  
 Anda tn. 155. 375. 393.  
 Andich, Anduch tn. 87. 169. 392. 411.  
 Andocs f. és o. sz. cs. Somogy vm. 195.  
 Auglus, Amich, Annus tn. 156. 203. 284. 374. 444. 446. 495.  
 Anian tn. 534.  
 Anthola tn. 498.  
 Apa b. Szerém vm. 264. tn. 530. 540.  
 Apagyi cs. 199.  
 Aponi cs. 554.  
 Apród tn. 531.  
 Apulia 51.  
 Aradi cs. Ung vm. 528. 529.  
 Aradi kápt. és tagjai 168. 359. 554

- Ardó (Ordo) f. Torna vm. 434.  
 Ugocsa vm. 407. 635.  
 Arnold tn. 63.  
 Áronszentmiklósi cs. Doboka vm. 624.  
 Artolph tn. Artolphteleki cs. 251.  
 Arukkuzi cs. Vas vm. 13.  
 Asguthi cs. 166.  
 Atyai cs. 223.  
 Atlyk tn. 619.  
 Austria 151.  
 Azon hn. 115.  
 Azunfalva 383.  
 Azwpatak 565.  
 Azzynzortus fly. 337.  
  
 Baar tó 87.  
 Babai cs. 446.  
 Babapataka b. 549.  
 Babarcz f. Baranya vm. 227.  
 Bacchai cs. 387.  
 Bach b. Szabolcs vm. 365.  
 Bacha, Bachat tn. 227.  
 Bachy cs. Erdély 575.  
 Bachka b. és o. sz. cs. Gömör vm.  
 96. 632.  
 Bachou, Bachun b. és o. sz. cs. Po-  
 zsony vm. 550. 559.  
 Bács vm. alisp. 383.  
 Bácsi kápt. és tagjai 51. 384. 401.  
 434. 548.  
 Bagachi cs. 489.  
 Bagamer b. 612.  
 Bagar tn. 492.  
 Bagarföldre Veszprém vm. 245.  
 Bagyuni cs. 501.  
 Bagosi (Bogus) cs. 612. 621.  
 Bayarich b. Nyitra vm. 110.  
 Bajmócz vr. 172. 263. 524.  
 Bayori cs. 155.  
 Bajót (Byolch, Bayoth, Bajolth) f.  
 Esztergom vm. 45. 84. 268. 438. 516.  
 Baiuri cs. 444.  
 Bakaniai cs. 122. 414. 416.  
 Bakatba b. 330.  
 Bakchai cs. 143. 562.  
 Bakkan b. 233.  
 Bako, Bakou tn. 43. 114. 244. 490. 542.  
 Bakonyi isp. 150.  
 Baktai cs. 142.  
 Balase, Balasey tn. 47. 333.  
 Balkani cs. 77.  
 Balogianustelek b. Kolozs vm. 38.  
 Balsa b. 511.  
 Balug, Bolugh tn. 249. 286. 312.  
 570. 593.  
 Balus tn. 401.  
  
 Bálvános vr. 591.  
 Bánd f. Veszprém vm. 247.  
 Bane b. Erdély 492.  
 Bani cs. 39.  
 Banya b. Somogy vm. 195.  
 Bank b. Pozsony vm. 412.  
 Banknetereme b. 164. 598.  
 Baracha b. Gömör vm. 97.  
 Baranya vm. fő- és alisp. 242. 407.  
 Baranyai ca. 410. 528.  
 Baranyai főesp. 66.  
 Barch tn. 594.  
 Barchfalvi cs. 477.  
 Bargyas tn. 74.  
 Barla tn. 528.  
 Bars vm. főisp. 278. 421.  
 Bars vs. 294. 295.  
 Barsi főesp. 460  
 Bas, Basou tn. 215.  
 Basta cs. 374.  
 Bata tn. 374.  
 Bathwai cs. 525.  
 Batiz tn. 189. 528. 584. 632.  
 Bátor b. Szatmár vm. 159. 328.  
 597. 621.  
 Bator, Batur tn. 219. 528.  
 Bátori ca. 19. 36. 77. 91. 158. 269.  
 301. 326. 385. 487. 519. 581. 597.  
 Baudun tn. 586.  
 Baxai cs. 142.  
 Bazarad tn. 75.  
 Bazin b. vr. és o. sz. cs. 20. 24.  
 29. 560.  
 Bebek tn. 491. 525 l. Bubek.  
 Bécs vs. 270. 271. 388.  
 Bede, Bedew tn. 307. 477. 602.  
 Bedech b. Bihar vm. 503.  
 Bedechkei, Bydichkei cs. 141. 144.  
 483.  
 Beder tn. 607.  
 Beech tn. 58.  
 Beel, Bel b. és o. sz. cs. 342. 452.  
 525. 528.  
 Been b. 214.  
 Beinyetelek b. 328. 334.  
 Beke tn. 23. 73. 83. 101. 127. 143.  
 155. 194. 238. 251. 272. 366. 381.  
 444. 499. 504. 520. 586. 590. 600.  
 623.  
 Békei főesp. 64.  
 Bekus tn. 299.  
 Bela b. 8.  
 Béla kly. 61. 325. 336. 371. 375. 514.  
 Belch b. Somogy vm. 94.  
 Beldrei cs. 401.  
 Beleser b. és o. sz. cs. 43. 374.



- Belsei, Belsi cs. 485. 602.  
 Beltuk b. 233.  
 Beluk b. Szatmár vm. 150.  
 Bench, Benche tn. 376.  
 Bencench, Benchench b. és o. sz. cs. 138. Szatmár vm. 621. Valkó vm. 313.  
 Benchench tn. 562.  
 Bene tn. 15. 333.  
 Beny b. 88.  
 Benkeháza b. Bihar vm. 582.  
 Bense tn. 528.  
 Bere de Berey 384.  
 Bereg vm. főisp. 82. 187. 259. 342. 361. 482. 519. 553. 594. 625.  
 Beregszász vs. (Luprechtzaza) 188. 259. 482. 595. 625.  
 Beren b. és o. sz. cs. 195. Esztergom vm. 516.  
 Berouchei cs. 207.  
 Berechi cs. 143.  
 Berettyó fly. 62. 221.  
 Bery cs. I. Biri.  
 Berus tn. 498.  
 Berzeli cs. Szabolcs vm. 528.  
 Berzete, Berzethe f. Gömör vm. 46. 576. 584.  
 Berzethe tn. 66.  
 Besenew b. 398. tn. 440.  
 Besztercze vr. 172.  
 Bethle tn. 528.  
 Bethlem, Bethlen tn. 79. 118. 272.  
 Bethlemfalvi cs. 149.  
 Bethlemi cs. Erdély 530. Zemplén vm. 529.  
 Beudmonostor Szabolcs vm. 327.  
 Beulchi, Bulchi cs. 100. 493.  
 Beunye b. Kolozs vm. 532.  
 Bewd tn. 313.  
 Bezeréd f. Zala vm. és o. sz. cs. 153. 155. 216.  
 Bezeu b. 455.  
 Bezteredi cs. 368.  
 Bicske (Bykehe) f. és o. sz. cs. Fehér vm. 170.  
 Bygeth b. 65.  
 Byhan hn. Doboka vm. 592.  
 Billyei cs. 399. 504.  
 Byrges b. Erdély 551.  
 Biri cs. 73. 116. 132. 199. 347. 357. 512. 561. 616. 620.  
 Byro, Byrow tn. 212. 215.  
 Bytho tn. 467.  
 Blasonpatak 4.  
 Bobudi cs. 379.  
 Boch, Bochk tn. 9. 223. 447.  
 Bocon tn. 244.  
 Bod, Both de Bodfalva Ung vm. 287. 525.  
 Boda b. Erdély 487.  
 Bodach, Bodoch tn. 288. 504.  
 Body ca. 455.  
 Bodoló f. és o. sz. cs. Bereg vm. 82. 188. 259. 361. 520. 625.  
 Bodomer b. és o. sz. cs. Sáros vm. 444.  
 Bodor, Bodur, Budur tn. 461. 554.  
 Bodou tn. 529.  
 Bodrog fly. 351. 423. 424.  
 Bogar tn. 504.  
 Bogartelek b. Kolozs vm. 321.  
 Bogatulcha hn. 159.  
 Bogizlo tn. 366.  
 Bogos tn. 125.  
 Bogow tn. 466.  
 Bogran b. Temes vm. 130.  
 Bohnya kelet hely Erdély 321.  
 Bohus tn. 250.  
 Boyka b. Bars vm. 295.  
 Boyukutha hn. 589.  
 Boiur b. Sáros vm. 102.  
 Bok tn. 452.  
 Boki cs. 158.  
 Boklar b. Fehér vm. 130.  
 Bokwsi cs. Szolnok vm. 517.  
 Bolchi, Buhchi cs. 221.  
 Boldogasszonyfalva Vas vm. 200.  
 Boly ca. 613.  
 Bolue tn. 333.  
 Bonch tn. 134.  
 Bonya b. Somogy vm. 58.  
 Borch, Burch tn. 223. 224.  
 Borfeui cs. 600.  
 Boryw tn. 320.  
 Borosjenő f. Pilis vm. 283. 599.  
 Borostyankő (Porustyan) vr. Zemplén vm. 351.  
 Borow, Borw tn. 522.  
 Boroznok b. Gömör vm. 452.  
 Bors tn. 61. 296.  
 Borsod vm. fő- és alisp. 23. 112. 206. 224. 258.  
 Borsodi főisp. 486.  
 Borsvai cs. Bereg vm. 520. 625.  
 Borsvai főisp. 486.  
 Borza fly. Krassó vm. 130.  
 Boszniai kápt. 252. 401. 466.  
 Boszniai püsp. 22. 168. 439. 524.  
 Both, Bothus tn. 46. 440. 492.  
 Bothka tn. 154.  
 Boton b. 327.  
 Bouldur, Bulder fly. Pozsony vm. 169. 412.

- Boxa nemz. 348. 349. 350. 597.  
 Boxa tn. 164. 529.  
 Bozók (Bozouch) f. 175.  
 Bozóki cnt. és tagjai 175.  
 Bozza b. Zemplén vm. 351.  
 Bögötei nemesek Vas vm. 97.  
 Bősi cs. Pozsony vm. 173.  
 Brassói isp. 109.  
 Brezouch fly. 3.  
 Bubek tn. 18. 26. 55. 59. 62. 172.  
 189. 263. 316. 358. 583. L. Bebek.  
 Bubul tn. 217.  
 Bucharazara b. Veszprém vm. 303.  
 Buchk, Buchka tn. 141. 417.  
 Bud tn. 166.  
 Buda vs. és vr. 25. 31. 81. 179. 192.  
 235. 269. 281. 283. 289. 354. 399.  
 439. 535.  
 Buda va. kelet hely 6. 9. 13. 20.  
 21. 35—37. 40. 42. 49. 50. 56.  
 59. 73. 74. 79. 82—84. 86. 88.  
 92. 96. 101. 104—108. 117. 118.  
 121. 125. 126. 133—135. 144. 147.  
 150. 154. 155. 157. 166. 170. 173.  
 177. 187. 193. 198. 203. 209. 210.  
 214. 216. 221. 232. 233. 250. 255.  
 260. 261. 267—269. 276. 277. 280.  
 286. 297. 299. 325. 342. 352. 359.  
 363—367. 371—373. 382. 384.  
 425. 438. 557. 587. 592.  
 Budafelhévíz b. 289. 354. 399.  
 Budafelhévizi cnt. 180. 235. 398.  
 514.  
 Budai cs. 457.  
 Budai kápt. és tagjai 40. 80. 92.  
 112. 127. 147. 167. 179. 191. 212.  
 215. 219. 230. 235. 268. 283. 298.  
 303. 307. 323. 406. 445. 448. 494.  
 504. 558. 599. 609.  
 Budaörs (Vrs) f. Pilis vm. 284.  
 Budméri cs. 243.  
 Budon tn. 543.  
 Buduni cs. 379.  
 Buják b. és o. sz. cs. Sáros vm.  
 101. 102.  
 Buka tn. 329.  
 Bul b. Szabolcs vm. 302.  
 Bulch tn. 233.  
 Bulchi cs. l. Beulchi.  
 Bulko tn. 354.  
 Bunguth tn. 15.  
 Buni, Bwni cs. és nemesek 81. 555.  
 Bursunai cs. 82.  
 Buttkai cs. Zemplén vm. 528.  
 Buza tn. 14. 81.  
 Buzias b. Szerém vm. 264.  
 Búd b. Szabolcs vm. 165.  
 Bzincz (Byzench) f. Nyitra vm. 619.  
 Cancellárok klyiak 23. 136. 168. 237.  
 238. 374. 397. 406. 409. 439. 497.  
 536. 580. 615.  
 Cardinálók 108. 514.  
 Celen tn. 156.  
 Cende, Cynde tn. 480.  
 Cepegen hn. 395.  
 Cernowczi cs. 277.  
 Chabai cs. 489.  
 Chaka, Clala tn. 231.  
 Chaka b. és o. sz. cs. 272.  
 Chama tn. 243. 482. 563.  
 Chala tn. 508.  
 Chalanus hn. 316.  
 Chalanusvad b. Szatmár vm. 621.  
 Chalka tn. 198.  
 Chalmoi cs. 274.  
 Chan tn. 359.  
 Chandal b. Pozsony vm. 419.  
 Chanouchi cs. 129.  
 Chanuk b. Pozsony vm. 599.  
 Chap, Chop b. 596.  
 Chapou tn. 127. 167.  
 Chasari, Chazarics. 332. 364. 519. 624.  
 Chatkai pálosok 573.  
 Chebi cs. 111. 204. 207.  
 Chech, Cheli tn. 2. 88. 320. 463. 555.  
 Ched tn. 360.  
 Chege b. és o. sz. cs. Somogy vm. 585.  
 Cheh b. Doboka vm. 316. 320. 453. 577.  
 Cheke b. Szatmár vm. 611. tn. 161.  
 Chele b. Baranya vm. 227.  
 Cheme tn. 17.  
 Chemernyei cs. Zemplén vm. 529.  
 Chemethe tn. 163.  
 Chenche, Chente, Cheuche tn. 318.  
 453. 491. 576.  
 Chenyk b. 278.  
 Chenisi, Chenizi cs. 114. 143.  
 Chep b. Ung vm. 350.  
 Chepan tn. 223.  
 Chere tn. 585.  
 Chereg b. Baranya vm. 67.  
 Cheuey tn. 527.  
 Chinba, Cymba tn. 251. 466. 499.  
 Chimbolhaza, Chipohaza, Czimpo-  
 haza b. Abauj vm. 107. 139. 237.  
 Chyrke tn. 628.  
 Chyte tn. 340. 485.  
 Chytim b. 461.  
 Chletus tn. 201.  
 Chobeulcha hn. 159.  
 Choboy b. Szabolcs vm. 210.

- Choka, Chokas tn. 144. 483.  
 Cholch b. Békes vm. 539.  
 Choltha b. és o. sz. cs. Gömör vm. 593.  
 Chon b. 336.  
 Chorba tn. 227. 563.  
 Choruchot fly. Kőrös vm. 552.  
 Chortan tn. 509.  
 Chubanka b. Szolnok vm. 318.  
 Chubulói, Cubulói cs. 317. 318.  
 Chug b. és o. sz. cs. 243.  
 Chuyre tn. 339.  
 Chulak tn. 209.  
 Chumur tn. 9.  
 Chuna tn. 411. 586.  
 Chungsborg l. Ujbánya.  
 Churchai ca. 311.  
 Chure tn. 244.  
 Churgata fly. Somogy vm. 199.  
 Churnuk b. Doboka vm. 38.  
 Chuthere b. 555.  
 Chuzaaki cs. 70.  
 Cyko tn. 112. 147. 206. 224. 235.  
 258. 263. 280. 439. 504. 524.  
 Cympo, Cynpo tn. 108. 237.  
 Clainsmit tn. 226.  
 Colys, Colus tn. 382. 417.  
 Compa fly. 295.  
 Cont, Konth tn. 244. 248. 249.  
 Corald, Corrad tn. 64. 192. 194.  
 386. 462. 566. 625.  
 Corlathtelek b. Erdély 551.  
 Cracomaz l. Rakamaz.  
 Cristem, Cristlen tn. 176. 429.  
 Cristolfeldei cs. 4.  
 Csaholi cs. Szatmár vm. 621.  
 Csajág f. és o. sz. cs. Veszprém vm.  
 461.  
 Csák Máté 89.  
 Család f. és o. sz. cs. Nyitra vm. 392.  
 Csalka b. és tn. 534.  
 Csallóköz 20. 33. 56. 156. 169. 286.  
 315. 392. 586.  
 Csanád tn. 23.  
 Csanádi kápt. és tagjai 311. 410.  
 457. 554.  
 Csanádi püsp. 168. 311. 439. 524.  
 Csazma fly. Kőrös 618.  
 Csázmái kápt. és tagjai 2. 55. 59.  
 71. 108. 120. 156. 179. 198. 263.  
 268. 269. 310. 366. 370. 380. 388.  
 390. 398. 438. 460. 541. 555. 574.  
 616.  
 Csebek 137.  
 Cseklész f. és o. sz. cs. Pozsony vm.  
 156. 401.  
 Csenger f. Szatmár vm. 620.  
 Csenke f. Esztergom vm. 84. 438.  
 Csepel sziget 401.  
 Csetnek f. Gömör vm. és o. sz. cs.  
 46. 50. 59. 62. 114. 174. 190. 249.  
 271. 312. 358. 429. 576. 582. 583.  
 605.  
 Csói cs. Vas vm. 608.  
 Csongrád vm. főisp. 201.  
 Csornai cs. 45. 78. 84. 268.  
 Csötörtókhely b. 32. 70. 258.  
 Csukárfalva Pozsony vm. 559.  
 Csurgói keresztések 323.  
 Cszaba b. Baranya vm. 615.  
 Czudar tn. 233. l. Zudar.  
 Dabó, Dobon tn. 212. 455. 525. 528.  
 Dada b. és o. sz. cs. 58. 261.  
 Dag b. Fejésv. vm. 526.  
 Dáka (Dalca) f. Veszprém vm. 11.  
 Day ca. 599.  
 Dayta b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 550.  
 Dalyai ca. 543.  
 Dalmad f. Tolna vm. 538.  
 Damafölde Vas vm. 480.  
 Damasa b. Zemplén vm. 630.  
 Danch, Donch, Donk tn. 7. 81. 211.  
 456. 525. 560.  
 Darabus tn. 85. 105. 170. 605.  
 Dary cs. 448.  
 Daróczi (Dorouch) ca. 149.  
 Dautli tn. 104.  
 Deakói kápt. 607.  
 Debrente b. Veszprém vm. 130.  
 Dechmar tn. 47.  
 Deda b. Bereg vm. 82. 310. 361.  
 Dedach. Dedachtelek b. 161. 331.  
 Dédes vr. 278.  
 Deher, Dehteer b. Bihar vm. 221.  
 Deyche b. és o. sz. cs. 343.  
 Deme tn. 395.  
 Demeter b. 65.  
 Denk tn. 252.  
 Derekaas tn. 317.  
 Derecheui cs. 193.  
 Deresk b. 433.  
 Dereske b. és o. sz. cs. Vas vm. 572.  
 578.  
 Dereski cs. 374. 491.  
 Ders tn. 23. 122. 413. 415. 451.  
 Dersi cs. 526.  
 Dersyk b. 233.  
 Dervenche patak 395.  
 Derze b. Verőcze vm. 127. 167.  
 Desew tn. 97. 202. 223. 297. 306.  
 366. 489. 520. 529. 549. 590. 596.  
 621. 632.

- Desnyche fly. 120.  
 Dethki cs. 141. 142.  
 Déva vr. 487.  
 Devecher b. és o. sz. cs. 32. 255. 501.  
 592. 624.  
 Dévény f. Pozsony vm. 151.  
 Dezew tn. 617.  
 Dezlow tn. 250.  
 Dyanfelde hn. 3.  
 Dychy b. Nyitra vm. 110.  
 Diós b. Kolozs vm. 38. 396.  
 Diósgyőr (Gewr) vr. 206. 256. 278.  
 496.  
 Diósgyőri remetéek 278.  
 Diószeg (Gyozegh) b. 64.  
 Dyrslaus tn. 521.  
 Dyuch b. Nyitra 133.  
 Dywla tn. 277.  
 Dianuchi nemesek 546.  
 Dobazy tn. 452.  
 Doby cs. 63.  
 Dobokai cs. Baranya vm. 138. 312.  
 587.  
 Dobouchi cs. 466. 499.  
 Dobrina tn. 376.  
 Dobus tn. 41. 513.  
 Dobza b. 456.  
 Dolonia b. 381.  
 Domahidi (Damanhyda) cs. Szatmár  
 vm. 418. 620.  
 Dombó (Dumbou) b. Pozsony vm.  
 358. Valkó vm. 254. 401. 402. 434.  
 Domborói cs. 346.  
 Dombovár Kraszna vm. 385.  
 Dombovicha b. 550.  
 Donk tn. 41.  
 Dorffy tn. 488.  
 Dorgo tn. 209.  
 Dornómelléke b. Gömör vm. 491.  
 Dorozló tn. 484.  
 Dorughi cs. 446.  
 Dósa tn. 23. 63. 362.  
 Dömölki cnt. 9. 467.  
 Dragan b. Szerém vm. 264.  
 Dragwyn tn. 399.  
 Dráva fly. 347. 415.  
 Drethinai cs. Trencsén vm. 417.  
 Drugeth tn. 196. 201. 203. 206. 215.  
 229. 239. 245. 250. 259. 261. 262.  
 290. 304. 325.  
 Dubiczai keresztések 323.  
 Dubow tn. 422.  
 Dubreui cs. 561.  
 Dudvazegh b. 342.  
 Dukai cs. Vas vm. 478.  
 Duna fly. 84. 105. 289. 438. 524.  
 Durao b. 264.  
 Duruglesy b. 64.  
 Duszuk b. 398.  
 Eched b. 598.  
 Ector, Hector, Ictor tn. 5. 39. 106.  
 601.  
 Edeleni cs. 79. 118.  
 Edeleus b. Békés vm. 539.  
 Egegh b. 230.  
 Eger vs. 7. 80. 218. 225. 256. 285.  
 305. 308. 596.  
 Egeres b. Kolozs vm. 321. hn. 634.  
 Egervári cs. 200. 346.  
 Egeto tn. 383.  
 Eghazasfuen hn. 412.  
 Egri cs. 270.  
 Egri kápt. és tagjai 6. 26. 50. 62.  
 71. 73. 79. 97. 102. 114. 118. 157.  
 178. 190. 194. 204. 217. 220. 233.  
 256. 263. 278. 284. 285. 301. 318.  
 348. 350. 387. 444. 446. 449. 452.  
 456. 483. 485. 487. 525. 584. 596.  
 IIIV.  
 Egri püsp. 6. 79. 168. 217. 225. 284.  
 439. 522.  
 Egrus b. Temes vm. 130.  
 Egudei cs. 198.  
 Egurvarpataka Erdély 518.  
 Egyházasmagyar (Ighazasmagyar)  
 b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 104. 169.  
 Egymihálháza b. 72.  
 Ehelleus tn. 17.  
 Elefánti cs. 297. 388. 607.  
 Elek tn. 243.  
 Elesfalva b. Baranya vm. 67.  
 Elleus, Elus tn. 13. 17. 39. 221.  
 320. 344. 396. 428. 623.  
 Els tn. 367.  
 Emrustuh b. Erdély 551.  
 Emuch tn. 48.  
 Enchei cs. 590.  
 Enchench b. és o. sz. cs. 165. 363.  
 Endered b. Bars vm. 295.  
 Endere, Endre tn. 4. 286. 411.  
 Endre II. kly. 29. 375.  
 Endre III. kly. 180. 344.  
 Endre siciliai klyi herczeg 48.  
 Endrédi cs. 241. 370.  
 Enok tn. 7.  
 Epel b. 445.  
 Epyur viz 87.  
 Epzen b. Esztergom vm. 515.  
 Erdeli cs. 115. 116. 150.  
 Erdely tn. 243.  
 Erdélyi kápt. 48. 213. 317. 318.

343. 486. 518. 522. 530. 532. 551. 575.  
 Erdélyi püsp. 168. 321. 439. 453. 497. 576. 581.  
 Erdélyi vajdák 25. 90. 109. 133. 136. 168. 169. 171. 286. 316—318. 321. 343. 374. 392. 398. 406. 411. 439. 457. 486. 491. 517. 531. 532. 542. 575. 577. 591. 595. 605.  
 Erdelw tn. 39.  
 Erdeuhath hn. 130.  
 Erdeutelek b. Veszprém vm. 372.  
 Erkudi cs. 486.  
 Erna, Erney tn. 227. 356. 487.  
 Erzsébet klyné 81. 82. 88. 128. 135. 167. 179. 212. 215. 219. 266. 270. 279. 305. 354. 438. 458. 514. 535. 553. 634.  
 Estephandi cs. 621.  
 Esztergom vs. 289. 314. 522. 548.  
 Esztergomi érs. 23. 145. 168. 171. 190. 249. 263. 313. 356. 374. 433. 439. 461. 521. 586.  
 Esztergomi kápt. és tagjai 26. 46. 62. 157. 189. 197. 229. 232. 235. 249. 263. 279. 281. 290. 311. 342. 353. 356. 366. 374. 375. 389. 433. 458. 505. 514. 521.  
 Esztergomi keresztesek cntje és tagjai 398. 514.  
 Étekfogók klyiak 168. 169. 392. 411. 439. 555.  
 Ethele tn. 318.  
 Euchud b. 163.  
 Eua, Ewa b. és o. sz. cs. Erdély 535. 595.  
 Euzed b. Abauj vm. 483.  
 Ewr, Ewry tn. 349. 350.  
 Ewri cs. 525.  
 Ezdege b. Nyitra vm. 352.  
 Ezegh b. 108  
 Ezen b. és o. sz. cs. Szabolcs vm. 350. 597.  
 Faas b. Békés vm. 539.  
 Fabianháza b. Szatmár vm. 163. 598.  
 Fahydi cs. Erdély 527.  
 Fako tn. 392. 411.  
 Falkas tn. 392.  
 Fanchkai, Fancsikai cs. 347. 368.  
 Farkas tn. 205. 431. 453. 618.  
 Farkaszantala hn. 87.  
 Fedemus b. 41.  
 Fehér vm. szolgabírák Erdély 543.  
 Fehéregyház Pilis vm. 399.  
 Fehérvár 109. 585.  
 Fehérvári kápt. és tagjai 106. 109. 235. 239. 244. 271. 461. 590.  
 Fehérvári keresztesek cntje és tagjai 585. 586.  
 Feyeregházi ca. 540.  
 Fejértó f. Szabolcs vm. 161. 288. 301. 420. 448. 497. 598.  
 Feyes tn. 533.  
 Feyr tn. 139  
 Fekethe tn. 21. 33.  
 Feldrik, Feuldrub, Feudrin, Fridrik tn. 202. 211. 316. 337. 366.  
 Feledi cs. 97.  
 Felkezw l. Kezw.  
 Felnouai cs. 339.  
 Feluilmani cs. 339.  
 Fenes vr. 634.  
 Fetundorf Erdély 551.  
 Fygedi cs. 142.  
 Fygei cs. 114.  
 File tn. l. Phile.  
 Filkejakabháza b. Pozsony vm. 169.  
 Filpusi cs. Szatmár vm. 621.  
 Finkei cs. 118.  
 Fynnas tn. 512.  
 Fynta b. Bars vm. 93. tn. 399.  
 Fioch tn. 513.  
 Fyred b. 330.  
 Fyrunthe tn. 42.  
 Fyzes f. Doboka vm. 592.  
 Fyzy cs. 485.  
 Fodo tn. 635.  
 Foleus, Folk tn. 202. 229.  
 Folkus b. Somogy vm. 450.  
 Folthi cs. Erdély 575.  
 Fony cs. 495. 520.  
 Forgach tn. 348. 352. 375. 393. 447.  
 Forrói cs. 141. 143. 483.  
 Földvári apát 562.  
 Francyk tn. 349. 366. 529.  
 Fudur tn. 92.  
 Fulredmech b. 240.  
 Furtus tn. 202.  
 Fülele vr. 234.  
 Gaab tn. 114.  
 Gabanias b. 252.  
 Gagy (Gog) cs. 79. 202.  
 Galambházi cs. Ung vm. 528.  
 Galazi cs. Erdély 49. 591.  
 Galgócz vr. 110. 133.  
 Gálszécs (Zeech) Zemplén vm. 351. l. Zeechy cs.  
 Galus tn. 81.  
 Garadna kelet hely 603.

- Garai cs. 440. 443.  
 Garam fly. 222. 226. 294.  
 Garam-Szentbenedeki apát, ent. és tagjai 1. 5. 6. 43. 145. 226. 241. 258. 291. 294. 394. 548. 600. 603.  
 Garigi cs. 129.  
 Gatal tn. 61.  
 Gathali cs. 223. 623.  
 Gechei cs. 16.  
 Gegew tn. 199.  
 Geketou hn. 300.  
 Geley cs. 178.  
 Geleth, Gyleth tn. 263. 401. 524.  
 Gely cs. Vas vm. 369.  
 Genefalva Baranya vm. 252.  
 Geralthfalva 218.  
 Gerebi cs. 192.  
 Geregye f. Vas vm. 346.  
 Gerendi nemesek Erdély 522.  
 Gereu tn. 503.  
 Gereven tn. 79.  
 Gergen, Gergyen tn. 430. 550.  
 Gergerfalva Sáros vm. 449.  
 Gerges tn. 217.  
 Gergurházi cs. 606.  
 Gerlach tn. 429.  
 Gerlai cs. 539.  
 Gerse (Gelse) f. Vas vm. 127. 167. 255. 609.  
 Gersei cs. Bereg vm. 482.  
 Gethei cs. 608.  
 Geubul tn. 486.  
 Geuch, Geuth b. Doboka vm. 593.  
 Geuri cs. 71.  
 Geztali cs. 632.  
 Gezthi cs. 178.  
 Gybolch f. 363.  
 Gychendmolna hn. 450.  
 Gychi cs. 332.  
 Gyliau tn. 433.  
 Gillermus, Gvillermus tn. 323. 514.  
 Gimes vr. 263. 564. 570.  
 Giosmachkás b. Erdély 605.  
 Gyarak b. Arad vm. 256.  
 Goghi cs. l. Gagyí cs.  
 Golchai cs. 333.  
 Golop f. Abauj vm. 210.  
 Gonik b. Bars vm. 93.  
 Gorboukfeu b. Kőrös vm. 346.  
 Gordva b. Kőrös vm. 618.  
 Gortua fly. 375.  
 Gömör mv. és o. sz. cs. 44. 97. 189. 194. 195. 201. 249. 272. 273. 312. 375. 434. 491. 593. 594. 632.  
 Gömör vm. fő- és alisp. 18. 43. 96. 193. 234. 273. 312. 491. 593.  
 Gömöri főesp. 460.  
 Gradische hn. 3.  
 Grebeni nemesek 546.  
 Gresencha vr. 541.  
 Gubunya b. 555.  
 Guchelfalva Gömör vm. 430.  
 Guduri cs. 378. 389.  
 Guerchei főesp. 129.  
 Guke, Gyuke tn. 475. 617.  
 Gulay b. Tolna vm. 538.  
 Guman b. és o. sz. cs. 388.  
 Gunne tn. 605.  
 Gungnua b. Szatmár vm. 264.  
 Gurbedi nemesek Bihar vm. 359.  
 Gurgfalvi cs. 344.  
 Gurgfiapéterháza b. Pozsony vm. 412.  
 Gussul tn. 220.  
 Gutai cs. 323.  
 Guth b. 233.  
 Guthkeled nemz. 172.  
 Gyakházi cs. Ugocsa vm. 528.  
 Gyalu b. 634.  
 Gyapoli cs. 62.  
 Gyarmat b. Bars vm. 93. Szatmár vm. 621.  
 Gyepus tn. 376.  
 Gyogi nemesek Erdély 523.  
 Gyolduchfelde 398.  
 Gyöngyös fly. Vas vm. 171.  
 Győr vm. főisp. 150.  
 Győri cs. 269. Vas vm. 563.  
 Győri kápt. és tagjai 14. 20. 26. 32. 56. 69. 114. 140. 286. 359. 590.  
 Győri püsp. 168. 439.  
 Gyla, Gyula, Jula tn. 1. 5. 6. 8. 11. 43. 123. 132. 145. 304. 313. 357. 413. 415. 452. 603.  
 Gyulafehérvár 40. 305. 454. 523. 577.  
 Gyulai cs. 242.  
 Gyure b. 244.  
 Gyurk b. Bars vm. 93.  
 Gyurk, Gyurka tn. 499. 509. 575.  
 Gyurudi cs. 376.  
 Haasfalva Erdély 486.  
 Hadház (Hothhaz) mv. 63.  
 Hagymási cs. 568.  
 Halagus fly. Veszprém vm. 12.  
 Halaluelg hn. 559.  
 Halastói cs. 154.  
 Halmane tn. 270.  
 Halmy cs. 361.  
 Hamburg vs. 151.  
 Hamis oklevelek 120.  
 Hangun, Hangunsw b. és o. sz. cs. Hangunpatak 224. 240.

- Hanva b. és o. sz. cs. Gömör vm. 43.  
 Harabur b. Bereg vm. 259.  
 Harachk tn. 8.  
 Harang b. 545.  
 Harangozó h. 256.  
 Harazthi ca. Ung vm. 529.  
 Harcha b. 399.  
 Harkyan b. és o. sz. cs. Nógrád vm.  
 504. 565. 568.  
 Harmathel b. 412.  
 Háromkut hn. 282. b. Somogy vm.  
 58.  
 Harumprede b. Temes vm. 130.  
 Hasdad b. Doboka vm. 595.  
 Hassag b. és o. sz. cs. 197. Baranya  
 vm. 66.  
 Hasznos b. 447.  
 Hatvan mv. 309.  
 Hatvani ent. 52. 73.  
 Hechacha patak 395.  
 Hechi ca. 33.  
 Hegh b. Bereg vm. 520.  
 Hegy, Hegyfalu b. Vas vm. 530. 610.  
 Baranya vm. 66.  
 Hegysomló l. Hetyesomla.  
 Heymháza b. Veszprém vm. 130.  
 Helmech b. Bereg vm. 520. 625.  
 Ung vm. 528.  
 Helmygh tn. 220.  
 Helphstaini ca. 46.  
 Helpus tn. 367.  
 Hem, Heym tn. 106. 130. 372. 380.  
 Hench, Henchko tn. 82. 305.  
 Henis, Henyz tn. 537.  
 Hennynght tn. 518. 543. 551.  
 Henrik bán 180.  
 Henslin tn. 621.  
 Herbort tn. 213. 408.  
 Herceg, Hercheg, Herchig tn. 103.  
 270. 587. 590.  
 Herén f. Vas vm. 369.  
 Herke tn. 225.  
 Hernád fly. 337. 483.  
 Herolt tn. 367.  
 Herpey ca. Erdély 487.  
 Herpenye fly. Vas vm. 608.  
 Herthnid tn. 154.  
 Hetche patak 394.  
 Hete tn. 634.  
 Hettreh tn. 43.  
 Hetye f. Vas vm. 467.  
 Hetyesomla b. és o. sz. cs. Vas vm.  
 467.  
 Heves vm. főisp. 26.  
 Hévíz l. Budafelhévíz.  
 Hidegurzi ca. Erdély 551.  
 Hyg b. Bereg vm. 625.  
 Hyndi ca. 376. 378. 389. 393.  
 Hyrd b. Baranya vm. 90.  
 Hysfalvi ca. 149.  
 Hyuziumorna hn. 294.  
 Hobei ca. 58.  
 Hodaz b. Szatmár vm. 549.  
 Hodnog tn. 346.  
 Hodus tn. 328.  
 Hoym tn. 8.  
 Holman tn. 518.  
 Homode tn. l. Omode.  
 Homorogdi ca. 139. 237.  
 Honi ca. 239.  
 Hont vm. alisp. 125.  
 Honti főesp. 514.  
 Horoni ca. 364.  
 Horpach b. Somogy vm. 94.  
 Horvat b. Kraszna vm. 19. 158.  
 Horvátországi bán 74. 263. 323. 431.  
 Horvaty ca. 263.  
 Horvatum tn. 546.  
 Hosszúfalu Somogy vm. 324.  
 Hosszúmezei ca. 92.  
 Hotoso b. és o. sz. cs. Trencsén  
 vm. 353.  
 Hrachói ca. 125.  
 Hrathk, Hrepk tn. 277.  
 Hunth tn. 453.  
 Hunthteleke b. Doboka vm. 317.  
 Huntpaznan neuz. 555.  
 Hunyadi főesp. 345.  
 Hupk tn. 277.  
 Huzziubachi ca. 439.  
 Igal f. Somogy vm. 261.  
 Igenkuth b. Somogy vm. 585.  
 Igházasbyrolth b. Tolna vm. 538.  
 Ignech tn. 41.  
 Iklódi ca. 379.  
 Ilka b. Pozsony vm. 169. 412.  
 Ilsvapatak 423.  
 Imbor tn. 617.  
 Imbregi ca. 483.  
 Imolai ca. 274.  
 Inanch (Ynanch) b. 456.  
 Inarch b. Pest vm. 399.  
 Ink tn. 498.  
 Inke f. Somogy vm. 199.  
 Inaktetele b. 634.  
 Irnued tn. 216. 477.  
 Isalch (Ysalch) tn. 58.  
 István kly 325.  
 István klyi herceg 74. 120. 305. 431.  
 Itélő mesterek 18. 23. 34. 172. 182.  
 323. 398. 401. 413. 415. 514. 561.

- Itemer tn. 16. l. Vytemer.  
 Ivahun tn. 120. 194. 209.  
 Ivanch tn. 540.  
 Iváncz f. és o. sz. cs. Vas vm. 61.  
 105. 229.  
 Ivánfalva Erdély 551.  
 Ivánka tn. 98. 209. 252. 284. 310.  
 376. 383. 467. 531. 620.  
 Ivanoch b. 381.  
 Ivanusi cs. 613.  
 Izaad tn. 238.  
  
**Jaak** nemz. 513.  
 Jacoutelek b. Veszprém vm. 372.  
 Jak, Jakou, Jakus tn. 79. 339. 370.  
 419. 528. 577.  
 Jakóteleke b. 107.  
 Jakowi cs. 545.  
 Jalko tn. 431.  
 Jánok f. és o. sz. cs. Pozsony vm.  
 419. 420.  
 Janusdi nemesek Bihar vm. 359.  
 Jari cs. Erdély 492. 604.  
 Jardan, Jordan tn. 53. 603.  
 Jardan b. és o. sz. cs. 512.  
 Jarouelg hn. 560.  
 Jászói ent és tagjai 43. 44. 92. 99.  
 139. 202. 237. 240. 285. 336. 340.  
 427. 429. 525. 576. 605. 626. 632.  
 Jekkul tn. 419. 420.  
 Jenkei cs. Ung vm. 529.  
 Jenslin, Jensl tn. 156. 201. 270.  
 Jezni cs. 9.  
 Jób tn. 525.  
 Johhos tn. 347.  
 Jolent tn. 79.  
 Jolsva (Elsva) mv. és o. sz. cs. Gö-  
 mör vm. 46. 97. 429.  
 Jordanfalva 155. 156.  
 Jouka b. 395.  
 Julyai nemes 585.  
 Junk tn. 129.  
 Jutas f. és o. sz. cs. Veszprém vm.  
 106. 244. 245.  
  
**Kachko** b. Szolnok vm. 517.  
 Kadarkut b. 117.  
 Kajár f. Veszprém vm. 130. 464.  
 Kayaritya hn. 463.  
 Kalach tn. 453. 491. 576.  
 Kalamar tn. 163.  
 Kalandai cs. 570.  
 Kalatai főesp. 310.  
 Kalathna b. Bars vm. 421.  
 Káld f. és o. sz. cs. Vas vm. 13. 369.  
 476.  
  
**Kalyani** cs. 38. 395. 532.  
**Kálló** mv és o. sz. cs. Szabolcs vm.  
 73. 91. 132. 133. 150. 152. 200.  
 228. 233. 286. 288. 301. 311. 316.  
 347. 348. 355. 357. 388. 497. 545.  
 611. 620.  
**Kálmán** kly 461. 524.  
**Kalmer** tn. 200. 346.  
**Kalnoki** cs. Mosony vm. 591.  
**Kalocsai** érs. 168. 439. 536. 580. 615.  
**Kalsai** cs. 194.  
**Kaluz** b. Pilis vm. 282.  
**Kamarási** cs. Erdély 453. 491. 576.  
**Kamarouchi** cs. Ung vm. 529.  
**Kamand** b. Szatmár vm. 162.  
**Kametnycha** fly. Körös vm. 552.  
**Kande** b. és o. sz. cs. Pilis vm. 40.  
 88. 214. 280.  
**Kaniska** b. és fly. 75.  
**Kanizea** b. Bodrog vm. 299.  
**Kanizzay** cs. 438. 543. l. Csornai cs.  
**Kántor** (Cantor) cs. és tn. 116. 443.  
 497. 548. 613.  
**Kapas** tn. 227.  
**Kapi** b. Sáros vm. 449.  
**Kaplathi** cs. 297.  
**Kápolna** b. Torna vm. 118.  
**Kápolnafölde** b. Vas vm. 97.  
**Kápolnai** cs. 114.  
**Kaponyai** cs. 525.  
**Kapornaki** apát és ent. 154. 248.  
 467. 491.  
**Kapus** b. és patak 633. 634.  
**Karácsondi** cs. 142.  
**Karauch** b. Baranya vm. 588.  
**Karaznya** b. 250.  
**Karcsa** f. és o. sz. cs. Pozsony vm.  
 31. 315.  
**Karkoch** b. Nyitra vm. 110.  
**Karlow** kelet hely Borsod vm. 225.  
**Károly** császár 137.  
**Károly** I. kly. 21. 88. 89. 177. 180.  
 214. 234. 263. 270. 299. 304. 356.  
 372. 373. 461. 467. 495. 518.  
**Károli** cs. 379.  
**Kartali** cs. 147. 366.  
**Kassa** vs. 7. 89. 423.  
**Kata, Katha, Katthre** tn. 392. 456.  
 563.  
**Kátai** cs. 201. 202.  
**Katich** tn. 198.  
**Kavas** b. Bihar vm. 356.  
**Kazad** b. 62.  
**Kazai** cs. 446.  
**Kazasreeth** b. 161.  
**Kazmerfalvi** cs. 423.



- Kazmer, Olkazmer b. és o. sz. cs. 201. 240.  
 Kazsok f. Somogy vm. 590.  
 Keczel (Olso Keczel) b. Kraszna vm. 39.  
 Keerchi apát 486.  
 Kege b. 244.  
 Kekenusfew b. Baranya vm. 399.  
 Kékmező b. Sáros vm. 427.  
 Kelechen b. Nyitra vm. 110.  
 Kellemesi cs. 79. 118.  
 Kellyan tn. 388.  
 Kemedi, Kemudi cs. 387. 407.  
 Kamey tn. 63.  
 Keinen, Kemyn tn. 7. 277. 491.  
 Kemendi cs. Erdély 575.  
 Kemluk vr. 497. 552.  
 Kemnychyche b. Körös vm. 498.  
 Kendecs tn. 626.  
 Kendei cs. 633.  
 Kenderatto, Kenderatofő hn. 73. 451.  
 Kendervölgy hn. 146.  
 Kendy nemések 225.  
 Kendyz tn. 166.  
 Kendrusi cs. 442.  
 Kenegund tn. 354.  
 Kenese (Kense) f. Veszprém vm. 454.  
 Kenez b. 165.  
 Kér b. Szatmár vm. 355.  
 Kerali cs. 223.  
 Kerchi cs. 355.  
 Kerek tn. 605.  
 Kerekberuk hn. 451.  
 Kerekegyház b. és o. sz. cs. 72. 268. 554.  
 Kerékmorna hn. 294.  
 Kereplya b. Zemplén vm. 351.  
 Keresudvarhely b. 121.  
 Keresztes b. Doboka vm. 46.  
 Keresztur b. és o. sz. cs. Erdély 486.  
 Nyitra vm. 619. Zemplén vm. 529.  
 Kerezi cs. Ung vm. 527.  
 Kereztolchi cs. Ung vm. 528.  
 Kerezur b. Erdély 492.  
 Kéri cs. 565.  
 Kesei cs. 252.  
 Kesző (nagy) f. Komárom vm. 45.  
 268. 284. 438.  
 Ketergeni cs. 528.  
 Kethetes b. Bodrog vm. 112. 147.  
 Keve vm. főisp. 25. 370.  
 Kewel hn. 280.  
 Kezakoachy b. Pilis vm. 371.  
 Kezey b. Pozsony vm. 419.  
 Kezeu b. Veszprém vm. 468.  
 Kezy cs. 384.  
 Keztlen f. Nyitra vm. 109.  
 Kezw (al és fel) b. Pest vm. 399.  
 Kinizsi (Kenys) cs. 340.  
 Királfia b. 229.  
 Királháza b. és o. sz. cs. 407. 635.  
 Királrév hn. Ugocsa vm. 409.  
 Királtelek f. Szabolcs vm. 19. 158.  
 Királuta hn. 589.  
 Kyrthi cs. 545.  
 Kyszatal b. Pozsony vm. 412.  
 Kysbarchi cs. 204.  
 Kysbatur b. Bihar vm. 327.  
 Kisceötörtök f. Pozsony vm. 156.  
 Kisfalu Pozsony vm. 558.  
 Kialfalud b. és o. sz. cs. 366. Borsod  
 vm. 204. Somogy vm. 199.  
 Kysherestyen b. 395.  
 Kyskorog b. 93.  
 Kysmateulzi cs. Ung vm. 528.  
 Kyscemesnya b. Szolnok vm. 318.  
 Kistapolcsány b. és o. sz. cs. 1. 5. 6.  
 43. 603.  
 Kisternyei cs. Sáros vm. 103.  
 Kysuelg hn. 451.  
 Kyudmalasi cs. 313.  
 Kyurt b. 193.  
 Kyuzturi cs. 568.  
 Kizdi cs. 486.  
 Kókai cs. Pest vm. 528.  
 Kokas tn. 141.  
 Kokath b. 165.  
 Kokeai, Koksói, Koxói cs. 336. 339.  
 422. 628.  
 Kolchal tn. 141.  
 Kollo tn. 27.  
 Kolos kelet hely 322.  
 Kolosi főisp. 519.  
 Kolozs vm. 321.  
 Kolozsmonostor 319. 321.  
 Kolozsmonostori apát és ent. 38. 317.  
 321. 343. 395. 454. 503. 532. 533.  
 577. 591. 604. 605.  
 Kolozsvár 345.  
 Koltai cs. 291.  
 Kolus tn. 55. 382.  
 Komárom vm. fő- és alisp. 556. 560.  
 Komáromi főisp. 460. 514.  
 Komiátszegi cs. 344. 345.  
 Komlósi cs. Sáros vm. 103.  
 Kondói cs. 208.  
 Kondus tn. 85.  
 Kont Miklós 90. 109. 133. 135. 169.  
 286. 316. 321. 392. 398. 523. 586.  
 stb. mint nádor l. ezt.  
 Kónya tn. 51. 193. 234. 312. 367.  
 491. 593. 609.  
 Kopaz tn. 94.

- Kopolyan b. Szolnok vm. 517.  
 Kopolch tn. 528. 529.  
 Koppáni cs. 154.  
 Koranicha b. és o. sz. ca. 430. 431.  
 Korman hn. Pozsony vm. 586.  
 Korogi, Kourogi cs. 108. 260.  
 Korogpatak 451.  
 Koron tn. 126.  
 Korong (nagy) b. Vas vm. 74. 260.  
 261.  
 Korpádi (Corpad) cs. 60. Erdély 492.  
 Korpona vs. 176.  
 Korthuai cs. 596.  
 Kos tn. 7.  
 Kovácsida b. Baranya vm. 416.  
 Kozmali, Koznali cs. 290. 352. 388.  
 Köcsk (Kuchk) f. és o. sz. cs. Vas  
 vm. 16. 78. 467.  
 Kói kápt. 263. 379.  
 Kölcsei (Kelche) cs. 621.  
 Kölesér b. Bihar vm. 360.  
 Körmend vs. Vas vm. 177.  
 Körös vm. főisp. 2. 497. 552.  
 Körös vr. 498. 553.  
 Körtvélyes (Kurchueles) b. és o. sz.  
 cs. 233. 310. 398. Baranya vm. 490.  
 Krakkói püsp. és kanonok 521.  
 Krassó vm. főisp. 25. 370.  
 Krassói főisp. 411. 458. 554.  
 Krasznahorka vr. 189. 584.  
 Krasznaluka, Krasznoluch b. 534.  
 Kubli tn. 563.  
 Kuchurd b. 586.  
 Kudey cs. 489.  
 Kuer tn. 79.  
 Kuerd, Kuert b. 504.  
 Kuesd b. Erdély 551.  
 Kueshegy hn. 558.  
 Kukynzarw, Kukinzor b. Pozsony  
 vm. 169. 419.  
 Kukulew b. Erdély 518.  
 Kun tn. 62. 106. 145. 189. 583. 584.  
 605.  
 Kunczlin tn. 269.  
 Kurmusd b. 398. Pozsony vm. 419.  
 Kurus b. 576.  
 Kusded tn. 160.  
 Kutur tn. 221.  
 Kuzdench b. Nyitra vm. 620.  
 Kv, Kw b. Arad vm. 256. Baranya  
 vm. 589.  
 Laborcha fly 111.  
 Lachk tn. 55. 137. 172. 189. 262. 277.  
 378. 382. 389. 401. 446.  
 Lachow tn. 75.  
 Ladány-Szentmiklós b. Fehér vm.  
 256.  
 Ladi cs. 79. 118. 456.  
 Ladoch b. Szerém vm. 256.  
 Laki cs. 601.  
 Lanch b. és o. sz. ca. Vas vm. 467.  
 Lapa b. Somogy vm. 196.  
 Lapaad b. Erdély 213.  
 Lapy nemesek Ugocsa vm. 223.  
 Laskudi cs. 91.  
 László kly 371.  
 Laza tn. 338.  
 Lazar b. 399.  
 Lazlontuisse b. Békés vm. 539.  
 Lazoni cs. Zemplén vm. 189. 528.  
 Leansukai cs. 61.  
 Lechi cs. 142.  
 Ledneche hn. 294.  
 Leel, tn. Leeli cs. 356.  
 Leg b. Pozsony vm. 86. tn. 198.  
 Lekenyei cs. 447.  
 Leleszi cnt. 211. 287. 511. 519. 546.  
 561. 616. 620.  
 Lendva (felső) vr. és o. sz. cs. Vas  
 vm. 172.  
 Leng b. Csongrád vm. 460.  
 Lengel, Lengen tn. 150. 286. 288.  
 447. 497. 612.  
 Lengenpataikai cs. Sáros vm. 103.  
 Lengyel ország 141. 359.  
 Leonard tn. 566.  
 Leonch tn. 469.  
 Lepes tn. 539.  
 Leskouch hn. 619.  
 Léta b. Szabolcs vm. 165. 363. 418.  
 Leukus tn. 36. 77. 90. 109. 133. 136.  
 150. 156. 158. 169. 225. 269. 286.  
 326. 392. 401. 411. 466. 487. 555.  
 611.  
 Laurente tn. 83.  
 Leustach tn. 21. 274. 524.  
 Léva vr. 294. 295. 323.  
 Levelek b. 161.  
 Lezek b. Bars vm. 294.  
 Lezteméri cs. Zemplén vm. 211.  
 455. 529.  
 Lyberchei cs. 284.  
 Lyderi cs. 545.  
 Lyka fly. Zemplén vm. 351.  
 Likaakw hn. 280.  
 Lipou b. Ugocsa vm. 223.  
 Lippa mv. 535. 580.  
 Liptai, Lyptoui cs. 40. 230. 298.  
 Liptó vm. főisp. 18. 26. 55. 172. 189.  
 263. 582.  
 Lyptou tn. 506.

- Lytar tn. 171.  
 Litér f. Veszprém vm. 130.  
 Litold tn. 212.  
 Litván hadjárat 45.  
 Loboy b. 555.  
 Lodomer tn. 461.  
 Logreth tn. 66.  
 Lóna, Lónya b. és o. sz. cs. 422.  
 424. 427. 562.  
 Loránd tn. 116. 143. 216. 243. 345.  
 422. 424. 443. 528. 545. 548. 572.  
 613. 626.  
 Losnicza cs. 270.  
 Losonczi cs. 304.  
 Lothard, Luthard tn. 172. 263.  
 Lovászmesterek klyiak 168. 187. 371.  
 439. 553.  
 Lozoni cs. 111.  
 Lubna b. Borsod vm. 42.  
 Luchna b. Szepes vm. 485.  
 Ludasegyház b. Bodrog vm. 300.  
 Lugas, Lugos b. Szabolcs vm. 597.  
 Szatmár vm. 597. Vas vm. 61.  
 Luka tn. 32. 90. 461. 634.  
 Lukaházi cs. Ung vm. 527. 528.  
 Luwewi cs. Szabolcs vm. 529.  
  
 Machalai cs. 206. 548.  
 Machkasi cs. 606.  
 Macsói bánok 25. 168. 171. 242. 262.  
 263. 266. 407. 413. 415. 439.  
 Magare b. Erdély 551.  
 Magich tn. 55.  
 Magur b. Békés vm. 539.  
 Magyar b. és o. sz. cs. Pozsony vm.  
 86. 104. 169. 412.  
 Magyar helynevek és szavak 3. 4.  
 15. 86. 93. 98. 107. 146. 159—161.  
 280. 282. 289. 294. 295. 300. 330.  
 333. 338. 395. 450. 451. 515. 558.  
 559. 560. 565. 585. 589. 592. 597.  
 634.  
 Magyar tn. 127. 167. 255. 298. 352.  
 365. 547. 609.  
 Magyar és tót Razlavicza b. 218.  
 Makou, Makov tn. 42. 629.  
 Makovicza vr. 363.  
 Makrai cs. 150.  
 Makwa b. és o. sz. cs. Vas vm. 368.  
 381. 610.  
 Malach tn. 575.  
 Malahi cs. 99. 446.  
 Malasi cs. 145. 313.  
 Malohai cs. Zemplén vm. 528.  
 Manca, Mancus, Mangus tn. 81.  
 Mannus, Manus tn. 38. 395. 532.  
 Manthus tn. 607.  
 Marchunka tn. 521.  
 Marozaltó f. Veszprém vm. 172.  
 Marczelfalvi cs. 15. 578.  
 Margyth tn. 505.  
 Margitazigeti apácák 58. 94. 112.  
 138. 147. 195. 227. 261. 281. 283.  
 288. 312. 313. 371. 445. 448. 484.  
 503. 590. 599.  
 Marhard tn. 419. 420. 621.  
 Marheyk tn. 160.  
 Mark b. Baranya 615. tn. 178. 198.  
 Markalph, Morkolph tn. 15. 422.  
 Marki cs. 487.  
 Marnaros vm. főisp. 265.  
 Maros fly. 385. 410. 554.  
 Marosi, Marosontúli főesp. 411. 458.  
 554.  
 Marót (Aranyos) va. 5.  
 Maróthi (Moruch) cs. 262. 540.  
 Marsilius tn. 226.  
 Márton bán 66.  
 Martonos b. Bodrog vm. 299.  
 Martuny b. Szatmár vm. 549.  
 Maschai, Masthai cs. Ung vm.  
 527. 529.  
 Mathe b. Szathmár vm. 255.  
 Mathewo tn. 242.  
 Mathyus tn. 207.  
 Mechencha fly. 2.  
 Mechlen hn. 360.  
 Mechlr tn. 367.  
 Mechnye b. Nyitra vm. 607.  
 Medyeshath b. Somogy vm. 585.  
 Mediesi cs. 58.  
 Megeri, Megyeri cs. 369. 545.  
 Megyer b. Pilis vm. 282.  
 Megyesi cs. 385.  
 Melletei cs. 114. 446. 576.  
 Merse b. Tolna vm. 372. tn. 429.  
 Mesche b. Erdély 486.  
 Mezer hn. 295.  
 Mezeuházi cs. 258.  
 Michalouch b. 381.  
 Michz, Mykeh bán 172. 216. 278.  
 422. 424. 485. 549. 626.  
 Mihalehfalva, Mihalyfalva b. és o.  
 sz. cs. 542. 577. Vas vm. 13.  
 Mykalai, Mykolai cs. 377. 389. 401.  
 434.  
 Myketeleke, Mykusteleke b. Doboka  
 vm. 317. 318.  
 Mikloslaka b. Erdély Fehér vm. 385.  
 Miko, Mykou, Mykus tn. 8. 145. 277.  
 315. 336. 383. 394. 451. 469. 606.  
 Mikocha tn. 201. 240. 337. 548.

- Mylos tn. 376.  
 Mindszenti cs. 227.  
 Myr vagy Nyr b. Pozsony vm. 27.  
 Myrcalo, Myrozlo b. Erdély 213. 343.  
 Myske molna hn. 248.  
 Myssechei cs. 221.  
 Mivelődés történeti adatok 41. 107.  
 135. 151. 152. 160. 175. 278. 289.  
 361. 363. 388. 397. 399. 407. 408.  
 412. 526. 535. 544. 580. 597. 612.  
 Mizdó f. Vas vm. 127. 167.  
 Mizlamelléki cs. 92.  
 Mlachk tn. 431.  
 Moch, Mok tn. 166. 529.  
 Mochk, Mokch tn. 222. 290. 353. 391.  
 Mochola tn. 202.  
 Mocyoz b. Krassó vm. 130.  
 Modor vs. 33. 550. 557.  
 Mogas b. Somogy vm. 451.  
 Mogdal tn. 542.  
 Mogh tn. 310.  
 Moghi cs. 489.  
 Mogynd b. Baranya vm. 295.  
 Moglódi cs. 147.  
 Mogundorfer tn. 270.  
 Mohal b. Doboka vm. 591.  
 Mohten b. Szatmár vm. 9. 116. 621.  
 Mohustow b. Szabolcs vm. 285.  
 Moym tn. 14.  
 Moyus tn. 120. 159. 239. 451.  
 Moyusi cs. Erdély 530.  
 Moyza tn. 356.  
 Molonyan b. 5.  
 Molumboth hn. 146.  
 Monay cs. 141. 142.  
 Monahi cs. 210.  
 Monas tn. 528.  
 Monyk tn. 256.  
 Monkus tn. 572. 578.  
 Monoliói cs. 109.  
 Monostor b. Baranya vm. 66. 588.  
 Monostorfalva Kolozs vm. 321.  
 Monusturi cs. Erdély 503.  
 Monyaros, Monyoros b. Esztergom  
 vm. 438. 458. 514.  
 Moorh b. 330.  
 Morcheli cs. Körös vm. 618.  
 Morochnik tn. 82. 187. 259. 342. 361.  
 482. 519. 553. 594. 625.  
 Morothva hn. 168.  
 Morouch tn. 332.  
 Mortua viz 337.  
 Mortunus tn. 209. 262.  
 Munustar b. Valkó vm. 405.  
 Mura fly. 15.  
 Muralyai cs. Ung vm. 528. 529.  
 Nabradi cs. 611.  
 Nádasd b. és o. sz. cs. Abauy vm. 325.  
 Erdély 606. Vas vm. 105. 154. 607.  
 Nadasi cs. 322.  
 Nadakw hn. 634.  
 Nádorok 6. 20—23. 26. 49. 50. 63.  
 78. 92. 132. 145. 168. 171. 188. 206.  
 216. 235. 263. 272. 305. 326. 350.  
 358. 362. 390. 401. 413. 415. 423.  
 439. 446. 456. 488. 523. 525. 544.  
 555. 572. 573. 578. 582. 586. 610.  
 Nagybátori cs. Szatmár vm. 621.  
 Nagydobron b. Bereg vm. 212.  
 Nagyfalva Baranya vm. 243. Szabolcs  
 vm. 19. 158. 332.  
 Nagykárol b. Szatmár vm. 363.  
 Nagymartoni cs. 43. 74. 78. 83. 260.  
 268. 438.  
 Nagymezői cs. Zemplén vm. 528.  
 Nagymiháli cs. 310. 631.  
 Nagypáli cs. 521.  
 Nagysomló b. 470.  
 Nagyszász b. Ugocsa vm. 407. 635.  
 Nagyszombat vs. 23. 559.  
 Nagyszöllős mv. Ugocsa vm. 409.  
 Nana tn. 370. 371.  
 Napdurfölde 398.  
 Napkori cs. 612.  
 Nata tn. 529.  
 Natras tn. 277.  
 Naualyadi cs. Zemplén vm. 529.  
 Neczpál b. és o. sz. cs. 8. 277.  
 Némái cs. 370.  
 Nemesulcha hn. 160.  
 Németsfalva b. Pozsony vm. 169. 412.  
 Németh, Nymuth tn. 95. 153. 212.  
 215. 216. 259. 545.  
 Nemygneigh b. Zala vm. 130.  
 Nempchyni cs. 376. 393.  
 Nempty b. Somogy vm. 390. 450.  
 Veszprém vm. 130.  
 Nempti cs. 123. 265. 414. 415. 528. 631.  
 Nemsági, Nemsági cs. 567. 568.  
 Nemzetségek 5. 172. 317. 318. 346.  
 348. 350. 355. 513. 555. 597.  
 Nenkei cs. 42. 114.  
 Niged b. Arad vm. 256.  
 Nygván tn. 447.  
 Nynay cs. Ung vm. 527.  
 Nyrai cs. 166.  
 Nyri tn. 187.  
 Nyván tn. 446.  
 Nyuegh b. 394.  
 Nog, Nogh tn. 79. 447.  
 Nogfai, Nogphai cs. 521. 568.  
 Nógrádi főesp. 460. 547.

- Nok b. Erdély 492.  
 Nomen, Nomyn b. és o. sz. cs. Szat-  
 már vm. 562. 580. 621.  
 Noska ér. Ung vm. 526.  
 Noszlop (Noztop) f. Veszprém vm.  
 és o. sz. cs. 58. 601.  
 Nyaláb vr. 408. 634.  
 Nyiregyház vs. Szabolcs vm. 165.  
 329. 511. 598.  
 Nyíres (al- és fel) b. Doboka vm.  
 593. 595. 624.  
 Nyíri cs. 82.  
 Nyitra vm. alisp. 606.  
 Nyitra vr. 353.  
 Nyitrai főesp. 460.  
 Nyitrai kápt. 1. 5. 6. 43. 133. 295. 297.  
 375. 388. 391. 393. 512. 606. 619.  
 Nyitrai püsp. 21. 168. 353. 439. 524.  
 Nyék b. és o. sz. cs. Pozsony vm.  
 21. 56. 445.  
 Nyomári cs. 79. 118.  
 Nyomja(Namyan)f.Baranya vm. 407.  
 Óbuda vs. 81. 167. 212. 215. 220.  
 282. 399.  
 Óbudai apácák 40. 81. 128. 167. 187.  
 192. 214. 215. 279. 282. 298. 354.  
 Óbudai predikátor szerzet 281. 283.  
 Obun b. Csanád vm. 554.  
 Óburgata b. Vas vm. 481.  
 Ódonmonostor Szabolcs vm. 327. 598.  
 Odvornuk, Wdvarnuk b. Nitra vm.  
 133. 134.  
 Ófalu b. Szepes vm. 485.  
 Og tn. 537.  
 Ogyoz tn. 78.  
 Oguan, Ogmand tn. 7. 216. 477.  
 Okteluk b. 350.  
 Oláhok 158. 611. 621.  
 Olasz ország 425.  
 Olaszi b. és o. sz. cs. 316. 366. 511.  
 Olcheki cs. Zemplén vm. 528.  
 Olchonai cs. 551.  
 Olgya f. Pozsony vm. és o. sz. cs.  
 87. 169. 286. 392. 411. 586.  
 Olymanchi cs. 143.  
 Oliver tn. 73. 85. 105. 145. 154. 185.  
 200. 446. 523. 547. 620. 634.  
 Olkenewi cs. 92.  
 Olsar b. Vas vm. 127. 167.  
 Olsowychai cs. 149.  
 Omariái cs. 62.  
 Omode tn. 35. 57. 70. 172. 450. 537.  
 Ompod tn. 172.  
 Ónod (Olnad) f. Borsod vm. és o. sz.  
 cs. 71. 494.  
 Opchi cs. 305.  
 Opuliai herczeg 354.  
 Orbáz vm. 141.  
 Orbova b. és o. sz. cs. Pozsega vm.  
 466. 499.  
 Ordas tn. 504.  
 Oryavichai cs. 466.  
 Orlyvagasa b. 550.  
 Ormentus tn. 383.  
 Orros, Orrus, Urus tn. 347. 348.  
 414. 415.  
 Országbirák 8. 9. 13. 23. 34. 36. 60.  
 69. 73. 74. 83. 95. 101. 114. 117.  
 122. 139. 149. 152. 155. 157. 168.  
 170. 171. 179. 195—197. 201. 203.  
 215. 225. 229. 239. 245. 250. 259.  
 261. 262. 290. 304. 325. 332. 352.  
 357. 368. 375. 377. 389. 393. 401.  
 411. 434. 439. 446. 455. 461. 466.  
 487. 499. 503. 504. 511. 514. 523.  
 534. 547—549. 560. 561. 564. 583.  
 586. 600. 611. 613. 626.  
 Ortolf tn. 27.  
 Orusi cs. 612.  
 Oruzy, Wruzy, (Orczi) cs. Somogy  
 vm. 123. 261.  
 Osgyáni nemesek 126.  
 Ostorman tn. 177.  
 Osvecensis dux 234.  
 Oszkó b. és o. sz. cs. Vas vm. 55. 381.  
 Oszöllös b. Csanád vm. 410.  
 Osztopáni (Wztupan) cs. Somogy  
 vm. 198.  
 Oth, Otto tn. 156. 201.  
 Ozyuaigh b. Temes vm. 130.  
 Ozlar b. Somogy vm. 195. Szabolcs  
 vm. 616.  
 Ötvös (Wtwya, Vtwes, Wtus) b. Vesz-  
 prém vm. 10. 11. 12.  
 Paaky tn. 528.  
 Pachali cs. 310.  
 Padár f. Veszprém vm. 12.  
 Padruh, Patruh b. Szabolcs vm. 255.  
 Paharus, Poharus tn. 107. 139. 237.  
 449.  
 Palachk b. Erdély 531.  
 Palagari cs. 404.  
 Palaghi cs. Ung vm. 525. 528.  
 Palásti cs. 506.  
 Palazoukuz Pozsony vm. 455.  
 Páli b. Baranya vm. 122. 124. 416.  
 Szatmár vm. 547.  
 Palkonya b. Baranya vm. 123.  
 Palvara b. Erdély 492.  
 Panaz tn. 563.

- Pancelus, Panchelus tn. 316. 453. 576.  
 Pani ca. 284.  
 Panylai ca. 364.  
 Panyt tn. 51.  
 Pankatai főesp. 486.  
 Paptelek b. Doboka vm. 38.  
 Papuuy tn. 375.  
 Parys tn. 369.  
 Parlag b. 65.  
 Pasar tn. 393.  
 Paska tn. 134.  
 Pasztói ca. 50. 174. 446.  
 Patai főesp. 485. 486.  
 Patavia 270.  
 Pathko, Potko tn. 376. 377.  
 Patouch tn. 504.  
 Pazani ca. 357.  
 Paznan b. 116.  
 Paznanbyki hn. 634.  
 Pecheen b. 555.  
 Pécs vr. és vs. 67. 90. 254.  
 Pécsi ca. 554.  
 Pécsi kápt. és tagjai 60. 66. 108.  
 123. 183. 304. 308. 387. 413. 415.  
 451. 490. 587.  
 Pécsi püsp. 168. 227. 251. 304. 439.  
 Pécsöl f. Zala vm. 130.  
 Pécsvárad vs. 41. 47. 90. 562.  
 Pécsváradi ent. 41. 47. 90. 138. 276.  
 312. 415. 562.  
 Péczel f. Pest vm. 370.  
 Peczől f. és o. sz. cs. Vas vm. 98.  
 Pederi ca. 202.  
 Peel b. és o. sz. cs. Esztergom vm.  
 45. 84. 268. 378. 438. 516.  
 Peer tn. 557.  
 Pelbardhyda, Purbardhyda b. és o.  
 sz. cs. Szabolcs vm. 98. 620.  
 Pale tn. 507.  
 Peleske (Pyliske) f. és o. sz. cs. Szat-  
 már vm. 621.  
 Pelsi ca. 488.  
 Pelsöcz f. és o. sz. cs. Gömör vm.  
 46. 59. 189. 271. 525.  
 Pénznemek 1. 43. 44. 80. 108. 174.  
 212. 217. 238. 257. 270. 274. 275.  
 361. 444. 445. 483. 553. 585.  
 Perbes f. 194.  
 Peréni (Perven) ca. 142. 155. 361. 520.  
 Pereszteg f. és fly. Vas vm. 469. 480.  
 Perezlai tn. 399.  
 Pereztogalya b. Vas vm. 467.  
 Perichke b. Veszprém vm. 601.  
 Perlap, Perlep b. Bars vm. 222. 290.  
 391.  
 Pernow b. Zemplén vm. 351.  
 Pesko tn. 187.  
 Pest vs. 503.  
 Pestlinus tn. 226.  
 Petedgudruseu hn. 450.  
 Petel b. 398.  
 Petenye tn. 286.  
 Péter bán 170.  
 Péterháza b. Bihar vm. 360.  
 Peterman, Peturman tn. 503. 505.  
 Petou, Pethe, Petow tn. 7. 55. 56.  
 125. 192. 197. 198. 211. 218. 221.  
 244. 333. 368. 382. 411. 455. 458.  
 527. 529. 575. 593. 597. 607. 610.  
 Petichk tn. 333.  
 Petren tn. 607.  
 Petres tn. 364.  
 Petri ca. 71. 364. 519.  
 Petrych tn. 283.  
 Pezi ca. 252.  
 Phile, Philpe, Phulpus tn. 66. 108.  
 254. 401. 435.  
 Philefalva és o. sz. cs. 367.  
 Philep b. 116.  
 Philip b. Szatmár vm. 150.  
 Phouth tn. 420.  
 Pilisi apátság 283.  
 Pylisi ca. 519.  
 Pinczesterek klyiak 169. 219. 392.  
 439. 555.  
 Pinkóczy ca. Ung vm. 527. 528.  
 Pisker hn. 115.  
 Pisky ca. 232.  
 Poch b. és o. sz. cs. 161. 556. 598.  
 Podgoria 129.  
 Podolyn b. Szepes vm. 485.  
 Pogan tn. 38.  
 Pognize tn. 176.  
 Poka tn. 259.  
 Poki ca. 23.  
 Polyan tn. 429.  
 Polyánka b. Zemplén vm. 351.  
 Pomaz b. 112. 147.  
 Pomoch b. és o. sz. cs. 230.  
 Pon b. Bars vm. 93 tn. 377.  
 Poniki ca. 593.  
 Popy b. Bodrog vm. 112. 147.  
 Popusi ca. 116.  
 Pornói apát 96. 153.  
 Poroszló b. Heves vm. 304.  
 Pothyulcha hn. 159.  
 Potow tn. 277.  
 Pous, Pousa, Powch tn. 99. 168. 225.  
 362. 410. 460. 554.  
 Pozabi ca. 150.  
 Pozsegai ca. 433.  
 Pozsegai kápt. és tagjai 109. 120. 499.

- Pozsony vm. főisp. 18. 21. 25. 57.  
 106. 150. 168. 374. 439.  
 Pozsony vs. 30. 46. 84. 268. 419—421.  
 455.  
 Pozsonyi kápt. és tagjai 26. 28. 45.  
 85. 104. 156. 315. 419. 420. 455.  
 550. 587.  
 Prebul, (alsó és felső) b. és o. sz. cs.  
 230. 231.  
 Prynholch b. 513.  
 Prónai cs. 258.  
 Ptachari, Ptachay cs. 550.  
 Puzstaegyház b. Bodrog vm. 300.  
  
 Raadi cs. Ung. vm. 529.  
 Rába fly. 61.  
 Rác ország 260. 261. 263. 337. 473.  
 Rada b. Pest vm. 399.  
 Radalh, Radalph b. Szatmár vm.  
 116. 443. 549. 613.  
 Raden, Radyn tn. 120. 129.  
 Radichi cs. 525.  
 Rádóczi cs. 77.  
 Radonoviczi cs. 534.  
 Radovanpatak Körös vm. 618.  
 Radusi cs. 486.  
 Radwan b. Baranya vm. 251. 252.  
 Ragalai nemesek 274.  
 Ragolchi cs. Erdély 575.  
 Ragyolchi cs. 221.  
 Raydel tn. 226.  
 Rakamaz f. és o. sz. cs. Szabolcs  
 vm. 161. 269. 326. 574.  
 Raksi (Rakus) f. Somogy vm. 195.  
 Rakusi cs. 346.  
 Raskói cs. Zemplén vm. 528.  
 Rasoni cs. 141.  
 Rath b. 350. 596.  
 Ravaz tn. 106.  
 Raznata tn. 419. 420.  
 Reche b. és o. sz. cs. 29. 316. 491. 492.  
 591.  
 Recherethe b. 525.  
 Recski cs. 206. 224.  
 Redei cs. 632.  
 Rednechi cs. Abauj vm. 528.  
 Reen b. Pozsony vm. 169. 412.  
 Reguni cs. 365.  
 Reinold, Renold tn. 58. 98. 122. 414.  
 416.  
 Remenyepataka b. 429.  
 Remete b. Krassó vm. 130.  
 Remete-Szentlázár egyház 399.  
 Remundus tn. 109.  
 Rendesi cs. 61.  
 Rethe tn. 49.  
  
 Rew b. Baranya vm. 588.  
 Rezne b. 596.  
 Rezneki cs. 370.  
 Ricolph tn. 26.  
 Rochkapatak 73.  
 Rohfalu Gömör vm. 59.  
 Rohmani cs. 280.  
 Rokunchas b. Gömör vm. 189.  
 Ronvai cs. Zemplén vm. 529.  
 Rophayn tn. 224.  
 Ropoli cs. 390. 450.  
 Rosali, Rusali cs. 223. 610. 620.  
 Roskováni cs. 149.  
 Rosnyó vs. 271.  
 Rozgonyi cs. 118. 216. 423. 424. 429.  
 626.  
 Rozkeny cs. 92.  
 Rozlavichai cs. Sáros vm. 103.  
 Rubenföldre b. Nyitra vm. 110.  
 Rubyn tn. 47.  
 Ruchi cs. 252.  
 Ruda, Rudna vs. 576.  
 Ruhman tn. 514.  
 Rumi cs. 154. 216.  
 Rupa b. Baranya vm. 122.  
 Rusa tn. 75.  
 Ruzka b. és o. sz. cs. 212. 525. 549.  
  
 Saagi cs. Somogy vm. 390. 450.  
 Saah tn. 229.  
 Saap b. Abauj vm. 107. 139. 237.  
 Saard b. Erdély és o. sz. cs. 486. 487.  
 Safar tn. 218.  
 Ság f. Nyitra vm. 109. 133.  
 Sági cut. és prépost 229. 505. 564.  
 Sajó fly. 73. 206.  
 Salamon f. és o. sz. cs. Veszprém  
 vm. 11.  
 Salamonföldre Vas vm. 480.  
 Salamonkeral tn. 206.  
 Salatna b. Erdély 551.  
 Salmár b. Pilis vm. 371.  
 Sambur b. 445.  
 Sauch, Sanctifalva b. 194.  
 Sand (Sond) f. és o. sz. cs. Somogy  
 vm. 540.  
 Sandur tn. 543. 551.  
 Sanka tn. 241.  
 Sár b. és fly. Vas vm. 13. 200. 610.  
 Saralia b. Pozsony vm. 419.  
 Saras b. Esztergom vm. 256.  
 Sard viz Vas vm. 98.  
 Sárfő b. Nyitra vm. 391.  
 Sárfővizdó f. Vas vm. 127. 167.  
 Sári cs. 241. 572.  
 Sárý erdő Pozsony vm. 27.

- Sarló b. és o. sz. ca. 145. 291. 296.  
 Sáros vm. főisp. 100. 233. 324.  
 Sáros vr. 233. 550.  
 Sárosd fly. 239.  
 Sárosi ca. 127.  
 Sárosi kolostor 550.  
 Sárospatak va. 424.  
 Sarowi ca. 377.  
 Sárselki ca. 518.  
 Sarserum hn. Pozsony vm. 586.  
 Sarufalvi ca. Gömör vm. 491.  
 Sarusbolch b. Bihar vm. 221.  
 Sárvármonostor Szatmár vm. 77.  
 162. 598.  
 Sasa b. és tn. 237.  
 Sasai ca. Borsod vm. 520.  
 Sátoralja-újhelyi remeték 209.  
 Saturhegy hn. 634.  
 Scekel tn. 619.  
 Scelus tn. 591.  
 Scentelye b. Szerém vm. 264.  
 Scepesi ca. 434.  
 Scouleus b. Csanád vm. 554.  
 Scynna fly. 257.  
 Scythnyki ca. 499.  
 Scotok apátja 270.  
 Sebe tn. 231. 604.  
 Sebehadnagyföldre Zala vm. 95. 153.  
 216. 260.  
 Sebei ca. 339.  
 Sebeskuz, Sebuszuk hn. 379.  
 Sebus b. és o. sz. ca. Sáros vm. 217.  
 449.  
 Sebus tn. 21. 69.  
 Sebuspatak b. 199.  
 Sechebe b. 391. I. Zechen.  
 Sedun tn. 530.  
 Seegh hn. 300.  
 Sefred, Sefrid, Sifrid, Serephel tn.  
 5. 6. 13. 18. 241. 258.  
 Segesvár 551.  
 Segged f. Somogy vm. 433.  
 Sehteri, Sehturi ca. 9. 369.  
 Seydel, Seydlin tn. 220. 270.  
 Salyn vr. 303.  
 Selki ca. Erdély 518.  
 Selus tn. 163.  
 Semberi nemesek 548.  
 Semes tn. 360.  
 Semyan, Semjén, Symien b. és o. sz.  
 ca. 150. 286. 288. 316. 355. 388.  
 420. 447. 497. 561. 611. 613. 616.  
 Senye b. Borsod vm. 241.  
 Sewli ca. 70.  
 Sydow tn. 383.  
 Siklósi (Suklos) ca. 123. 413. 415. 452.  
 Sylei ca. 542.  
 Symai ca. Szatmár vm. 621.  
 Symeg b. Esztergom vm. 445.  
 Simoni ca. 374.  
 Synka tn. 102. 196. 219. 243. 422.  
 444. 449. 520.  
 Syra b. 398.  
 Syseri ca. Ung vm. 528.  
 Sysloch b. és o. sz. ca. Ung vm. 526.  
 Sitkei ca. 154.  
 Sitva fly. 5. 93. 394.  
 Syvednik b. 550.  
 Syved, Suved b. Bihar vm. 19. 581.  
 Slavoshaza b. 174.  
 Smyelnicz va. 271.  
 Sol b. Veszprém vm. 130.  
 Solmus f. Szatmár vm. 623.  
 Solomkő vr. 621.  
 Solyagi ca. 200.  
 Solyumustelek hn. Szabolcs vm. 328.  
 Somló b. és o. sz. ca. Vas vm. 466.  
 Somlóhegy Vas vm. 481.  
 Somogy tn. 206. 243.  
 Somogy b. és o. sz. ca. 72. 201.  
 Somogyvári cnt. 57. 94. 115. 195.  
 198. 261. 390. 450. 541.  
 Somorja mv. Pozsony vm. 33.  
 Somosi ca. 284.  
 Soploncha fly. 2.  
 Sopron vm. főisp. 25. 83. 105. 262.  
 413. 415. 529. 572. 578.  
 Sopron va. 45.  
 Sós (Sows) tn. 196. 218. 449.  
 Sóvár b. és o. sz. ca. Sáros vm. 197.  
 218. 449.  
 Spalatói éra. 168.  
 Spinarum villa Erdély 522. (Tövise).  
 Stanech tn. 542.  
 Stankócz b. Zemplén vm. 351.  
 Stenychnak vr. és o. sz. ca. 431.  
 Stepanch tn. 546.  
 Styzunpach tn. 270.  
 Strachyna b. 550.  
 Strasa, Straza b. Gömör vm. 100.  
 491. 525.  
 Streuz tn. 419.  
 Suchaghi ca. 383.  
 Sumkuth b. 517. 584.  
 Sumprak, Sumrak tn. 224. 225.  
 Sunudur b. Esztergom vm. 445.  
 Sumugy b. Szepes vm. 485.  
 Suran b. Vas vm. 55.  
 Swyniei ca. Sáros vm. 429.  
 Szabar f. és o. sz. ca. Zala vm. 78.  
 Szabolcs (Zabouch) b. és o. sz. ca.  
 162. 211. 316.



- Szabolcs vm. fő- és alisp. 19. 23.  
 132. 199. 211. 228. 288. 301. 302.  
 316. 347. 364. 421. 447. 497. 581.  
 Szabolcsi főesp. 486.  
 Szakácsi cs. 199.  
 Szakál f. Tolna vm. 538.  
 Szalók (Zolok) f. Veszprém vm. 9. 11.  
 Szamos fly. 535.  
 Szaniszlói (Zanyzlo) cs. 417.  
 Szántói (Zantou) cs. 615.  
 Szarvastópaták Doboka vm. 592.  
 Szász b. és o. sz. cs. Pozsony vm. 85.  
 Szászok 486.  
 Szatmár vm. fő- és alisp. 91. 115.  
 116. 205. 449. 524. 547. 611. 620.  
 Szatmári cs. 132.  
 Szatmárnémeti (Nempty) vs. 623.  
 Szávaszentdemeter vs. 399.  
 Szebeni cs. 217.  
 Szécsi Miklós országbíró 336. stb.  
 Szeged vs. 383.  
 Szeghalmi főesp. 612.  
 Szegzárdi cnt. 386. 530.  
 Szekcsői cs. 590.  
 Székelyek isp. 109. 392. 457.  
 Székely nemzetségek 346.  
 Székelyudvarhely vs. 578.  
 Székesfehérvár 247.  
 Székesfehérvári kápt. 21. 58. 195.  
 Szelepcsén b. 375. 393.  
 Szelestei cs. Vas vm. 563.  
 Szempcz mv. Pozsony vm. 33.  
 Szentandrás b. Kőrös vm. 617.  
 Szentegyházi cs. 49. 591.  
 Szenternő b. Kőrös vm. 552.  
 Szentgothárdi apát 95. 153. 200. 229.  
 260.  
 Szentgyörgy b. és o. sz. cs. 7. 154.  
 Szentgyörgy vr. és b. Pozsony vm.  
 24. 27.  
 Szentimre b. Erdély 318. 319. 493.  
 531. 533. 534. 543. 575. 595. 604.  
 624.  
 Szent-István kly. 461. 524.  
 Szentiváni cs. 120. 379. 592.  
 Szentkirály b. és o. sz. cs. 60. 117. 243.  
 249.  
 Szentlászlai cs. 516.  
 Szentléleki (Sancti spiritus) apát 69.  
 Szentléleki keresztések 354.  
 Szentlőrinc b. és o. sz. cs. 414. 415.  
 Tolna vm. 538.  
 Szentmariai cs. 619. 620.  
 Szentmárton b. és o. sz. cs. 453. 576.  
 Kolozs vm. 530. Szatmár vm. 162.  
 597. Turóc vm. 8.  
 Szentnibály b. és o. sz. cs. 342. 439.  
 Bars vm. 93.  
 Szentmiklós b. és o. sz. cs. 243.  
 Csanád vm. 457. 554.  
 Szentmiklósföldsé Vas vm. 608.  
 Szentmiklóstelke Erdély 486.  
 Szentpál b. Somogy vm. 390. 450.  
 Szentsalvatori cs. 66.  
 Szepes vm. főisp. 233.  
 Szepesi kápt. 101. 140. 149. 174. 198.  
 218. 367. 422. 429. 444. 549. 583.  
 Szepesvár 233.  
 Szepse b. Baranya vm. 615.  
 Szerdahely b. Baranya vm. 414.  
 Pozsony vm. 315.  
 Szerémi püsp. 22. 168. 439. 524.  
 Szigetfő b. 524.  
 Szikező (Zykwow) b. és o. sz. cs. 100.  
 225.  
 Szil f. Somogy vm. 590.  
 Szinna b. 325. 336.  
 Szinva (Zinywa) f. és fly. 72. 278.  
 Szalkai apátság 232.  
 Száros f. és o. sz. cs. Gömör vm.  
 44. 99. 452. 491. 525.  
 Szob (Zob) f. Somogy vm. 433.  
 Szolgagyőr b. Pozsony vm. 169. 412.  
 Szolnok vm. főisp. 133. 136. 168. 169.  
 171. 316. 321. 343. 398. 406. 486.  
 517. 532. 591.  
 Szolnoki főesp. 343. 345.  
 Szombathely vs. 171.  
 Szőlősi nemesek Bars vm. 93.  
 Szörényi bánok 168. 263. 305.  
 Taagh (Thaagh, Though) b. Szatmár  
 vm. 19. 158.  
 Taar tn. 553.  
 Taat b. Esztergom vm. 514.  
 Taba b. Tolna vm. 537.  
 Tabur (Thabur) tn. 104.  
 Tacsikánd (Toskank) b. Vas vm. 477.  
 478.  
 Tayna b. és o. sz. cs. 241.  
 Takusi cs. 562.  
 Tamáspatak Hunyad vm. 575.  
 Tamástelek b. Erdély 492.  
 Tanka tn. 590.  
 Tapolcsán (kis) b. 1. 5.  
 Tapoly fly. 423. 424.  
 Taranyai (Tharanya) cs. 384.  
 Tarchai főesp. 486.  
 Tarchani cs. Ung. vm. 527.  
 Tárnok b. és o. sz. cs. Baranya vm.  
 587. Bihar vm. 362. Pozsony vm.  
 169. 286. 412. 586.

- Tárnokmesterek klyiak 23. 55. 112.  
 147. 168. 180. 236. 258. 262. 263.  
 280. 439. 504. 524.  
 Tas (Tos) b. Szabolcs vm. 255.  
 Tata vs. 556.  
 Tatamer tn. 21. 58. 111. 195. 239.  
 Tazar (Thazar, Thezer) b. 5.  
 Tegenyei cs. Ung vm. 528.  
 Teglasulcha hn. 160. 597.  
 Tegzea, Tegzus tn. 108. 139.  
 Tehna b. Zemplén vm. 349.  
 Telki apátság 283.  
 Tellespruneri cs. 156. 201.  
 Temerche tn. 376.  
 Temesi főesp. 441. 458. 554.  
 Tengurdi cs. 433.  
 Tenke b. Bihar vm. 360.  
 Terebes b. Zemplén vm. 627.  
 Terene, (Therenye) b. és cs. o. sz. 312.  
 560.  
 Terecheni cs. 286.  
 Teremhegyi cs. 172. 413. 415.  
 Tereskei cs. 298.  
 Terjén, Tyrien f. és o. sz. cs. Hont  
 vm. 127. 505.  
 Tese, Tysa tn. 180. 270.  
 Tesenfalú (Thesenfalú) Baranya vm.  
 414.  
 Tetei cs. 504.  
 Tétény f. és o. sz. cs. Moson vm. 590.  
 Tetreh b. Torda vm. 604.  
 Tevel b. Veszprém vm. 130.  
 Tiba, Tyba tn. 123. 218. 223. 244.  
 504. 599. 621.  
 Tybai cs. 528. 529. 596.  
 Tiborcza tn. 575.  
 Tybortheleke hn. 395.  
 Tyburchouch b. 513.  
 Tydrik tn. 605.  
 Tymar, b. Szabolcs vm. 161. 597.  
 Tymus tn. 356.  
 Tyunia b. Szerém vm. 264.  
 Tynye f. Pilis vm. 324.  
 Tinnini pásp. 168. 237. 409. 581.  
 Tiodor, Thivodor tn. 7. 433.  
 Tisza fly. 161. 299. 304. 328. 350.  
 409. 597.  
 Titeli cnt. és prépost 108.  
 Titkos cancellár klyi 55. 59. 71.  
 108. 156. 179. 198. 263. 268. 269.  
 310. 366. 370. 380. 388. 390. 398.  
 438. 460. 555. 574. 616.  
 Tyudarfelde b. 398.  
 Tyuri cs. 543.  
 Tyvissed b. Szerém vm. 256.  
 Tobak (Thobak) tn. 221.  
 Tob (Thoh) b. Tolna vm. 538.  
 Tokayi cs. 143.  
 Tolchweg b. Somogy vm. 585.  
 Toldi cs. 356.  
 Tolvayfalva Pozsony vm. 419.  
 Tomava (Thomava) b. 114.  
 Tompus, Tomp tn. 192. 284.  
 Toor b. 447.  
 Toplichai cs. 189.  
 Topolcha b. és o. sz. cs. 2. 5. fly. 2.  
 Torda vs. 316. 321. 343. 517. 532.  
 Torda tn. 344.  
 Tordai cs. 307.  
 Tordai főesp. 453. 522. 576.  
 Tordalaka b. Torda vm. 604.  
 Tordasi cs. 487.  
 Tornai cs. 141. 144. 456. 627.  
 Tornallyai cs. 273.  
 Tornava b. 576.  
 Tornya cs. 39.  
 Tornouch b. Ung vm. 287.  
 Torpa b. Bereg vm. 259. 362. 553.  
 Tot, Thot, Toth tn. 119. 150. 411. 512.  
 Toth b. Bihar vm. 356.  
 Tóthkalló b. 347.  
 Tóthországi bánok 2. 60. 74. 137.  
 263. 323. 431. 485. 524.  
 Tothzeg, Thothzugh hn. 159. 597.  
 Töttös (Theutes, Tuteus) tn. 23.  
 55. 182.  
 Trefunkes tn. 420.  
 Trencsén vm. alisp. 417.  
 Trencsén vr. 170. 417.  
 Trepk tn. 199.  
 Treutel tn. 18. 21. 25.  
 Treviso vs. 494.  
 Tuluk tn. 36.  
 Tumbolt tn. 605.  
 Tuna b. Pozsony vm. 448.  
 Tunughy cs. 487.  
 Tur f. Heves vm. 308.  
 Turócz vm. főisp. és alisp. 9. 13.  
 36. 73. 83. 95. 101. 117. 122. 149.  
 152. 179. 196. 201. 203. 215. 239.  
 250. 259. 261. 262. 276. 290. 352.  
 357. 368. 377. 401. 411. 439. 446.  
 455. 461. 466. 487. 499. 503. 504.  
 534. 549. 560. 561. 564. 583. 586.  
 613. 626.  
 Turóczy cnt. 8. 258. 534.  
 Turona b. Zemplén vm. 383.  
 Turul tn. 633.  
 Tusai cs. Zemplén vm. 529.  
 Tuuri cs. 229.  
 Tuzan tn. 270.

- Ubul nemz. és tn. 73. 286. 355. 611.  
 Ugali cs. 23. 34. 172. 182.  
 Ugocsa vm. főisp. 547. 634.  
 Ugocsaszászi cs. 635.  
 Ugroch b. Bars vm. 421.  
 Ugrin tn. 88. 213. 214. 284. 555.  
 Ujbánya vs. 226.  
 Ujbécs b. és o. sz. cs. Pest vm. 484.  
 Ujfalu 550. Esztergom vm. 45. 84.  
 268. 438.  
 Ujhely (Sátorallya) vs. 7. 209. 383.  
 Ujhelyi cs. 223.  
 Ujlak b. és o. sz. cs. 251. 380. 407.  
 Nyitra vm. 123. Vas vm. 130.  
 Ujvár b. 7. 25. 339.  
 Ujvásár, Ujvásárhely b. Pozsony  
 vm. 169. 412.  
 Undi cs. 556.  
 Ung fly. 287. 526.  
 Ung vm. alisp. 631.  
 Unyomi cs. Vas vm. 201.  
 Urdug tn. 173. 567.  
 Urka tn. 194.  
 Urkun tn. 604.  
 Urmos tn. 240.  
 Urus b. és o. sz. cs. Szabolcs vm.  
 288. 364.  
 Uruzy b. 223.  
 Uzma b. 118.  
 Őröm (Ewrem) f. Pilis vm. 179.  
 192. 270. 280. 282.  
  
 Vachyai cs. 303.  
 Vác vs. 211.  
 Váci kápt. és tagjai 274. 569.  
 Váci püsp. 168. 234. 439.  
 Vadakoli, Vadakuni cs. 401. 404. 434.  
 Vágh fly. 135. 438.  
 Vaguch tn. 280.  
 Vai (Voya) cs. 116. 132. 316. 420.  
 444. 519.  
 Vajka f. Pozsony vm. 586.  
 Vajkóczy cs. Ung vm. 528. 529.  
 Valey b. Szatmár vm. 162.  
 Valinttheleke hn. 221.  
 Valkói (Volko) cs. 34.  
 Valkói főisp. 251.  
 Valter tn. 305.  
 Vámos f. Borsod vm. 207.  
 Vanchyk tn. 528.  
 Vanyarchi cs. 399.  
 Várad b. és o. sz. cs. Bars vm.  
 222. 290. 391.  
 Várad vr. és vs. 311. 362. 521. 612.  
 Varadai, Várdai cs. 285. 311. 525. 611.  
 Váradai kápt. és tagjai 63. 73. 77.  
 98. 213. 223. 243. 255. 263. 310. 318.  
 326. 344. 355. 358. 359. 363. 385.  
 406. 417. 429. 520. 539. 544. 549.  
 597. 612. 633. 634.  
 Váradai püsp. 63. 98. 168. 359. 409.  
 439. 520. 581.  
 Varaserezy cs. 539.  
 Varatiokuz tn. Pozsony vm. 586.  
 Varda tn. 97.  
 Várfalva 385. 386.  
 Vári f. Bereg vm. 82. 187. 188. 259.  
 361. 482. 553.  
 Varjas (Woryas) b. Somogy vm. 390.  
 Varyu tn. 369.  
 Várkun b. és o. sz. cs. Baranya vm.  
 47. 119. Heves vm. 305.  
 Varna vr. 250.  
 Vas cs. 591. tn. 38. 49. 395. 396.  
 Vasad (Wosad) b. és o. sz. cs.  
 62. 115.  
 Vasardi cs. 92.  
 Vásárhel b. 58. Doboka vm. 592.  
 Vassas (Vosas) b. 379.  
 Vasvár 85. 201. 530. 573. 579.  
 609. 611.  
 Vasvári b. és cs. 597. Szatmár vm.  
 163. 621.  
 Vasvári kápt. 13. 74. 95. 97. 152.  
 229. 260. 346. 368. 381. 467. 563.  
 572. 607.  
 Vasváriulcha hn. 160.  
 Váth f. és o. sz. cs. Vas vm. 97.  
 Vatha f. Pozsony vm. 87. 169.  
 Vathy cs. 47.  
 Vech tn. 458.  
 Vecsei, Velsei cs. 336. 339.  
 Vecherkfalva Baranya vm. 67.  
 Vecherchi cs. 504.  
 Vechkulyz tn. 178.  
 Veczten, Vezten b. Békés vm. 539.  
 Veyk b. Baranya vm. 589.  
 Veyteh tn. 399.  
 Vel, Vel-Paior tn. 550.  
 Velky cs. 525.  
 Velkipolya b. Bars vm. 233.  
 Venchel halastó 328.  
 Vencselló b. Szabolcs vm. 165. 328.  
 Vendegh tn. 118.  
 Velika, Velike b. és o. sz. cs. 499.  
 513. fly. 513.  
 Verbouchi cs. 509.  
 Verebel b. Bars vm. 5. 93.  
 Verebi cs. 565. 568.  
 Vereche, Verecze b. Ugocsa vm.  
 407. 635.  
 Veresi, Verezi cs. 52. 79.

- Veresmarti cs. 346.  
 Verlere hn. 4.  
 Verus tn. 551.  
 Vesen tn. 230.  
 Veskolchi cs. Ung vm. 527.  
 Veszprém va. 12. 247. 574.  
 Veszprémi kápt. és tagjai 11. 58.  
 61. 130. 244. 368. 380. 464. 601.  
 Veszprémi püsp. 62. 153. 168. 245.  
 289. 439. 573.  
 Veszprémvölgyi apácák 461. 524.  
 Veterch b. 398.  
 Vezeken (kis) b. és o. sz. cs. Nyitra  
 vm. 222. 291. 391.  
 Vid (Vild) f. Veszprém vm. 10.  
 Vid, Vyda tn. 303. 528.  
 Vydmonostor b. 330.  
 Viliam, Vyllam tn. 184. 204. 274. 356.  
 Vind tn. 46.  
 Vynér tn. 625.  
 Virmespatak 423.  
 Visegrád vr. és kelet hely 21. 23.  
 302. 310. 377. 379. 393. 406. 413.  
 422. 428. 432. 442. 447. 455. 457.  
 460. 465. 466. 482. 484. 490. 502.  
 504. 508. 511. 519. 524. 537. 544.  
 545. 546. 547. 549. 550. 551. 552.  
 553. 556. 561. 572. 575. 576. 582.  
 583. 585. 587. 590. 594. 596. 612.  
 614. 616. 617. 631. 635.  
 Vysi cs. 211.  
 Visko tn. 137.  
 Visnyo b. Gömör vm. 44.  
 Vysta b. Pozsony vm. 558.  
 Vytemer tn. 14.  
 Vitez tn. 379.  
 Vytezi cs. Sáros vm. 155.  
 Vythna tn. 620.  
 Vizaak b. Vas vm. 61.  
 Vizlói cs. Sáros vm. 103.  
 Vyzlov tn. 376.  
 Vlech tn. 2.  
 Vlkowy tn. 498.  
 Vlsen b. Nyitra vm. 135.  
 Vluing tn. 269.  
 Voyk nemz. 5.  
 Voythe b. 161.  
 Volkarach b. 381.  
 Volter tn. 338.  
 Vossiani cs. 216.  
 Voszarvelg hn. 300.  
 Vöröskő vr. Pozsony vm. 558.  
 Vrbashanrevi, Vrbochanrucy b. Vas  
 vm. 74. 261.  
 Vrai cs. 106.  
 Vthfeli, Vthfelweli cs. 118. 119.  
 Vzzyway, Vzzute b. Szolnok vm.  
 318.  
 Zaaz tn. 348.  
 Zabolch b. és o. sz. cs. 511.  
 Zabori cs. 9.  
 Zachud tn. 254. 402.  
 Zador tn. 272.  
 Zágráb va. 74. 432. 626.  
 Zágráb vm. főisp. 303.  
 Zágrábi kápt. 74. 129. 323. 513. 617.  
 Zágrábi püsp. 55. 136. 168. 171.  
 235. 237. 238. 374. 381. 397. 406.  
 409. 439. 497. 543.  
 Zakach tn. 227.  
 Zakachy b. és o. sz. cs. 243.  
 Zakali, Zakuli cs. 23. 512. 602.  
 Zakalosi cs. 393.  
 Zakalus tn. 220.  
 Zalahuz b. Nyitra vm. 607.  
 Zalatani cs. 71.  
 Zalathna b. és o. sz. cs. 298. 625.  
 Zalavári ent. 78. 433. 540.  
 Zalka b. Szatmár vm. 255.  
 Zalouchháza b. Gömör vm. 189. 1.  
 Zlausháza.  
 Zalucki cs. 348.  
 Zalutka f. Ung vm. 631.  
 Zamardi cs. 512.  
 Zamari cs. Trencsén vm. 417.  
 Zamartelek f. 634.  
 Zamuzsegh, Zomuzsegh. b.-Szatmár  
 vm. 535. 580.  
 Zanizló b. és o. sz. cs. Szatmár vm.  
 363. 417.  
 Zanthói, Zantói cs. 154. 191.  
 Zanthoutelek b. 162. 328. 334.  
 Zantou b. Pilis vm. 281.  
 Zarka tn. 98. 195. 443.  
 Zathmári cs. 357.  
 Zausi, Zawai cs. Erdély 49. 492.  
 Zauoni cs. 305.  
 Zavorsuk hn. 379.  
 Zazi cs. 221.  
 Zbugyai cs. Zemplén vm. 528.  
 Zdench b. és o. sz. cs. Körös vm.  
 617. 618.  
 Zechen, Zedche b. Bars vm. 222.  
 290. 294. 391.  
 Zeechy cs. Zemplén vm. 349. 455.  
 525. 529. 596.  
 Zeeki cs. 52. 358.  
 Zeenegeteu b. Gömör vm. 189.  
 Zegedi cs. 141. 144.  
 Zegey cs. 273.  
 Zegy tn. 597.

- Zegzovi nemes 433.  
 Zek b. Pozsony vm. 27.  
 Zekel tn. 143. 591.  
 Zele tn. 332.  
 Zelemenchi cs. Ung vm. 527. 529.  
 Zeleszeni cs. 145.  
 Zeleus b. Csanád vm. 457.  
 Zelmykustov hn. 87.  
 Zemerdek fly. 223.  
 Zemlin kelet hely 222.  
 Zemlyni cs. 383.  
 Zemplén vm.- fő- és alisp. 111.  
 126. 631.  
 Zempléni cs. 209.  
 Zempléni főesp. 486.  
 Zenas tn. 184.  
 Zendy cs. 142.  
 Zengel b. Erdély 492.  
 Zennyesi cs. 310.  
 Zentelye b. Baranya vm. 66.  
 Zentes tn. 329.  
 Zenthe b. 148.  
 Zenthylia b. Valkó vm. 405.  
 Zepmezew b. Erdély 518.  
 Zerdaheli, Zeredaheli cs. Zemplén  
 vm. 366. 529.  
 Zeres tn. 461.  
 Zeuke tn. 163. 418. 537.  
 Zeuldwar b. Nyitra vm. 135.  
 Zeuledi cs. 337.  
 Zeuleus b. Baranya vm. 587.  
 Zeurind b. Krassó vm. 130.  
 Zawleudi cs. 422.  
 Zewlosi cs. 378.  
 Zyli b. 330.  
 Zimán b. és o. sz. cs. Somogy vm.  
 238. 590.  
 Zynise b. Vas vm. 369.  
 Zynnyeri cs. 632.  
 Zythwa patak 603.  
 Zinert tn. 367.  
 Zlausháza b. Gömör vm. 59.  
 Zlieho b. Trencsén vm. 232.  
 Zoard, Zoward tn. 223. 458.  
 Zobonya tn. 352.  
 Zobori cnt. 241. 258. 619.  
 Zochyk tn. 528.  
 Zodo b. és o. sz. cs. 377. 389.  
 Zólyomi főesp. 460.  
 Zomayuni cs. 221.  
 Zombori cs. 554.  
 Zomurdahi cs. Erdély 532.  
 Zonk tn. 206.  
 Zortus, Zortus mortus fly. és hn.  
 337. 338. 340.  
 Zouchik tn. 631.  
 Zouk tn. 79.  
 Zrite b. és o. sz. cs. 596.  
 Zsámbokrét (Sabokrek) b. 8.  
 Zsédeny (Sedun) f. Vas m. 530.  
 Zsidók 45. 46. 84.  
 Ztaysa tn. 353.  
 Ztanpataka 278.  
 Zubudi cs. 272.  
 Zuchafölde b. Pozsony vm. 87.  
 Zuchk tn. 556.  
 Zudar tn. 100. 223. 324. 422. 493. 496.  
 Zuhai cs. 201. 410.  
 Zuhodol hn. 4.  
 Zumurduki cs. 606.  
 Zumurfalva Baranya vm. 416.  
 Zunug tn. 377.  
 Zupuri cs. 244.  
 Zurduk hn. 436.

## Lényegesebb hibák.

9. sz. a. oklevél jegyzetében «Castriferra» helyett Castriferrei  
109. lapon «Monolo» helyett Monolio.  
146. sz. a. oklevél jegyzetében «Catri ferri» helyett Castriferrei.  
166. sz. a. oklevél 3-ik sorában «éaranguzon» helyett Haranguzon.  
263. lapon a 22-ik sorban «Lyptoviensis» helyett Lyptoviensibus.  
183. sz. a. oklevél 1-ő sorában «conventus» helyett capitulum.  
212. sz. a. oklevél fejezetében «1553» helyett 1555.  
403. lapon 26. sorban «Vachiensis» helyett Bachiensis.  
521. lapon 7. sorban «soram» helyett coram.  
592. lapon a 34. sorban «posses» helyett possessioni.  
Ugyanott a 36. sorban «accessissent» helyett accessissent.















